

BIBLIOTECA

Gala 1^a DE LA

Universidad de Salamanca.

Est. *42* Caj. *9* Núm. *17*



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

12
74884

~~num. 13. cap. 2. num. 18.~~

~~12947~~



VNIVERSIDAD
D'SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

614679334

A V R E A
PRACTICA
CRIMINALIS IACOBI DE BELLO VISU,
vetustissimi cum practici,
tum iuris interpretis, ex
recognitione

ARNOLDI BAERT
I. V. Doctoris.

Cum Indice copiosissimo atque utilissimo.



COLONIAE.
Apud Maternum Cholinum.

cl. 15 LXX.

Cum Gratia & Privilegio Cas. Maiest.


7a
14884

Coll. Soc. I. E. S. V. S. M. ex dono R.



UNIVERSIDAD
D SALAMANCA

PATRI SVO
NICOLAO
BAERT, HISPANIA-
RVM REGIS PHILIPPI
SECVNDI CONSILIARIO ET
Quæstori, siue Financiarum per
omne Belgium Recepto-
ri generali,
FILIVS
Arnoldus Baert.

 I LONGINQVI-
*tas itineris, aut
incertitudo mo-
ra, veletiam re-
rum, passa fuis-
sent mi Pater, ut ex uniuersita-
te Duacensi, Coloniam Agrippi-
nensem, Vbiorum ciuitatem po-
tentissimam, librorum meorum*

(∴) 2 *suppel-*



EPISTOLA

suppellectilem traducere: vel ibidem, quos indagabar in iure scriptores, inuenire: vel antequam Duaco soluerem, mihi quae restant in membranis, expolire potuissem: quale tandem illud foret, haberes aliquid ex nostro ingenio depromptum, quod tibi gratitudinis ergo, dedicare: quin ea ratione liceret inscribere, quò posteritati testatum facerem, me (quod aiunt) animam debere tibi, quem mihi Deus Opt. Max. authorem vitæ, patronum salutis ac educationis, omnium dedit insuper mæcenatem studiorum, quibus me non sine magno sumptu multis ab hinc annis mancipasti: scilicet, ad ἀντιδωρα, naturaliter

DEDICATORIA.

ter omnis obligatur: ipsa natura συμπατῆραν beneficiorum requirit: Andronidi, Leo: parēti, ciconia: quin omnia (quamuis expertia rationis) animalia, quibus ab accipere, gratiam referre videmus: est enim mi Pater hæc non scripta tantum, sed ἔστ' nata lex: quam non solum didicimus, accepimus, legimus, verum, simul ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. ad quam non solum docti, sed ἔστ' facti: non solum instituti, sed ἔστ' imbuti sumus: ut si beneficio certandum, si beneficia conferenda, si beneficium quod alicui collatum foret, omnis honesta ratio esset expedienda gratitudinis: laudatur
(:.) 3 enim



EPISTOLA

enim illud Hesiodium à doctis
 quod eadem mensura reddere iu-
 bet qua acceperis, aut etiam me-
 liore, si possis: eaque propter, ad
 alta beneficiorum tuorum mœ-
 nia, seu mauis in me merita, res-
 piciens: Et quidem lōgo post tem-
 pore, praxim criminalem Iacobi
 de Bello Visu, vetustissimi cūm
 practici, tūm iuris interpretis, à
 me correctam, purgatam, locu-
 pletatam, seu (quod aiunt) addi-
 tionibus illustratam pluribus in
 locis, in signum memoris animi
 beneficijs tuis appendisse me non
 dico (qui sciam nihil æquilibrio
 magis esse contrarium quàm pō-
 deris inæqualitatem) sed etiam
 seposita libripendis æquilibrijque
 truti-

DEDICATORIA.

trutina, quicquid illud est, more
 veterum Pater ornatissime tibi
 do, dico, addico: scilicet, ex parte
 meus est Iacobus de Bello Visu:
 nihil dictum, quod non dictum
 sit prius, Et in causam pignoris
 eundem tibi, si dicere licet, aut
 cum licet, etiam lubeat,
 addico. Vale.

(:.) 4

ARNOL.



ARNOLDVS BAERT
Bruxellensis.

LECTORI.



MARCVS MANTVA
Benauidius, vetera-
nus iuris antecessor,
in libello quem scri-
psit de vitis Iuriscō-
sultorum, tradit hūc
nostrum Iacobum
de Bello Visu, patria
Aquensem: sed, vnde, vel quo probet il-
lud argumento, non ostendit: amplius
affirmat à Bartolo sæpius eundem cita-
ri: sed, in quo loco, nec hoc indicat: imò
verò, noster hic Iacobus de Bello Visu,
suis in libris, vt plurimum nititur au-
thoritate Bartoli, cuius vt onere pro-
bandi faciam. leuet aliquando me eius-
dem repetitio in cap. Romana, §. con-
trahentes, ext. de foro competente, li-
bro sexto: fateor equidem, quod in au-
la Regia ciuitatis Aquensis honorem
doctoratus tempore Caroli vtriusque
Siciliæ ac Hierusalem Regis, acceperit à
D. Petro de Ferrarijs iuris vtriusq; pro-
fessore,

AD LECTOREM.

fessore, sed & Auenionetum iuratum
praxi operam dedit, in ciuitate similiter
Arelatenfi munus iudicandi fœlix obi-
uit, ac Tholosæ nescio quid etiam susce-
pit: his accedit, quod anno 1270. alij, an-
no 1272. Marcus autem Mantua Bena-
uidius, anno 1473. floruisse velint. Vnde,
si per antiquitatis interualla caligantes
oculi quid assequi possint, affirmare
malo quod Francus natione sit, & quod
floruerit anno 1416. meminit enim plu-
rimarum litium, quas eo temporis au-
diuisse se dicit, adagiorumque Gallico-
rum sic est promptus, vt Gallicam lin-
guam eidem fuisse natiuam, vel inde cō-
uincere sit indifficile: per consequens,
Iacobum de Bello Visu, quasi dicas,
Jacques de beau regard, non vero Iaco-
bum de Beluisio, vel Beluiso, vel Belui-
sium cognominandum quoque puto:
sed, ea sub iudice lite relicta, tantus est
hic noster Iacobus de Bello Visu, tantus
olim fuit, & adhuc hodie practicus &
theoricus habetur, vt Aluarotus in præ-
fatione feudorum, perspicuum, Marcus
Mantua, magnum Iureconsultum vo-
cent: omitto plurimos in iure tractatus,
vt pote tractatū de practica ciuilibus actio-
nis,

(:.) 5

nis,

EPISTOLA

nis, & tractatum exceptionum, quos alij non, sed ipse citat in libro primo, cap. 8. nu. II. in fine, rursus, libro tertio, cap. 15. nu. II. circa finem, an non foelicissimè practicam hanc composuit? an nō totam materiam criminum sic examinavit, vt siue causa criminalis ciuilitè, siue criminaliter intētanda sit, aut probatione criminum dequærat, ad hūc velut ad sacram anchoram confugere possimus? vtique materiam criminalis actionis ciuilitè quam criminaliter intētandæ, prioribus hisce libris absolutissimè tractat: exindè, torturæ seu probationis & indiciorum materiam latissimè prosequitur, ita solidè, verè, lucidè, breuiter, & exactè, nullus vt eo foelicior vnquam, vel aliquando versaturus in hac arena videatur: his accedit antiquitas, accedit & authoritas ex antiquitate parta, quæ præcipuè fecerunt vt hunc laborem (qui sanè maximus, & vt ingenue fatear opinione grauior, imò vero de quo aliquando desperarim) mihi sumpserim: quotquot enim criminaliter hoc sæculo scribūt, aut antea scripsere, vix est vnus eorū qui tantæ sit apud iudices aut esse debeat authoritatis, vt
hic

AD LECTOREM.

hic noster Iacobus de Bello Visu, propter eas quas attuli causas: ergò, quod bene vertat, ille cuius in nomine omne genu coelestium quam terrestrium flecti debet, anno 1579. pridie Calendas Septembres aggressus emēdationem practicæ criminalis Iacobi de Bello Visu vetustissimi cum practici tum iuris interpretis (ita enim merito licuit inscribere) cautio mihi fuit in primis, vt diuersa, diuersis: aut ex vno loco diuersa mihi pararem siue manu, siue typis exarata exemplaria, quæ lectionis varietatem, varietatis veritatem, veritatis ac vt ita dicam latebras indicarent: sed incassum labor omnis ac impensa, quam eonomine feci fuit: Antverpia enim aduaticorum, diligens æquè doctus aduocatus ac I. V. Licentiatus, D. Paulus van Lyere Bruxellensis, inter cœtera sic aliquando mihi respondit:

De iuris istie corypheis, quos, tuis ad me datis literis, absq; omni tergiversatione, summoq; desyderio comparari, transmittiq; petis: ita habe: toto cū hos oppido exanimatus pœnè quæsiissem, neq; eorū quos literis expresseras duntaxat, quin aliorum plurimorum, ne infinitorum dicā, bibliothecas seu officinas perlustrassem, haud alium me reperisse quam Iacobum de Bello Visu, seu practicam eiusdem

EPISTOLA

dem criminalem: nam Fortunius Garzias nusquam hic extat: quinimo, paucissimis ex bibliopolis nostris antehac auditus seu notus, qui & ipsi negabant commentatum eum fuisse vel ad L. gallus; D. de liberis & posthumis, aut ad titulum D. de iustitia & iure, solos de pactis, & de ultimo fine iuris tam civilis quam canonici tractatus allegantes, quos & auditu quoque solo se percepisse dicebant: itaque, hanc necessitatem, animum simul ac voluntatem, usque in disquirendis haud ignavam operam nostram boni consules, nequicquam dubitans, quin ere quanto quam (si comparari potuisset) tibi, mi domine, coemisssem: & verò, si quid aliud sit quo gratificari D. V. queam: habeo me omni tempore & loco, ad quidvis etiam, paratissimum fore, Vale & nos ama, Raptim, Antverpia sexta & vicesima Septembris, Anno cl. Io. LXXVIII.

Vbi παραρηγῶς obseruandum, quod D. Lyeranus, ignorantia facti, quæ, Pomponio teste, prudentissimos etiam fallit, practicam criminalē Iacobi de Bello Visu miserit eiusdem impressionis, cuius erat exemplar quo utebar: interim, meritò dolet esse Fortunium Garziam ab Artheaga Hispanum (qui scripsit anno 1285.) inuentu tam difficilem: nullus enim, meo iudicio, tam veterū quam neotericorum subtilius illo scripsit vnquam, vel ad vnguem diligentius omnia scrutatur, atque vtinam mihi foret

AD LECTOREM.

foret ad manum tractatus ipsius de ultimo fine iuris tam civilis quam canonici, simul ipsius commentarius ad titulum, D. de iustitia & iure: facerem, duobus illi quos habeo tractatibus adiungerentur.

Porro, Coloniae Bibliothecas omnes tam Collegiorum quam Typographorum Maternus & ego diligentissime lustrauimus: sed, tantundem: postremò, criminales omnes scriptores, tam veteres quam nouos vbique quæsiui, quæsitos emi si quos inueni, vel comodato sumpsi, quo liceret ex eorum scriptis hunc nostrum Iacobum de Bello Visu pristino suo nitore restituere, sed ex omnibus duo tantum, puta, Guido de Suzaria Mantuanus, & Ambertus de Antramonica Bononiensis, inuenti fuerunt, qui verbotenus & ex professo tractarent ea, quæ noster hic Iacobus de Bello Visu tractat initio libri tertij, de indicijs & tortura: quo loci, Guido de Suzaria, manus, vt ingenuè dicam, porrexit auxiliatrices, & verbum verbo, ni fallor ipsissimæ lectioni multis ac in locis vt restituerim Iacobum de Bello Visu, fecit: sed, ex hoc nostro Iacobo de Bello Visu,

EPISTOLA

Visu, Guido de Suzaria Mantuanus, an vero ex Guidone de Suzaria, noster hic Iacobus de Bello Visu sua desumpisset? aliquamdiu dubitavi, donec Iacobum de Bello Visu, anno 1416. Guidonem vero de Suzaria, anno 1388. floruisse, satis ac abunde mihi constaret: nam quod in tertio libro, cap. 11. nu. 10. noster hic Iacobus de Bello Visu, meminerit ipsius Guidonis de Suzaria, mihi suspectum nimis est: ut ut sit: in emendando textu Iacobi de Bello Visu, qui corruptissimus erat, in primis, operæ, quantum potui, posui, ut legibilis, ac non solum legibilis, sed & intelligibilis esset: exinde, summaria (quæ vocant) unicuique capiti præposui: plurima, plurima, saltē præcipua, ne dicam singula allegationum loca vel ex memoria vel ex archetypo Florétino restitui (nec enim per negotia, per in iure publicam professionem, vel etiam per temporis angustias fieri potuit, ut omnia Pandectis ex aut Accursio repererem, nisi plus in alieno quam laboris in proprio ponere voluissem Præterea, trinis additionibus (quas & eas multis in locis emendavi) hunc eundem nostrum Iacobum de Bello Visu locupletavi:

AD LECTOREM.

taui: Primò, veteribus, id est, antiquis additionibus, quas eo nomine sic inscripsi, quod in specie nescirem cuius ea, seu quælibet essent: Honoratus enim Pugetus, D. de pratis, Celsus Hugo difusus Cabilonensis Burgundus, & Bonifacius Ceguirani, D. de Valeneranica, I. V. Doctores, indistinctè se correctores & auctores huius nostri Iacobi de Bello Visu ante annos sexaginta quatuor, illi vero ante annos cētum triginta, ni fallor, & amplius attestantur: Exinde, proprias, & quidē magno numero, subieci cogitationes, quas boni cōsule. Tertio, idque libro tertio, reperies additiones D. Ludouici Bolognini Bononiensis, qui perutilem & quotidianum tractatum de tormentis, siue de indicijs & tortura, editum per præstantissimum ac eminentissimum ea ætate Doctorem D. Guidonem de Suzaria Mantuanum (sic enim titulus habet) additionibus illustravit: cum enim Guido de Suzaria verbotenus antea tradiderit ea, quæ initio libri tertij tractat Iacobus de Bello Visu: næ, Guidoni de Suzaria, quæ conueniunt additiones, eadem nostro Iacobo de Bello Visu conuenire debent:



EPISTOLA AD LECTOREM.

debent: aliàs, actum agerem, vel cram-
ben bis coctam propinare: Porro, ne
quis in additionum sequela vel ordine
turbetur, eas pro marginalium verbo-
rum, marginalia vero verba pro textus
ordine collocauimus, hoc est, ordinem
textus & seriem secuti sumus: vndè, si
quæras additiones, ad quæ verba, vel è
contrario, verba quas ad additiones re-
ferri debeant, in primis, marginalia ver-
ba: deindè, cuiuslibet additionis initia-
lia verba, quæ typis eisdem proponun-
tur, adeas: ea namq; verba, ex tex-
tu desumpta, in margine, quo
in additionibus ordine
collocantur.

Πόνα & ἀγρυπνία.

INDEX

INDEX CAPITVM SI-
VE TITVLORVM, PRACTI-

*ca Criminalis. D. Iacobi de Bello Visu, in
quo primus numerus librum, secundus
caput, tertius paginam
designat.*

A.

De Abigæis.	Lib. I. cap. 10. pag. 124	
Adhortatio ad iudices.	3. vlt.	665
Ad legem Iuliam pecu- latus, & de sacrilegijs & de residuis.	1. 10.	124
De Adulterijs.	1. 9.	93
De Ambitu.	1. 10	124
An semper iudex tene- atur iudicare secun- dum acta & probata	3. 21.	607
De Annona.	1 10.	124
De Appellationibus	3. 13.	537
Arborū furtim cæsarū.	1. 10.	124

C.

De Causis criminalib ⁹ criminaliter inten- tandis.	2. 1.	205
De Citationibus.	2. 5. & 9.	261
De Conatu & cogita- tione.	3. 26.	644
De Confessionibus.	3. 10.	518
) : (De



De Criminum qualitate & differentia.	3	19.	594
D			
De Denuntiationibus.	2.	6.	278
E.			
De Expensis.	2.	3.	217
Expilatæ hæreditatis.	1.	10.	124
F.			
De Falsis.	1.	8.	62
De Fideiussorib ⁹ & reorum cautione.	2.	12.	374
De Foro competente.	3.	14.	540
De Fuga reorum.	2.	7. 31. & 3.	1
		16.	556
De Furto.	1.	10.	124
H.			
De His qui notantur infamia.	1.	19.	199
De His qui sibi mortem consciuerunt.	3.	18.	567
De Homicidio.	1.	11. 166. & 13.	178
I.			
De Immunitate ecclesiarum.	2.	8.	313
De Incendio, ruina, naufragio.	1.	10.	124
De Indicijs.	3.	5. 458. & 12.	531
De Iniurijs.	1.	3. 6. 58. & 17.	183
De Inquisitionibus & informationibus.			

formationibus.	2	6	278
De Instrumētis quæstionarijs.	3.	7.	496
De Interrogationib ⁹ in tormētis faciendis.	3.	8.	498
de Interpretatione legū.	3.	23.	619
De Iudice in tormentis excedente.	3	11.	425
L.			
De Libello.	1.	1.	25
M.			
De Mandante.	3	7. 12. 18.	
De Mortuis in carcerib ⁹ .	3.	17.	562
N.			
Nautæ, caupones, stabularij.	1.	10.	124
P.			
De Plagiarijs.	1.	10.	124
De Poenis.	2.	1.	384
De Probatione negatiua.	2.	15.	413
Q.			
De Qualitate personarū.	3.	25.	637
Quæ personæ non possint quæstionari.	3.	4.	443
Quæ personæ quæstionentur.	3.	3.	48
De Quæstionis effectu.	3.	9. 506. & 15.	
		546.	

)..(e De



De Quæstionum repetitione.	3.	14.	540
Quibus ex causis quæstio decernatur.	3.	2	434
Quis ordo seruari debeat in quæstionib ⁹ .	3.	6.	493
R.			
De Remissione reorū.	2	11.	344
Repetundarum.	1.	10.	123
Rerum amotarum.	1.	10.	ibid.
S.			
De Sententijs.	2.	14.	398
De Sepulchro violato.	1.	10.	124
T.			
De Termino moto.	1.	10.	124
De Testibus.	2.	2.215. & 4.225	
De Tigno iniuncto.	1.	10.	124
De Tumultu.	3.	22.	617
V.			
Vbi quis puniri debeat.	2.	10.	330
Vi bonorum raptorū.	1.	10.	123
De Vi priuata.	1.	10.	ibid.
De Vi publica.	1.	10. 124.	ibid.
Vniuersitas an & quando teneatur.	3.	28.	658

I N

IN EXTRAORDINARIAS
LECTIONES A C. V. D. ARNOLDO
Baert I. V. Doctore nuper editas, & Iacobum
de Bello Visu, ab eodem nunc perpurga-
tum, illustratum, & auctum. Go-
descalci Steuuichij Husda-
ni carmen.

Qui bellus quondam fuerat, sed nomine tantū,
Nunc verè Bellus nomine reg³ simul.
Nomine reg³ simul nunc Visu Bellus, id unum
Ingenio debet BAERT studioq³ tuo.
Ingenium natura tibi præstansq³, sagaxq³,
Indidit, hoc fomes nutrijt vsque labor.
Testantur manuum satis hoc monumenta tuarum,
Atque Duacena pulpita summa Schola.
Et præsens testatur opus, quod, ni rediuiuum
Dixero, iam summo dixero iure tuum.
Ingenij nuper specimen sublime dedisti,
Cum prompta è pharetris spicula prima tuis;
Iste liber lycis, prolytis, atque togatis
Profuit, & toti profuit iste foro;
Inde etenim ciuis didicit sua iura tueri,
Rusticus è reditu pendere cuique suum;
Mercator didicit, quid sit persolvere certo
Tempore, quid species certa sit, atque locus:
Quis statui vsuræ soleat modus, inter-et-esse
Quod dicunt, repeti qua ratione queat:
Nec fuit ille tibi finis, vel meta laborum,
Non satis hæc animo laus fuit ampla tuo:
Hoc superaddis opus maius, neque pondera verū,
Nec summus potis est te prohibere labor:

)·:(3

Hic



Hic necis & vita iam nunc discrimina voluis,
Qua deceat pœna plectere quemque doces:
Ut tua laus opere hoc, sic experientia rerum
Prodit, & ingenij vis patefacta tui.
Dicitur ingenij Labeo virtutibus olim
In studijs geminas sustinuisse vices,
Nunc tribuisse libris scribendis tempora ruri,
Nunc Roma rigidi ius docuisse fori.
Maiores voluis noctesq; diesq; labores,
BAERT Brabantini gloria magna soli:
Nam scriptis, & voce simul penetralia iuris
Inima tu pandis; voce librisq; doces.
Sic perge vsque tuis laudemq; decusq; parare;
Hac immortales arte parabis opes;
Hac paries nullo casurum tempore nomen,
Sed quod posteritas sera referre volet.
Qui genuit, sine fine labor genat actus honorem;
Ingenium fomes nutriat iste diu.

Pridiè Calend. Iul.



PRACTICÀ

CRIMINALIS IACO-

BI DE BELLO VISV,

VETVSTISSIMI CVM PRA-

ctici, tum iuris interpretis, ex
recognitione

ARNOLDI BAERT.

I. V. Doctoris.

PRAEFATIO.



In nomine domini no- In nomine
stri Iesu Christi, ad lau domini.
dem & gloriam ipsius,
& Beate Mariae sem-
per virginis, matris
sua: sanctaeq; Cathari-
nae virginis, per quam
Deus intellectum fre-
quenter illuminavit & docuit, ego Iacobus de bello
visu, Iuris civilis professor, tractatum sequentem,
De diuersis criminibus, ad preces reuerendi patris
& domini mei, D. Petri de ferrarijs, Iuris utrius-
que professoris excellentissimi: & archiepiscopi A-
relatensis, illustrissimi Regis domini D. Caroli,
utriusque Siciliae & Hierusalem regis, cancellarij
(qui me doctoratus honore, in aula Regis, ciuitatis
A. Aquen.



PRACT. CRIMIN. DE
*Aquensis, ipsiusq; presentia, decorauit) eiusque
preceptis & voluntati semper cōplacere parauit, ad
huius tractatus materiam progredior ut sequitur.*

Doctor Baert.

*Practica) Cum nihil ad rem, vel saltem pa-
rum, faciat, vbi de re constat, anxie disputare,
quomodo liber hic inscribi debeat, haud ita de
nomine solliciti, quam re ipsa contenti, Practi-
cam criminalem, siue, Practicam, Jacobi de bello
visu, vel ex eo quoque placuit inscribere, quia
practicis, id est, aduocatis, & causarum patro-
nis, imò iudicibus maxime necessarius est hic
liber: quibus accedit, quod ita vulgò solet in-
scribi, practicis, & ab omnibus allegari practi-
cis, à dico scriptoribus, quibus, aut quorum scri-
ptis, imò lectoribus eorum, seu studiosis iniuri-
am quodammodò faceremus, si nominis im-
mutatione, de quo loquerentur illi, qui menti-
onem faciunt (faciunt autem sapius & omnes)
huius nostri Jacobi de bello visu, dubium face-
rem: vel, omnium quod est maximum, propte-
rea venditoribus & emptoribus aliquam no-
minis amphibologiam causarer: interim, no-
ster hic Iacobus de bello visu nobis aliam (ni-
fallor & genuinam) sui libri nomenclaturam
præscribit in præfatione superius habita, quan-
do tractatum *De diuersis criminibus* edere se di-
cit: amplius, ad instar tractatus de practica ciui-
lis actionis (cuius mentionem facit in explica-
tione verbi *falsarium*) forsitan & hic liber, *Tra-
ctatus de practica criminalis actionis* inscribi pos-
set, sed de his satis.*

BELLO VISU LIBER I. 3

*In nomine domini) Cum omnis nostra actio,
à Deo incipere, simul, in eū desinere debeat, vt
ait Apostolus ad Corinthios epistola prima ca-
pite decimo, & ad Colossenses capite tertio: re-
cte Iacobus hic noster, in nomine domini no-
stri Iesu Christi tractatum de diuersis crimini-
bus orditur: ad instar Imperatoris, qui pluri-
bus in locis, ab inuocatione similiter eius, quæ
posse credimus omnia, vel edicit, aut inchoa-
tur, vt in L. prima C. de nouo codice faciendo,
L. prima, C. de vetere iure enucleando, L. pri-
ma & secunda, C. de officio præfeti prætorio
Africæ, & constitutione ea, quæ est de confir-
matione Digestorum, quibus addere lubet Im-
peratoris nouellam cōstitutionem 80. de qua-
store, titulo 9. collatione 6. in præfatione, no-
uellamq; cōstitutionem 85. de armis, titulo 14.
collatione 6.*

LIBER PRIMVS.

Caput primum.

*Proponit elegantem libelli formulam, quam postea
membratim prosequitur & declarat.*

C*oram vobis, venerabili viro domino. N. in-
dice & c. ponit, & in vestra curia asserit, &
in iure proponit, Petrus Chichardi actor, contra
magistrum Hugonem malefidei, notarium eiusdem
curia.*

A a

curia.



4 PRACT. CRIMIN. DE
 curia, reum: dicens in medio, & proponens dictus
 actor, contra dictum reum, quod dictus reus mali-
 tiosè, & iniuriosè, & animo iniuriandi, & conui-
 ciandi, in presentia plurium bonarum personarū,
 in curia presenti, vobis predicto domino iudice. N.
 pro tribunali sedente, & ius reddente & dicente, vo-
 cavit dictum actorem falsarium, lenonem, furem,
 & latronem: & non contentus de premissis, sed ma-
 la malis augmentando, predictus reus irruit contra
 dictum actorem cū suo gladio seu pugioe euaginao,
 & cū eo dictū actorem in maxilla eius dextra percuf-
 sit, & atrociter vulneravit, & ipsum interfecisset,
 nisi per circūstantes prohibitus fuisset, & suū posse
 fecit occidendi eundem. quas iniurias, tam verba-
 les, quàm reales, ilico, ipsis dictis & factis, dictus a-
 ctor ad suum animum reuocauit, & adhuc reuo-
 cat, & nollet ipsas sibi fuisse dictas & factas per di-
 ctum reum in loco predicto, & in presentia tot bo-
 narum personarum, pro centum libris Turonensi-
 bus: imo, plus vellet, dictas centum libras de suo pa-
 trimonio amisisse, & eas tantum aestimat, salua iu-
 diciali taxatione: unde, cum dictus reus, dictam e-
 mendam & satisfactionem eidem actori facere o-
 miserit, & omittat, & indebitè recuset, petit & re-
 quirat dictus actor, predictum reum ad dandum
 & soluendum dictas centum libras Turonenses, pro
 satisfactione & emenda dictarum iniuriarum, ut
 in id, quod vestra iudiciali taxatione declarandum
 & indicandum seu aestimandum duxeritis, finali-
 ter condemnari, & condemnatum compelli per vos
 antedictum dominum iudicem. N. in omnibus, in-
 stitit

Emendā.

Condem-
 natum.

bitia mediante: & predicta petit etiam, una cum
 expensis in & pro hac lite factis & faciendis: item,
 solenniter protestatur, & petit, ut in his omnibus et
 in alijs, in quibus decet: ut oportet, officium vestrū
 interponatis, haud astringens se ad ea duntaxat
 probanda quae praedixit, sed & ea quae praesumpta
 vel confessata tibi sufficienter videbuntur ad suum
 propositum consequendum: cui petitioni petit per
 partem aduersam responderi coram vobis venera-
 bili viro domino. N. iudice. & c.

Doctor Baert.

Emendam) forfitan à verbo emendo, as are.
 sed vide, ne legendum sit amendam, à verbo
 gallico Amende.

Condēnatū) sic restituimus loco condēnandū,
 quia solet in executione sentētię reus cōpelli.

Caput secundum.

- | | |
|---|---------|
| Nomen actoris & rei debet inferi libello. | num. 1. |
| Bonum & vtile est habere bonum nomen. | 2. |
| Notarij nomen, semper poni debet in instrumentis. | 3. |
| Per librorum compositionem, memoria alicuius ma-
net in æternum. | 4. |
| Præscribit iuuenibus methodum studendi. | 5. |
| Laus studij legalis. | 6. |
| Vbi ius ciuile legi debeat. | 7. |
| Radens alicuius nomen punitur. | 8. |
| Liber homo nomen suum mutare potest. | 9. |

Petrus Chichardi contra Ma-
 gistrum Hugonem malefidei.

Et ita, nomina actoris & rei sunt inferenda in Nomina
 libello: a Actoris.

A 3

libello: a Actoris.

libello: de quo, dic ut habes D. de iustitia & iure L. 2. circa principium, iste enim Magister Hugo mafidei erat notarius, bonus homo, & sic nomen erat consonum rei, iuxta notata in proemio Digestorum §. in reliqua. D. de origine iuris, L. 2 §. initio, super verbo consulenti, & de bonis damnatorum L. diuus & de officio prefetti urbis L. prima in fine, C. de episcopis & clericis, L. decernimus, De feriis, L. à nullo, inst. de fideicommissariis hereditatibus, §. & quia, & inst. de donationibus §. est & aliud. ext. de prebendis, cap. cum secundum apostolum, circa princ. glo. Et ex predictis potes etiam colligere, quod bonum & utile est, habere bonum nomen, iuxta notata C. de summa trinitate & fide catholica, L. prima, circa medium glossa super verbo Hanc, & D. ad Trebellianum L. facta, §. si verò nominis, ad quod glossa prima, extra, in proemio, & libro sexto decretorum, super verbo bonus, Et licet notarius sit mortuus, eius nomen debet apponi in instrumentis per eum receptis, quando per eius substitutum ingrossantur. Et per hoc eius memoria, sicut per librorum compositionem, manet in eternum, ut in proemio Digestorum §. ne autem, C. de episcopis & clericis L. quoniam venerabiles: Et per dictum §. ne autem, cum ibi notatis, fuit inducta consuetudo, quod iuvenes, de nouo leges audientes, soluant veraminum sine reffonam: Et debet primò audire librum Institutionum, deinde Digestorum: ut in proemio Digestorum §. & primo quidem anno: & postea, legere & subtiliter intelligere constitutiones Codicis, ut in proemio Digestorum. §. quibus si bene sese imbuat

2.
Bonum
nomen.

3.
Nomē de
bet appo
ni.

5.
Soluant
veraminū.
Primo au
dire.

vit. Et potest quilibet esse perfectus in legali scientia, & instructus ad omne opus legitimum faciendum, ex triginta sex librorum recitatione, prout ait Imperator in proemio Digestorum §. & quod iam in primis. Porro, debet se iuuenis ordinare, cum intrat studium, ut in proemio Digestorum §. illud verò satis necessarium: amplius, per dictam scientiam legalem iuuenis efficitur optimus, & eruditissimus, ut in proemio Digestorum circa principium, ver. sed cum vos & omnes, & §. discipuli igitur, & §. incipite, in fine proemij: Et non debet legi, nisi in ciuitatibus & oppidis, quibus per privilegia superiorum est concessum: aliàs, contrarium faciens, est in viginti libras auri puniendus, & à ciuitate relegandus, ut in proemio Digestorum §. hac autem li. set, & §. illud satis. Iuxta hoc queritur, qua pœna teneatur radens nomen alicuius positum in litteris, aut in libris, vel loco illius ponens aliud? tu dic ut de hoc habes ad legem Aquiliam L. qui tabulas, & inst. de publicis iudicijs §. item lex Cornelia de falsis. Item queritur, nunquid liber homo possit mutare nomen suum? & dic quod sic: dum tamen hoc faciat sine fraude alicuius: seruus autem, non sine domini voluntate, sic intellige L. unica cum sua glossa C. de mutatione nominis: si autem fraudulos è hoc fieret, pœna falsi puniretur, qua est deportatio, & omnium honorum publicatio, ut D. de falsis L. prima §. finali cum sua glossa, L. unica & ibi gl. C. de mutatione nominis.

6.
Ordinare.]

7.

8.
Iuxta hoc.]
Ponens
aliud.

9.

A 4 Doctor



Doctor Baert.

Nomina actoris) libellus enim, Conuenti nomen, & nomen conuenientis, Iudicis & nomen scribes, causamq; petendi, Et quascunq; petet res, istas scribere debet. Quod elegantioribus, & multò breuioribus ita verbis edidit Henricus de Segusio, vulgo dictus Cardinalis Hostiensis, in titulo de libelli oblatione, num. 5. §. patet ex præmissis, circa finem.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,

Recte compositus quisque libellus habet. Quæ quidem omnia retuli verbotenus ex libello meo, quem inscripsi Extraordinarias lectiones, in commentarijs ad L. vnicam C. de sententijs, quæ pro eo quod interest proferuntur, in metalegomenis, nu. 136. ver. sed cum simpliciter, pag. 135. prout ea nuper impressa fuere Colonia apud Maternum Cholinum.

Additio antiqua.

Bonum nomen) Dicit Baldus simpliciter in L. si cum dotem, §. maritus, D. soluto matrimonio, quod si vidua sit pulchra, & non potest remanere cum hæredibus, nisi cum sinistra suspicionem, quod talis conditio remittatur, tanquàm turpis, quia habere malum nomen, & malam famam, est turpe L. facta §. si in danda, D. ad Trebellianum.

Nomen debet apponi) An nomina & cognomina debeant poni in inquisitionibus, vide Angelum

lum in criminibus in gl. super verbo Gayum Sempronium de nobilibus.

Doctor Baert.

Soluant voraminum) Alludit ad eam festiuitatem siue celebritatem, quam Iustinianus auditores facere solitos ait, cum primò Papinianum audirent, vt est in proœmio Digestorum §. ne autem tertij anni auditores, in fine.

Primo audire) De ratione docendi discendiq; iuris, varij varios libros, quidam summas, pleriq; methodos, alij communes locos, omnes veram iuris artem se tradere confirmantes, scripserunt: vbi, si quis omnes ordine euoluerit, eosq; inuicem contulerit, discordiam reperturus est implacabilem: hoc incommodum, quinimo vitium, ex propria & innata plerisque nostræ professionis viris *φιλαυρία* radices agit: dū quo quisque sibi ingeniosior videtur, eò est ad nouam iuris artem pollicendam audacior: nullam interim meliorem viam & methodum querendam puto ea, quæ in Institutionibus primo generaliter designata, & vt ait Aristoteles *ὡς ἐν τῷ πρώτῳ*, deinde subtilius & effusius in latioribus Pandectarum libris est deducta & expressa, scilicet in proœmio Digestorum, seu ea epistola, quæ est de iuris docendi ratione.

Ordinare) hoc est, in ordinem redigere.

Iuxta hoc queritur) Redit ad principalè questionem.

Additio antiqua.

Ponēs aliud) Radens seu amouens arma vel

A 5 nomen



nomen alicuius, ultra voluntatem ponentis, punitur arbitrio iudicis, L. qui libertatem, ad finē L. opus, §. rescribi de oper. pub. alias feci mutilari vnum in Marfilio manu, cum qua depinxerat imaginem capitanei dicti de villa Grego. in capella Augustinorum, & approbata fuit sententia per dominum iudicem primarium appellationum.

Caput tertium.

Ad hoc vt actio iniuriarum habeat locum, debet iniuria fieri animo iniuriandi. num. 1.
 Voluntas & propositum distinguunt maleficia. 2.
 Quomodo probetur, an aliquis fecerit animo iniuriandi. 3. 6. & 7.
 Damnum non præsumitur iure datum. 4.
 Iniurians excusationem suam probare tenetur. 5.
 Ratio sanguinis tollit præsumptionem iniuriæ. 8.
 Ex veris nil nisi verum. 9.
 Etiam ex iniuria quæ fit inconsulto calore iracundiæ quis tenetur. 10.
 Annus elapsus tollit actionem iniuriarum. 11.
 Annus utilis dicitur, in quo non currunt dies feriati. 12.
 Quæstio cum resolutione. 13.
 Infans & furiosus ab iniuria excusantur. 14.
 Similiter & ebriosus. 15.
 Iusta causa tollit actionem iniuriarum. 16.
 Quando possit quis iniuriam dicere. 17.
 Qui quæ vult dicit, ea quæ non vult audit. 18.
 Præuaricator & calumniator quid sit. 19.
 Priuata delicta mutua cõpensatione tolluntur. 20. 22.
 Quæstio cum resolutione. 21.
 Quæstio cum resolutione. 23.
 Bonæ mulieres à prauis distingui debent. 24.
 In incertis non in certis est locus coniecturis. 25.
 Igno-

Ignorantia quomodo probetur. 26.
 Quæstio. 27.
 Propter solutionem transfertur probatio. 28.
 Pro leui seu modica iniuria non competit actio. 29.
 Vocare quem indebitè ad iudicium, est species iniuriæ. 30.
 Loquens ironicè, tenetur actione iniuriarum. 31. 33. circa finem.
 De nomine non est curandum, quando de re constat. 32.
 Regula in materia iniuriæ. 33. & 83.
 Solo nutu fit iniuria. 34.
 De forma libelli. 35.
 Non est melior demonstratio quàm ad oculum. 36.
 Volenti non inferitur iniuria. 37. & 39.
 Quod bona fide fit, bene fit. 38.
 Quando curia possit agere pro iniuria facta alteri. 40. & 72.
 Non obstante quod filius remiserit iniuriam sibi factam pater potest agere. 41 & 70.
 An filius possit agere, si pater iniuriam sibi factam remiserit. 42.
 An pater possit agere pro iniuria facta filio emancipato. 46.
 Semel absolutus præsumitur iustè absolutus. 43.
 Absolutio tantum valet, quantum condemnatio cum absolute. 44.
 An vxor agere possit pro iniuria facta marito. 45.
 Pro iniuria facta mulieri nuptæ competit actio.

}	ipsi mulieri marito & patri mulieris	}	47.
---	--	---	-----

 Quæstio. 48.
 Superiorem quisquis honorat, honorat & subditum. 49.
 Priuilegia dominorum ad subditos transeunt. 50.
 An usufructuarius agat actione iniuriarum. 51.
 Verbec



Verberans patrem qua poena teneatur.	52.
Quaestio.	53.
Iniuria quae fit in vestibus an aliquando censetur per- sonae facta.	54.
Filiosfamilias etiam competit actio iniuriarum.	55.
Quaestio.	56.
Veritas iniuriae tollit actionem.	57. 59. 60. 61.
Argumentum à contrario sensu validum est.	58.
Pactum tollit actionem iniuriarum.	62.
Pactum super futuro delicto non valet.	63.
Praelatus iniuriam factam monasterio remittere non potest.	64.
Nemo contra factum suum venire debet.	65.
Praelato nomine monasterij competit actio.	66.
De iniuria sibi facta, priuatus pacisci potest.	67.
Interest reipub. ne maleficia mancant impunita. & 71.	68.
Imperator est pater subiectorum.	69.
Nemo sine accusatore damnari debet.	73.
Effectualiter iniuria fieri debet vt actio competat.	74.
In criminibus atrocioribus, voluntas non exitus inspi- citur.	75.
Persona vilis defamari non potest.	76.
Ex eodem facto ciuilitur & criminaliter agi potest.	77.
Quaestio.	78.
Actio iniuriarum transit ad haeredes.	79.
Actio iniuriarum caedi potest.	80.
Quaestio.	81.
Forma libelli super iniurijs.	82.
Dissimulatio tollit actionem iniuriarum.	84.
Reconciliatio tollit actionem iniuriarum.	86.
Iudex an aliquando teneatur actione iniuriarum.	85.
Nihil tam contrarium sensui quam error.	87.
Lex imponitur rebus, non verbis.	88.
Verba generalia non remittunt iniuriam.	89.

Ani-

Animo iniuriandi.

Et sic patet, quod iniuriatus habet probare, quod ^{1.} Animo iniuriandi.
iniurians fecerit vel dixerit talia, animo iniurian-
di: nam alias, si per ludum talia dicta fuerint, non Per ludum:
habet locum ista actio iniuriarum, vt D. de iniu-
rijs L. illud, §. quare, & de actio. & obligat. L. ob-
ligationum substantia, cum ibi notatis in fine, iun-
ctis his quae notantur D. de seruo corrupto. L. dolo.
& D. ad legem Aquil. L. si ex plagis §. finali. C. de
non numerata pecunia. L. generaliter, cum ibi no-
tatis circa finem glossae. inst. de testamento milit. §. ce-
terum. nam voluntas & propositum distinguunt, ^{2.}
maleficia D. de furtis L. qui iniuria circa prin. C.
ad legem Corneliam de sicarijs L. prima. & ideo,
iniuriatus habet hoc probare, D. de iniurijs L. in-
iuriarum actio §. si quid quod decreto, iuncta L. si
quis graui §. primo D. ad S. C. Silleya. quod proba- ^{3.}
tur ex facti & personarum qualitate, iuxta notata
D. de sicarijs L. prima §. diuus, C. de iniurijs, L. si
non conuicij, D. de donationibus inter virum &
uxorem L. utrum. sic intelliguntur iura, quae di- ^{4.}
cunt, quod, eo ipso quod est damnum datum, non
presumitur iure datum, nisi contrarium probetur,
nam presumitur maleficiu, quia factum sic se ha-
bet cum iniuria, sicut id quod fit contra ius, iuxta
notata D. de iniurijs, L. illud & L. item apud la-
beonem §. si communem: D. ad legem Aquil. L. sed
et si quemcunque, super verbis, hoc est, & L. si quis
in fumo, D. eodem tit. & de damno infecto L. flumi-
num circa principium glossae, de accusatio. L. si cui,
§. pri-



§. primo, & ex quibus causis in possessionem eatur, L. Fulcinius §. sed is qui fraudationis, super verbo, animus, & de bonis eorum L. 3. super verbo, probatum, D. de sicarijs L. prima, super verbo, percussit: de legatis. 3. L. fideicommissa in fine D. mandati L. si procuratorem §. primo & L. dolus, D. de doli exceptio. L. dolo. circa finem glossæ, D. de exceptionibus rei ind. L. rem C. de iniurijs, L. si non conuicij, circa principium glossæ, & qui testamenta facere possunt, L. si is qui, cum ibi notatis super verbo probationibus, & de sicarijs L. prima, & de appellat. L. que ad civilia. Et si iniurians dicat se per iocum hoc dixisse vel fecisse: hoc probare tenetur, quia si facti & personarum qualitas aliter se habet, presumitur animo iniuriandi hoc dixisse vel fecisse, quia verba seu facta sic se habent. ut notatur in L. si non conuicij C. de iniurijs, iunctis his que notantur in glossis supra allegatis, & C. de requirendis reis L. prima, super verbo purgauerit. An autem sit necessarium quod hoc ponatur in libello, scilicet, quod animo iniuriandi hoc fecerit vel dixerit? distingue sic: aut allegatur tale factum vel dictum, quod est de sui natura criminiosum, vitiosum, & iniuriosum, attenta qualitate facti, & conditione iniuriantis & iniuriati, ut d. l. utrum D. de donationibus inter virum & ux. & ex hoc presumitur iniuria, ut quia dicitur quod extraneus dixit talia verba tali, vel ipsum percussit: & in isto casu non oportet ponere in libello, nec probare, quod animo iniuriandi fecerit vel dixerit, cum in hoc casu ex qualitate facti contra iniuriantem presumatur, sic intel-

intelliguntur iura superius allegata, iunctis hijs que notantur D. de sicarijs L. prima, §. diuus, & de his que in fraudem creditorum L. omnes §. lucius, C. de edendo. L. edita & L. qui accusare. Aut, est tale factum vel dictum, quod de sui natura posset esse criminiosum seu iniuriosum attenta qualitate facti, & conditione personarum iniuriantis & iniuriati, ut si dicatur quod eius magister, dominus, vel prepositus, pater vel mater, vel amicus seu socius ^{Amicus} ipsum percussit, vel talia verba dixit, quia tunc non ^{leu socius} presumitur iniuria facta vel dicta, quia ratio sanguinis tollit presumptionem inferenda iniuria D. de iniurijs L. vestem sordidam D. locati L. item queritur, §. item Iulianus, alias est d. si tutor, ad legem aquil. L. qua actione §. sed si quis seruum egrotum. ad silleya. L. prima §. impubes de questio. L. prima, §. qui questionem & d. l. utrum, cum ibi notatis D. de donationibus inter virum & ux. Et ideo hoc casu actor habet de necessitate ponere in libello, quod animo iniuriandi hoc fecerit vel dixerit, quia una presumptio tollit aliam, ut maior minorem, seu minor aliam minorem odiosam, ut notatur D. de bonis eorum L. finali §. si quis autem vita radio, iuncta L. fin. C. ad legem Iuliam peculat. Vt si iniuriatus habet hoc probare, quod animo iniuriandi dixerit hoc aut fecerit, cum tales persone, licite & iure permittente potuerint talia facere: & quod dicitur, intelligitur moderate, seu leniter tantum, ut D. ad legem Aquil. L. 27 si seruus seruum. §. fin. & L. sed & si quemcunque §. si magister cum ^{Amicus} in not. D. de iniurijs L. non solum §. iniuriarum. ^{8.}

vers.



versus si quis, iunctis his que notantur D. de usufructu L. locum §. primo, & de poenis L. aut facta §. 2. Aut est dubium: & tunc, si premissa sunt vera, non oportet ponere in libello, cum conclusio sequatur ex premissis. & ex veris, non sequatur, nisi verum: secundum Philosophum primo Elenchorum & primo priorum: Si autem premissa non sunt vera, tunc oportet, in dubio, ponere in libello, quia non probat hoc esse, qui ponit aliquid quod aliquando contingit abesse, C. de probationibus L. neque & L. ad probationem. Sed si quis animo non deliberato, seu inconsulto calore iracundia prolapsus, dixerit aut fecerit iniuriam alicui, an tenetur actione iniuriarum? videtur quod non. D. de regulis iuris L. quicquid: pro quo in decretis 2. quasi 3. cap. si quis iratus D. de probationibus L. penult. in fine, & de repudijs L. diuortium. Tu dic contra: & est expressum C. de iniurijs L. si non conuicij, in medio, cum ibi notatis super verbo, calore. Vnde, quedam sunt cum calore iracundia, & sine detrimento iniuriam passi: & tunc talia renocari possunt per poenitentiam: ut repudium missum uxori per maritum, vel e contra, ut D. de repudijs L. diuortium, iunctis his que notantur C. qui bonis cadere possunt L. 2. in fine, D. ad legem Iuliam maiest. L. famosos. Quedam sunt cum calore iracundia, & cum detrimento iniuriam passi, ut vituperium factum vel dictum alicui, & tale per poenitentiam non purgatur, nam poenitentia illius non satisfacit fame istius, ut in proposito determinatur. D. de poenis L. aut facta §. causa & d. si non conuicij C. de iniurijs, iuncta L. si

Tu dic contra.

Talia reuocari possunt.

si ea mente, & L. qui vas. §. vetare cum ibi notatis D. de furtis & de edilitio edicto. L. quis sit fugitiuus, cum ibi notatis, & C. de adulterijs, L. sine metu in princ. Porro, ad hoc ut actio iniuriarum valeat contra aliquem intentari, ista sunt attendenda. Primo, quod non transierit annus, cum sit pratoria poenalis, & famosa, & ultra annum petere non potest, ut inst. de perpetuis & temporalibus actionibus in princ. iunctis his que notantur C. de falsis L. querela, in verbis sunt cetera, ubi de prescriptione criminum est notatum. Sed an talis annus sit continuus, vel utilis? dic ut notatur C. de iniurijs L. si non conuicij super verbo, annus, inst. de iniurijs. §. sed & lex super verbo introduxit. Et dicitur annus utilis, in quo non currunt dies feriati, ut, dies in quibus quis impeditur agere quoquo modo. D. de diuersis & temporalibus prescriptionibus, L. prima, cum ibi notatis C. de edilitio edicto. L. cum sex, & habet quilibet annus trecentos sexaginta quinque dies, ut D. ad legem Aquil. L. si ita vulneratus. §. estimatio, & de statu liber. L. cum heres §. Stichus. & D. de iniurijs. L. item apud Labeonem. §. conuicij. Contra videtur, D. quod metus causa. L. si cum exceptione. §. primo, super verbo anno, iuxta hoc, pone: iniuria fuit dicta alicui absentis, & fuit annus elapsus antequam sciret, nunquid poterit agere? videtur quod non per iura superius allegata, cum ista actio sit pratoria & famosa, que ultra annum non competit: posset tamen dici conuicium quod imò competat, & quod a tempore scientia currat annus, sicut dicitur in alia materia

11.

Annus.
Famosa.

Cōtinuus.

12.

Impeditur
agere.

13.

B

C. qui



C. qui admitti ad bonorum poss. L. 2. C. de libera-
 li causa. L. si is quem, cum ibi notatis. D. de calum-
 niatoribus. L. annus vers. si autem, cum ibi notatis.
 & D. quod vi aut clam. L. semper §. hoc interdi-
 ctum, & de edilitio edicto. L. cum sex, & quando
 appellandum sit. L. prima §. dies, & §. finali D. ad
 legem Iuliam de adulterijs. L. mariti §. dantur, cū
 ibi notatis, circa finem glossæ. C. de iure emphyt. L.
 2. cum ibi notatis in fine glossæ, licet videatur con-
 tra, D. de his qui notantur infa. L. genero, cum ibi
 notatis. Et habet intra annum saltem lis contestari:
 aliàs, si esset iuste impeditus, daretur restitutio, ut
 D. de officio prasidis. L. senatus, cum ibi notatis. Se-
 cundo, requiritur, quòd persona iniurians sit maior
 infante, & persona distincta: nam infans, furiosus,
 & dormiens (cum non habeant animum) non pos-
 sunt facere iniuriam, nec contra eos potest actio in-
 iuriarum intentari, sicut affirmatur D. de iniurijs.
 L. illud, & pro hoc D. de furtis L. vulgaris §. pro-
 inde, iuncta L. prima, §. fin. C. de falsa moneta, &
 C. si quis imperatori maledixerit L. prima, &
 ideo requiritur, quòd sit talis, qui possit facere & di-
 cere iniuriam talem, sic D. ad legem Iuliam ma-
 iest. L. furiosi, & de officio prasidis L. diuus §. pri-
 mo, & extra de homicidio, cap. unico, & ibi glossa
 in clement. Sed nunquid contra ebriosum, dicentem
 & facientem iniuriam, poterit ista actio intentari?
 dic quod non, si iniuria fuerunt verbales. D. de
 re militari. L. omne delictum §. per vinum & D.
 de poenis L. respiciendum §. delinquent, ad quo
 D. ad legem Aquil. L. si seruus seruum. §. si formi-
 car

14.

Maiores in-
 tante.

15.

tarius, quia tales non sunt domini sui, sicut nec fu-
 riosi, quibus equiparantur, ut notatur in Auth. qui-
 bus modis naturales efficiuntur legitimi. §. illud
 quoque melius. collat. 6. super verbo vehementius,
 secus si tales iniurie reales essent, quia tunc contra
 talem potest agi ista actio: quamvis etiam miti-
 us agatur contra ipsos, per iura allegata, quia ipsi
 sunt in culpa, ut D. pro socio L. cum duobus. §. fina-
 li. Tertio requiritur, quòd iniurians non habeat in
 istam causam iniuriandi, nam si iniuriatus esset in
 causa, quòd iniuria sibi fierent, non competere sibi
 ex illis actio iniuriarum contra talem: sic intelli-
 gitur D. de iniurijs L. item, apud Labeonem §. si quis
 virgines, & L. si quis libertate, iunctis his qua no-
 tantur D. locati L. si ignorans & C. de ingenuis L.
 ingenuam. & D. quod metus causa. L. si mulier. §.
 2. & quòd notatur C. de episcopis & clericis. L. si
 qua per calumniam circa finem glossæ. Imo dico,
 quòd aliquando expedit dicere iniuriam alicui, ut
 si aliquis obijciat aduocato, quòd aliquos falsos te-
 stes instruxerit, vel quòd est calumniator, vel pre-
 varicator, quia tunc expedit dicere, tu mentiris, ut
 eleganter notauit glossa C. de postulando L. quis-
 quis super verbo utilitas. & D. de procurator. L.
 qua omnia, circa princ. & C. de dolo L. nullam, la-
 secunda, & D. de bonis liber. L. qui cum natu ma-
 tor §. 2. iuxta commune prouerbiū, Qui mal dict,
 mal veult ouyr. nam communiter dicitur, Ne se
 peult tenir de plourer ou soy plaindre, qui mal
 perd la cause C. de prescriptione triginta vel qua-
 draginta annor. L. fin. circa medium, & de iure de-

In culpa.

16.

Iustā cau-
 sam iniuri-
 andi.

17.

Tu menti-
 ris.

18.

Qui mal
 dict.

19. Calūniator. liberādi. L. fin. §. sed quia quadam vel vana. Quid sit prauaricator vel calumniator? dic ut notatur D. de his qui notantur infa. L. athletas §. item prauaricator, & de petitione hered. L. si quo tempore circa finem glossa: & sic intelliguntur iura quae dicunt, quod paria delicta, mutua compensatione tolluntur, iuxta notata D. ne quis eum, qui in ius vocatus est vi eximat L. 2. & D. ne quid in loco publico L. 2. §. idem ait, & soluto matr. L. viro, in fine, & de fide instr. L. 2. & de hoc dic, ut D. de contrahēda empt. L. domum §. fin. & de eo per quem factum erit, L. fin. §. penult. ad legem Aquil. L. item si obstetrix, & de compensationibus. L. si ambo, de dolo. L. si duo, et de inofficio. testa. L. in arenam, & de liberali causa. L. si filium. Licet videatur contra C. unde vi L. prima in fine glossa. Sed an dolus cum dolo, vel culpa cum culpa compensetur? dic quod, aut dolus vertitur circa idem: & tunc compensatur, ut dicta L. viro D. soluto matrimonio, & D. de adulterijs L. si uxor §. diui. Aut dolus vertitur circa diuersa: & tunc non compensatur, ut D. de adulterijs L. 2. §. si publico, & notatur in d. l. viro D. soluto matr. Et haec vera: quando agitur criminaliter: si autem civiliter: tunc semper compensatur, etiam circa diuersa, D. de eo per quem factum erit L. 2. §. penult. & de dolo L. si duo, sic D. de compensationibus L. si ambo. An autem dolus cum culpa compensetur? dic: quod si dolus praeponderat culpam, tunc non compensatur. D. ad legem Aquiliam L. item si obstetrix in fine: alias, fit compensatio cum tunc culpa dolo equiparetur, D. depositi L. quod nerua. Ex quibus deciditur
20. Sed ando lus.
- 21.
- 22.

ditur unum dubium: duo dixerunt ad inuicem iniurias, vel se percusserunt: quod unus non possit agere contra alium, per iura allegata: & D. de vi & vi armata L. 3. §. eum & de iustitia & iure L. ut vim. Dic: quod quando una, scilicet, secunda propulsatur ab alia: quod tunc non possim agere efficaciter ut d. l. quae omnia §. primo D. de procuratoribus & L. qui cum natu maior §. si libertus D. de bonis libert. & D. de iure fisci L. delator, & C. de heret. L. quoniam & de inofficioso testa. L. in arenam: de liberali causa L. si filium: alias sic, per iura superius allegata. Item aliud dubium deciditur ex praedictis, pone: quadam bona mulier ibat de nocte ad domum meretricis, vel clericus ad modum laici, sine habitu & tonsura clericalibus, nunquid possim mulierem talem impunè attentare, & talem clericum percutere, sine metu excommunicationis? & videtur quod sic: cum ipsi sint in culpa, per iura superius allegata, iunctis his quae notantur D. locati L. si ignorans, cum notatis ext. de sentētia excommunicationis cap. si vero aliquis & cap. in audientia & notatur C. de episcopis & clericis L. si qua, in fine, & sic intelliguntur iura quae dicunt, formam rei mutari nomine, de quo dic ut habes in theorica de statu hominum, quae incipit, nota formam, item illud, quod dicitur in glossa magna D. de rerum diuisione L. in tantum §. sacra. Verum, tu dic hoc verum, si iniurians statum personae iniuriatae ignoret ut D. de iniurijs L. eum qui §. finali. sic iura superius allegata: alius, secus, si cognoscantur, quia tunc iniurians esset in dolo, & persona iniuriata in culpa.



24. *Bonæ à prauis.* *pa, portando talem habitum: cum bonæ à prauis, & clerici à laicis per habitum distinguere debeant, ut ab omnibus cognoscantur: ut in fabro & aquarum custo de, qui debent deferre signum, ut ab alijs cognoscantur. C. de fabris L. stigmata C. de aqua ductu L. penult. §. vniuersos lib. 11. C. de prepositis sacri cubiculi L. prima in fine lib. 12. ergo quia dolus præpoderat culpa D. ad legem Aquil. L. item si obstetrix, non excusatur iniurians si eam cognoscat, quia licet eam reperiatur in habitu inhonesto, scit tamen honestam arg. D. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur L. hoc iure & de legatis 3. L. seruis urbanis, iuncta L. prima §. fin. D. de actio empti, & de contrahenda emptio. L. a de sacra §. primo, tamen quia in incertis, non verò certis, est locus coniecturis D. de verborum obligat. L. continuus §. cum ita. Quamuis ergo percutiendo tale clericum, non incidat in sententiam excommunicationis, tenetur tamen sibi actione iniuriarum, ut notatur in d. cap. in audientia, extra de sententia excommunicationis. Sed qualiter probatur ignorantia in tali causa? dic. quod per proprium iuramentum C. de iure deliberandi L. finali §. licentia, ext. de sententia exc. cap. si vero aliquis, ext. de electione cap. nulli in fine lic. 6. ext. de rescriptis cap. statutum §. sed & in duobus lib. 6. iunctis his que notantur C. de furtis L. in civilem in fine, maxime, cum quis presumatur ignorans, nisi probetur sciens, iuxta notata C. de episcopali aud. L. si legibus circa principium, & de rebus alienis non alienandis L. prima in princ. & de excusationibus tut. L. quinquaginta super verbo factum, & de satisfactio. L. prima, circa medium, glossa.*

glossa. de prescriptione longi temporis L. ult. & qui militare poss. L. super seruis in principio glossa lib. 12. D. qui potiores in pignore L. creditor, adde ad hoc theoreticam de testibus, que incipit, nota quod quis habet probare: Et hoc verum, nisi esset amicus, vicinus, socius, familiaris, domesticus, vel de parentela: quia tunc presumitur sciens. sic intelligitur quod notatur D. de rescriptis L. prima in fine glossa & D. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur L. sicut, de probationibus L. cum de indebito. C. de rescindenda venditione L. quisquis cum legibus ibi allegatis in fine, iunctis his que notantur C. de periculo tut. L. penult. & pro hoc textus cum glossa C. de in integrum restitutione minor. L. de tutela, nam tales debent & possunt eas intelligere & cognoscere sola voce, arg. in Auth. de testibus §. sancimus collat. 7. Iuxta hoc si quæras, nunquid sit audiendus, dicens se factum suum proprium ignorare? dic de hoc ut habes in nona theoretica D. de origine iuris, item adde hic nonam theoreticam de iurisdictione omnium iudicum, que incipit, nota quod propter imperitiam, nam non presumitur diligens errare iuxta notata D. de probationibus L. cum de indebito circa principium. sic dicitur in alia materia, quod propter solutionem transfer- tur probatio d. l. cum de indebito D. de probationibus. Quarto requiritur, quod iniuria facta vel dicta, sit sufficiens & legitima: nam si esset modica vel leuis, non daretur actio iniuriarum D. de iniurijs L. item apud Labeonem §. prætor ait si quis aliud, ver. nam si leniter



percussus L. prator edixit §. praterea, iuncta L. scio illud D. de in integrum restit. & de dolo L. siolum §. fin. & L. seq & de edilitio edicto L. prima §. 3. est glossa qua hoc notat ext. de re iudicata cap. cum te. & in quibus casibus, de modico sit agendum, & in quibus non? dic ut notatur inst. de rerū diuisione §. Gallinarum. Sed nunquid si aliquis indebitè trahatur ad iudicium, est sufficiens iniuria ut ex ea possit agi? dic quod sic: ut notatur D. qui satisfacere cogantur L. si verò pro condemnato in fine glossa, & de iniurijs L. iniuriarum §. si quis per iniuriam: & idem, si scienter utatur iniusta consuetudine D. de iniurijs L. iniuriarum §. finali, cū ibi notatis. Sed si quis habeat verba cum aliquo & rixam, & dicat sibi verba indirecta, iniuriosa: ut, vos estis bonus homo, ironice loquendo, & apparet bene ex matre, quòd est de bono genere: vel, bonus estis: vel, de bonis gentibus, deus scit: vel, mater vestra seu parens est bona mulier, vel bonus homo, & sciunt hoc bene vicini tui, vel tales: vel, ego non sum latro vel homicida: & sic de alijs verbis indirectis & subdolis: & alter dicit, vis dicere quod ego sum talis? nunquid ex talibus verbis indirectis, possit agi actione iniuriarum? possit dici quod sic: attenda conditione utriusque per textum & glossam D. ad Macedonianum L. prima, ibi, cū dicitur, ne quid amplius, & in Auth. quibus modis naturalis efficiuntur sui. §. sed aliud, super verbis hoc tantum collat. 6. & D. de edilitio edicto L. quis sit fugitiuus §. primo, in verbis qui ea mente, & L. si tamen §. ei qui seruum cum ibi notatis super verbo amplius C. de

Bonus homo.

30.

31.

C. de

C. de postulando L. quisquis circa medium, & videtur expressum D. de iniurijs L. quod senatus, quia non est curandum de nomine, cū alias de substantia vel effectu rei apparet C. de constituta pec. L. 2 licet videatur contra per Auth. si quando ibi positam Tu dis breuiter, quod de rigore iuris intentari possit actio iniuriarum contra quosuis, dicentes vel facientes aliquid alicui causa minuenda opinionis & infamandi, ut videtur casus C. de iniurijs L. 3. circa finem & D. de iniurijs L. item apud §. generaliter autem. Et in istis verbis indirectè dictis, facit multum modus pronuntiandi, nam non idem significant nomen grauiter & acutè prolatum secundum Aristotelem primo elenchorum. Imò etiam crederem, quòd solo nutu posset fieri iniuria, dū tamen faceret aliquod signum, ex quo appareret de voluntate iniuriantis, hoc est, cum talia signa seu nutus possent aliquo modo assignari seu percipi ex verbis precedentibus & subsequenibus, sic intelligitur D. si certum petatur L. 3 & L. certum & de contrahenda emptio. L. prima §. finali, ext. de sponsalibus cap. tua, de seruis fugitiuis L. prima §. penult. C. de fideicommissis L. & in epistola, iuncta L. labeo §. finali D. de supellectile leg iunctis his etiam qua notantur D. de pactis L. item quia circa finem glossa, & de edilitio edicto L. si vero, in fine glossa, de conditionibus & demonstrationibus L. cum seruis, ex quibus legibus potest dici, quod licet omnes qualitates & forma rei petita sint ponenda in libello ut D. de censibus L. forma in princ. tamen, si ille agens dicat se nescire eas, interim sit paratus

32.

33.

34.

Solo nutu.

35.

B 5

rem



- Ostendere rem ostendere ad oculum, quod talis libellus sit ad oculū. mittendus, ut L. forma, cum ibi notatis in princ. D. de censibus, & D. si certum petatur L. certū D. de heredibus instituendis L. quoties § si quis: & sic nō semper illicitū punitur, ut D. de religio. & sumpt. funer. L. et si quis impediatur § diuus: & cōcordat D. de usufructu legato L. heres, maxime si velit iurare, se nescire tales rei descriptiones D. de furtis L. in actione § de veste, & D. depositi L. prima §. si quis nam nō est melior demonstratio, quā ad oculum, D. finium regund. L. si irruptione, inst. de gradibus affinitatis §. fin. Quinto requiritur quod iniuriato nolente fuerint dicta seu facta tales iniurie, nam alias, si ipso volente nō competit sibi actio iniuriarum D. de iniurijs L. prima §. usque adeo, quia etiam bonum mihi faciendo fit mihi iniuria, si fiat me invito ut D. ad legem Aquil. L. si seruus seruum §. & si puerum: & ibi glossa super verbo sed iniuriarum argumentor, quod videtur bene fieri, si bona fide fiat iuxta notata D. de iureiurando L. cum qui §. in popularibus super verbo fuerit, & ei cui malum fit, satis est, si aliquid ad eius voluntatem fit, D. de iureiurando L. non erit cum ibi notatis in principio. nam volenti non infertur iniuria neque dolus C. de transactionibus L. cum donationes iuncta L. venditor cum ibi notatis super verbo queri potest & L. nemo videtur D. de regulis iuris & de actio empti L. prima in fine, Contra: quia voluntatem suam explevit iuxta notata D. de conditione causa data L. penult. in fine glossa, quæ est super verbo furti te acturam. Sed dic: quod volens agere

agere non potest: curia verò potest secundum iura Curia: hinc inde allegata, etiam si me volente fiat iniuria D. ad legem Aquil. L. si seruus seruum §. & si puerum cum ibi notatis, & notatur D. de liberali causa L. plane, la. 2. §. penult. & inst. de actio. §. hinc. Et hoc verum: si dolose fiat, alias secus C. de sicarijs L. prima D. de iniurijs L. illud. Sed nunquid si filius vel uxor remiserit iniuriam sibi factam, pater vel maritus poterit agere contra iniuriantem, cum vtrique competat actio D. de iniurijs L. prima §. usque adeo C. de iniurijs L. 2. cum legibus ibi allegatis iuncta L. sed si unius §. idem ait filiofamilias D. de iniurijs? Dic quod sic: quia remissio facta per filium non præiudicat patri quando agere velit D. de iniurijs L. prima §. usque adeo & arg. D. de minor. L. patri cum ibi notatis super verbo nolit, adde hic quod notatur in theorica de rescindenda venditione, quæ incipit, nota quod pactum factum. Contra videtur notari D. de rescindenda venditione L. prima in fine, & pro hoc C. de rebus creditis L. nec filius, & L. prima §. usque adeo D. de iniurijs. Tu dic quod remissa actione per patrem, filius non potest agere: dum tamen pater nō sit homo vilis ut est casus in L. sed si unius §. idem ait filiofamilias D. de iniurijs, quia talis actio iniuriarum de facili tollitur, ut notatur D. de pactis L. si tibi circa principium, & L. si unus §. sed si pactum, quamuis aliqui dicant illū §. idem ait filiofamilias L. sed si unius D. de iniurijs esse correctum per L. primam vers. ne unquam C. de bonis. maternis & per L. finalem §. primo C. de bonis qua liberis, ibi, cum

41

42.
Filius non potest agere.

cum dicitur nullam acquisitionem. Et est ratio, quia talia maleficia pacto nudo tolluntur licet re ipsa contrabantur ut D. de iniurijs L. non solum §. primo quia talia sunt introducta à pretore, similiter & pacta, ergo per pacta facile tolli possunt. ut D. de pactis L. iurisperitum §. pretor ait & §. si pacificar. Sed nunquid si unus egerit contra iniuriantem, & succubuit, poterit alter agere contra ipsum? videtur quod non: D. de iureiurando L. si duo patroni & L. duobus §. colonus cum ibi notatis super verbo poterit, & videtur expressum D. nauta, caupones, stabul. L. penult. §. fin. D. vi bonorum raptorum L. 2. & pro hoc videtur casus in ratione D. de euctio. L. si per imprudentiam §. fin. nam semel absolutus, presumitur iuste absolutus iuxta notata à contrario sensu D. de euctio. L. Heremius in fine D. de statu hominum L. ingenuum & de pœnis L. si praeses & de suspectis tutoribus L. ha enim & de iureiurando L. fin. in princ. iunctis his qua notantur C. ad legem Aquil. L. ex morte. Contrarium videtur: nam tantum valet & operatur absolutio, quantum condemnatio cum solutione, ut notatur C. quando civilis actio praedictet criminali L. prima circa finem super verbo repetendum. Sed si fuisset condemnatus, & soluisset filio pro iniuria sibi facta, pater posset nihilominus agere per iura superioris allegata, ergo: pro prima parte videtur textus D. de noxalibus actio. L. in delictis §. si detraeta, & est ratioe sapius de commisso eiusdem hominis queratur ut L. penult. §. fin. D. nauta, caupones, stabularij, quam partem credo veriore. Sed nunquid

44. Contrariū videtur.

45.

nunquid uxor agere possit pro iniuria facta marito? sicut è contra? vel filius pro iniuria facta parenti? videtur quod sic: p notata in L. ut vim, circa principium D. de iniustitia & iure. Tu dic: quod non: ut D. de iniurijs L. 2. & notatur inst. de iniurijs §. atrox vers. parui in prima glossa. Sed nunquid pater poterit agere pro iniuria facta filio emancipato vel naturali? videtur quod sic, arg. D. de liberis agnoscendis L. si quis in princ. & notatur inst. de iniurijs §. item per uxorem super verbo patris & argumento eorum qua notantur in §. atrox vers. parui inst. de iniurijs. Sed nunquid pater poterit agere pro iniuria facta filie nupta? dic quod sic: cum sit in potestate patris, & sic in isto casu tribus competit actio iniuriarum: ipsi marito, patri, & uxori, sic intelliguntur iura D. de iniurijs L. cum qui §. 2. & C. de iniurijs L. 2. cum ibi notatis, iunctis his qua notantur C. de conditionibus inser. L. si uxorem D. solutio matr. L. quia parentis & hoc verum: si iniurians sciret tales esse in potestate, vel talem maritatum esse: alias, non, inst. de iniurijs §. atrox vers. parui. Iuxta praemissa quero, nunquid filius portet iniquitatem patris? vel è contra? dic de hoc, ut in octava theorica de ferijs, qua incipit, nota filium. Sed nunquid poterit dominus agere de iniuria facta nuntio vel subdito? dic quod sic: dum tamè sit factum vel dictum contemplatione domini ut D. de iniurijs L. item apud Labeonem §. si quis virginem & inst. de iniurijs §. seruis D. de iniurijs L. cum qui §. si iniuria cum ibi notatis & D. de rei vendicat. L. item si verberatum cum ibi notatis in prin-

46.

47.

48.



49. principio: nā qui honorat meū subditum, me hono-
rare videtur C. de re milit. L. fin. in fine & qui fa-
cit bonum vel malum cani meo, mihi facere vide-
tur D. de verborum obligat. L. si stipulatus fuero, nā
ubi unū est propter alterū, utrobiq; tantū unum: &
propter quod unumquodq; ipsum magis est tale se-
cundum Aristotelē libro 2. Topicorum, & ideo pri-
uilegia dominorū ad subditos transeunt, & serui-
tores, & stationarij, pergamenarij, & venditores
incausti, idē priuilegiū habere noscuntur quod ha-
bēt clerici, propterea quod ea quae praemissorum ope-
ra facta dicuntur, ad eos ordinantur (& cohorta-
libus principibus L. quicumque cum ibi notatis in
principio lib. 12. C. de episcopis & clericis L. pri-
ma & secunda §. verum etiam. & ne filius pro pa-
tre Auth. habita, & de priuilegijs scholarium L.
quoties & de proximis sacr. scrinior. L. in sacris et
de silētiarijs L. 3. lib. 12. & si quacung; praedi. po. L.
unica & D. de precario L. penult. & de usu & ha-
bitatione L. nō solū §. primo, & notatur extra de
foro cōpetente cap. 2. in prin. Sed nunquid actio in-
iuriarū cōpetit fructuarij? Dic quod sic: si in contu-
meliā eius fieret, ut D. de usufructu L. usufructu-
ario cum cōcordantijs alias, ager proprietarius, D.
de iniurijs L. item apud labeonem §. ait prator. Itē
quero si aliquis percussisset vel vulnerauerit patrē
vel matrem, qua poena puniatur? dic ut habetur &
notatur extra de atate & qualitate cap. cum dudū,
notatur 30. quest. 6. cap. non satis circa finem & ple-
ne C. si seruus expor. L. 4. Sed nunquid iniuria fa-
cta uni de collegio, toti collegio videatur facta? dic
quod

Tantum
unum.

50.

51.

52.

53.

quod sic: C. de questio. L. decuriones. Sed nunquid
si iniuria fiat in vestibus alicuius, videbitur & cen-
sebitur facta persona? dic quod sic, D. de iniurijs L. Facta per
sed est questionis in princ. iunctis his quae notantur sonæ.
in Auth. de episcopis & clericis §. penult. super ver Dic quod
bo omnibus, inst. de iniurijs §. primo & C. de iniu- sic.
rijs L. atrocē D. de iniurijs L. prator §. fin. C. de e-
piscopalis aud. L. mima D. de iniurijs L. vestē sor-
dida iunctis his quae notatur in Auth. de episcopis
§. finali collat. 9. cū concordantijs. Et ideo si aliquis
rumpat vestes clerici, est excommunicatus, perinde ac
si eū percussisset, arg. D. de iniurijs L. sed est questi-
onis in princ. & de test. L. ad testiū in fine, de cōtra-
henda emptione L. clauibus, & de actio empti L.
fundi, & in feudis quae sint prima causa beneficij a-
mitti. §. porro & pro hoc C. de vestibus oloberis &
aur. L. temperent vniuersi lib. 11. Sed nunquid filio- 55.
familias datur actio iniuriarū. dic quod sic: ut no-
tatur D. de pactis. L. in persona L. prima §. vsque-
adeo D. de iniurijs & de iudicijs L. si lōgius §. pri-
mo & soluto matr. L. 2. §. ceterum. Iuxta praemissa
quero, nunquid socius possit agere pro iniuria facta 56.
socio, ipso agere non curante? dic ut habes in magna
glossa de rei vindicat. L. solemus. Sexto requiritur, 57.
quod tale conuicium non sit in illa persona iniuria- Non fit in
ta, quia si esset, non competeret sibi illa actio in- illa perso-
iuriarum contra iniuriantem, ut D. de iniurijs na.
L. cum qui nocentem in princip. & C. de in-
iurijs L. si non conuicij, & L. siquidem ama.
& L. 3. eodem tit. sumpto argumento à contra-
rio



58. rio sensu quod est fortissimum in iure ut D. de officio eius L. prima § primo iunctis his que notantur D. mandati L. si procuratorem §. si ignorantes & de testibus L. ex eo & D. de testa. L. qui testamento § mulier. ubi glossa dicit quod contrarius sensus legis pro lege accipiatur & facit inst. de testa. §. testes. Porro, quod in hoc casu non competat actio iniuriarum, hoc probat textus & glossa inst. de iniurijs §. primo super verbo debitorum, quod intelligo verum, si tale conuicium sit in tali persona iniuriata, sua culpa, ut quia sit fur, vel leno, meretrix, vel ebriosus, nam secundum Aristotelem libro tertio ethicorum capite 7. quicumque per suam culpam turpis efficitur, vituperandus est, nam cecus à natura non vituperamus, sed misericordiam habemus, sed qui per malitiam oculos amiserunt, illos vituperamus, quia malitias & virtutes in nostra potestate habemus attestante Paulo Iureconsulto in L. cum qui in princ. D. de iniurijs, & ideo secus, si tale vitium sit in eo sine culpa sua & vitium naturale, ut quia est cecus à natiuitate, vel mancus, tortipes, strabo, vel caducus, & sic de alijs accidentibus ex vitijs, que sunt à natiuitate, vel que ex correctione & diuina ordinatione proveniunt, nam que à natura insunt, nec laudanda nec vituperanda sunt, ut dicit Aristoteles in libello præallegato ad quod D. de damno infecto L. fluminum § vitium & C. de liberis præteritis L. maximum vitium cum ibi notatis super verbo nam sustinetur quod naturalis sit & D. de seruitutibus rusticorum prædiorum L. si mihi & si seruitus vend. L. sicut §. Aristo.

61. Malitias & virtutes in nostra potestate habemus.

Aristo. & ideo in hoc casu competit actio iniuriarum, ex quo naturaliter in eo sit tale vitium, sic intelligitur D. depositi L. prima § si quis tabulas. Se-
 62. primo requiritur, quod non fuerint per pactum, transactionem, vel iuramentum extincta, quia tunc Extinctæ non potest agi, ut D. de iniurijs L. non solum §. primo vers proinde, iunctis his que notantur D. de pactis §. si tibi, circa princ. & hoc verum, si pactum fuerit factum post iniuriam commissam, secus si ante. quia non valet tanquam super futuro delicto factum ut D. de pactis L. iurigentium § si paciscar & L. si vnus §. illud & §. pacta & C. de pactis L. pacta. Et hoc intelligunt quidam in persona priuata seu simplici, quod videlicet illa possit transigere vel paciisci post iniuriam factam, quia secus in prelato seu monacho, quia tales nullo tempore possunt remittere, ut notatur 24 quest. 4 cap. is qui, & extra de sententia excommunicationis cap parochianos, quod intellige, quo ad iniuriam acquisitam seu natam monasterio: secus autem quo ad suam personam D. de iniurijs L. prima §. vsque adeo cum ibi notatis. sic
 63. intelliguntur iura que dicunt, quod quis non potest venire contra factum suum, & quod quis potest renunciare iuri sibi acquisito D. de adopt. L. post mortem cum ibi notatis circa principium super verbo factum suum, & de seruitutibus rusticorum præd. L. per fundum & C. de seruo pignori dato manumit. L. si creditoribus, & ne fiscus rem quam vendi lege prima lib. 10. D. de pactis L. pactum in fine L. penult. C. de pactis. Sed nunquid religiosus qui iniuriam sibi factam remisit, poterit agere nomine monasterij?
 64. C
 65.



66. *nasterij? contra iniuriantem? dic quod sic: & pro hac glossa superius allegata & C. de euictio. L. si tibi & D. de doli exceptione L. si procurator, & C. de sacrosanctis ecclesiis L. iubemus la grande & sane, in questione sabbatina C. de rei uxoria act. L. unica & cum lex Iulia, & de iure dotium L. si pradium, ext. de electione cap. nosti, circa medium glossa que est notabilis. C. de agricolis & censitis L. quemadmodum lib. 11. & notatur C. de rescindenda venditione L. 2. & in feudis de pone tenenda & item sacramenta, & notatur C. de episcopis & clericis Auth. clericus, & de aduocatis diuersorum iud. L. ne quis, in fine ext. de foro competente cap. si diligenti, adde hic 12. theoricā de adoptionibus, que incipit, nota quod non posset. Hoc etiam posset dici in persona priuata simplici, quod posset transigere vel pacisci de iniuria sibi facta, non autem de iniuria facta reipublica, etiamsi esset iniuria que competeret sibi, nam interest reipublica, ne maleficia remaneant impunita. D. ad legem Aquil. L. si ita vulneratus cum ibi notatis. & ideo de iniuria facta reipubl. non potest transigi, nec pacisci per priuatam personam, quin curia possit agere arg. D. de sicarijs L. lege Cornelia & fin. cum ibi allegat. D. de publicanis L. licitatio & quod illicite & de poenis L. si poena, cum iuribus supra proxime allegatis, nam imperator qui curia reputatur, ut notatur C. de iure fisci in rub. lib. 10. & pater subiectorum ut in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio fiant & eos autem collat. 2. non remisit, & sicut pater propter remissionem filij non perdit actionem*

Etionem L. prima & usque adeo D. de iniurijs D. 70. de pactis L. in persona 2. responso: sic nec curia propter remissionem priuati, & pro hoc videtur casus decretalis extra de sententia excommunicationis cap. cum desideres in fine & D. de publicat. L. licitatio & quod illicite & C. de salgamo hospitibus non praestando L. unica lib. 12. & D. de pactis L. si unus & pacta & L. iurisdictionum & si paciscar, cum ex hoc daretur materia & occasio delinquendi, quod fieri non debet iuxta notata in proemio digestorum & illud & D. nauta, caupo- nes, stab. L. prima & primo & de transactionibus L. cum hi & si cum lis, & de procuratoribus L. licet cum L. seq. & C. de latina libertate tollenda L. unica in fine, & de indicta viduitate tollenda L. 2. alij autem dicunt, quod si ille erat bona & honesta persona, quod tunc curia possit agere non obstante pacto & transactione, seu quacunque alia compositione per eum facta: secus si esset vilis persona iniuriata, arg. D. de iniurijs L. item apud Labeonem & prator in fine iuncta L. sed si unus & idem ait filiofamilias, & D. familia ercisc. L. cetera & D. de furtis L. verum & de aleator. L. prima & C. de adulteris L. qui adulterium, alij dicunt quod curiales per se non possunt agere, cum sit speciale in aliquibus casibus, quod quis sine accusatore damnetur, ut C. de probationibus L. penult. cum ibi notatis, & notatur C. de testibus L. nullum in fine, & D. de adulterijs L. prima & si publico & D. de muneribus & honoribus L. rescripto



§ si quis accusatorem, in contrarium est ius com-
mune D. ad municipalem L. prima §. primo, &
tunc erit difficilis responsio ad iura superius allega-
ta. Sed nunquid si occisor pacem faciat cum amicis
occisi, poterit nihilominus per curiam accusari. dic
quod sic: argumento iurium pro parte ista allegato-
rum, & D. de adulterijs L. si maritus §. si negavit
cum ibi notatis, & D. ad legem Iulia de vi pub L.
qui coetu. §. fin. & D. de pactis L. iurisgentium §. si
paciscar cum ibi notatis: & hoc videtur notare glos-
sa D. ad S.C. Silleya. L. 2 iunctis his que notantur
C. de collatio. L. prima circa principium & de te-
stibus L. nullum, & ad legem Aquil. L. ex morte.

Per curia.

74.

Octavo requiritur, quod iniuria fuerit facta vel
dicta, effectualiter, quia si tantum esset data pecu-
nia alicui, ut alteri diceret aut faceret iniuriam,
iuxta textum D. de iniurijs L. non solum §. procu-
lus cum ibi notatis, inst. de iniurijs §. non solum &
de verborum sig. L. saepe, contra eum qui dedit pecu-
niam, ut alicui diceret aut faceret iniuriam, quia
nondum fecit iniuriam vel dixit, non potest agi a-
ctione iniuriarum, ut est textus D. de iniurijs L. ne
apud §. si curauerit & D. quod quisque iur. L. pri-
ma in fine, & intelligo, quando stat per eum, non per
impossibilitatem facti, ut notatur in feudis que fue-
rit prima causa beneficii amitt. §. si vassallus, super
verbo perdit, que est notabilis, & sic non obstat inst.
de iniurijs §. non solum & C. de accusatio. L. non
ideo animis cum ibi notatis, & D. de reg. iuris L. non
videtur §. que iussu & de aqua pluvia arcēda L.
quanquam cum ibi notatis, & de receptator. L. pri-
ma

ma. 2. resp. circa finem & de iure fisci L. 2. §. diuus
& D. ad legem Corneliam de sicarijs L. diuus, in
quibus dicitur, quod voluntas, non exitus inspicitur:
quia loquuntur ut dictum est, ubi non stat per eum,
sed per impossibilitatem facti: vel dic quod loquun-
tur in magnis criminibus, in quibus voluntas & co-
natus pro facto reputatur, hic autem loquimur de
modicis, in quibus requiritur effectus, iuxta nota-
ta C. de episcopis & clericis L. si quis non dicam,
& ad legem Corneliam de sicarijs L. is qui cum
telo & D. de extraordinarijs criminibus L. prima
circa princ. & de furtis L. qui eamēte & de fal-
sis L. qui falsam & C. de falsis L. si falsos iunctis his
que notantur D. quod quisque iuris L. penult. §. fi-
nali. Nono requiritur, quod iniuriatus & iniurias
non sint viles persone & infames, quia vilis & in-
famis ulterius infamari non potest, ut est textus cū
glossa notabili C. ut intra certum L. 2. iunctis his
que notantur extra de iudicijs cap. ita quorundam
in fine glossa, & quia tales viles persone, quas ratio-
ne vilitatis vite dignas legum observatione prator
non credidit, nunquam debent iuris laqueis innoda-
ri, nec defendi, ut C. de adulterijs L. que adulteri-
um in fine, & D. de ritu nupt. L. senatoris, cum ibi
notatis super verbo scripto & D. familia erciscun-
da L. cetera & de aleatoribus L. prima & quod
metus causa L. si mulier. Decimo requiritur, quod
non intentetur actio criminalis ex lege Cornelia,
contra iniuriantem, cum iniuriatus vult agere ci-
uilititer contra eum vel eius heredes, quia tunc non
posset iterum talis civilis actio contra eum agitari,
quia

75.

Conatus
pro facto.

76.

Actio cri-
minalis.
Ciuiliter.



Preiudica-
retur. *quia praeiudicaretur accusationi criminali, saltem
temporaliter, quamvis non perpetuo: sic intelligo L.
prator edixit §. quod autem prator ait, circa finem
D. de iniurijs: licet ex eodem facto quis posset civili-
ter conveniri, ac criminaliter accusari iuxta nota-
ta in L. ex morte C. de lege Aquil. civilis namque
77. Criminali-
ter accusa-
ti. criminalem non tollit, iuxta notata D. ad legem
Aquil. L. inde Neratius §. hanc actionem & L.
si servus servum §. & si puerum super verbo
quadruplum, & est textus cum glossa inst. de in-
iurijs §. in summa, C. de vi publica vel privata,
L. si quis ad se fundum super verbo destinatus D.
de privatis delictis L. fin. de sepulchro violato L.
fin. iuncta L. interdum fur §. qui furem, D. de fur-
tis. de hoc plene, dic ut notatur in feudis de pace te-
nenda §. iniuria. Sed nunquid si aliquis tenonem
78. interfecisset, posset agi contra eum criminaliter? vi-
detur quod sic: ut d. l. ex morte C. de lege Aquilia,
sed dic ut notatur D. de privatis delictis L. finali
ad quod in Auth. de collat. §. iubemus autem omnes
79. collat. 9. de officio praesidis L. congruit. Sed nunquid
ista actio iniuriarum transit ad heredes? dic quod
sic, lite contestata: alias non, cum tendat ad vindi-
ctam, ut notatur D. de iniurijs L. iniuriarum actio
arg. D. de hereditate vel actione vendita. L. si no-
men, licet videatur casus in contrarium, scilicet,
quod etiam lite non contestata transeat ut C. de
sepulchro violato Auth. item qui domum, ubi
datur actio heredibus mortui iniuriati post mor-
tem, sed dic quod illud est ideo, quia nata seu fa-
cta fuit ibi iniuria post eius mortem, & sic ma-
gis*

gi videtur facta heredi. Sed nunquid actio iniu-
riarum cedi & vendi potest? videtur quod non: Cedi-
80. quia merè competit ad vindictam, ut D. de iniu-
rijs L. prator edixit §. primo, & de peculio L. quis
ergo, & D. pro socio L. 3. tu dic contra, quod imo
possit vendi & cedi per viventem, licet non trans-
feratur ad heredem, nisi demum lite contestata ut
dictum est: nam actiones ex delicto ceduntur, ut
notatur D. de petitione hered. L. quod si in diem
§. Iulianus scribit in verbo victus & D. manda-
ti L. Papinianus libro tertio, (est L. 28.) &
ibi glossa in verbis & suo nomine, & in d. l. si no-
men, D. de hereditate vel actione vend. & ibi
glossa in verbo prestare vers. sed an actio iniuria-
rum possit vendi? ubi dicitur, quod actio iniu-
riarum possit ante litem contestatam vendi & C.
ne liceat po. L. prima circa finem glossa, unde si ven-
di potest ante litem contestatam, & ante litem con-
testatam potest cedi, per infra allegata: item, quia
quacunque actio, siue sit realis, siue personalis, po-
test cedi, ut C. de hereditate vel actione vend.
L. finali, & L. si nomen D. de hereditate vel a-
ctione vend. item, actiones provenientes ex delicto,
possunt cedi: ergo multo magis ex quasi delicto sicut
est ista ut D. de solutionibus L. cum quis §. primo
& pro hoc textus, inst. de emptione & venditione
§. quod si fugerit, & de hoc est glossa in L. fina-
li, C. de hereditate vel actione vend. nec hoc ob-
stat, quod vadat ad vindictam, quasi propterea
non sit in bonis, & per consequens cedi non possit,
quia hoc verum, quo ad hoc, ut non transeat
C + ad



ad heredes iniuriati nisi lite contestata, L. si nomen
 & ibi glossa super verbo prestare vers. sed an actio
 D. de hered. vel actio. vend. interim per hoc non
 negatur, quin bene possit cedi D. de constituta pecu-
 81. nia L. qui iniuriarum. Iuxta hoc queritur, quis
 istorum iurabit estimationem istarum iniuriarum,
 an ceases, vel ille cui facta est cessio, cum in ista actio-
 ne iniuriarum iurare habeat? ut inst. de iniurijs §. in
 summa, & notatur in d. l. iniuriarum estimatio (est
 L. 21.) D. de iniurijs, & D. de actio. & obligat. L.
 qui seruum: dic quod neuter illorum iurabit: sed in
 dex cum consilio vicinorum, vel testium producen-
 dorum, estimabit eas secundum conditionem perso-
 nae iniuriam passa, ut D. de iniurijs L. constitutio-
 nibus, inst. de iniurijs §. penult. & videtur textus
 D. quod vi aut clam L. semper §. hoc interdictum
 & de quaestionibus L. de minore §. tormenta, & no-
 tatur in Auth. de testibus §. scimus, collat. 7. D. ex de
 fundo inst. L. cum de lanon §. asnam, & C. de
 nuptijs L. si vicinis, ad quod D. de testibus L. 3 §.
 82. primo ibi, tu magis scire debes, & exi. de rescriptis
 cap. quanto. Unde, in ista actione iniuriarum iste
 est processus, quod actor in libello iniuriam estimat,
 & omnia probat, & post in processu, estimationem
 iurat, deinde iudex in sententia dictam estimatio-
 nem taxat, vel eam minuit, prout sibi videbitur ex-
 pedire, ut d. l. constitutionibus D. de iniurijs iuncta
 L. iniuriarum estimatio (est L. 21) cum ibi nota-
 tis, eodem tit. & inst. de iniurijs §. in summa, nota-
 tur D. ad legem Aquil. L. sed & si §. primo in fine,
 ad quod C. unde vi L. si quando in fine. Undecimo
 requir-

requiritur, quod talis iniuria fiat dicto vel scripto, Scripto
 nam si facto fieret, esset tunc accusatio, & non actio Facto.
 iniuriarum, D. de iniurijs L. iniuria & L. lex Cor-
 nelia §. si quis libellum & C. de famosis libellis L.
 unica. Unde, scribens, dictans, addens titulum mi- 83.
 nuens corrigens, vel cantans cantilenam famosam,
 vel aliam quamcunque scripturam illicitam & de
 iure reprobata faciens, & ea utens, & similes
 sunt intestabiles & infames, & vero capitali poena
 puniuntur iuxta textum & glossam in L. unica
 C. de famosis libellis & in Auth. de non alienandis
 §. quia vero verisimilem versetiam clarissimo, su-
 per verbo dictant, cum legibus ibi allegatis, collat.
 2. D. de iniurijs L. lex Cornelia §. si quis libellum,
 ad quod C. de sacros. ecclesius L. iubemus la grande
 §. sane, & est textus inst. de publicis iudicijs §. item
 lex Cornelia de falsis & in feudis de stat. & con-
 suetud. circa princ. vers. & si de cetero. Duodecimo 84.
 requiritur quod iniuriatus non dissimulauit dictas
 iniurias sibi fuisse dictas, alias tolleretur actio iniu-
 riarum, ut D. de iniurijs L. non solum §. iniuria-
 rum, & inst. de iniurijs §. finali. Tertiodecimo re-
 quiritur, quod iniuria fuerit facta vel dicta per
 personam priuatam: secus si per publicam, vel
 iudicem, quia tunc non haberet locum hac actio,
 nisi animo iniuriandi, vel excedendo officium suum,
 hoc fecisse probetur D. de iniurijs L. iniuriarum
 §. si quis & ad legem Aquil. L. quemadmodum §.
 magistratus, sic loquuntur iura D. de periculo &
 commodo rei vend. L. eumq. & de varijs & ex-
 traordinarijs criminibus L. finali & de rei vendi-
 cat



86. *cat, L. qui restituere. Quartodecimo requiritur, Bibendo. quod non fuerit reconciliatus cum iniuriante, bibendo, comedendo, ridendo, solaciando, salutando scienter L. non solum §. iniuriarum cum ibi notatis, D. de iniurijs iunctis his que notantur inst. de iniurijs §. finali super verbo dissimulatione, & que notantur per Innocentium ext. de libelli oblatione*
87. *cap. unico, secus si errore vel lapsu lingue, non ex proposito: nam nihil tam contrarium sensui quam error. D. de iurisdictione omnium iud. L. si per errorem cum ibi notatis. ita intelligo iura, que dicuntur*
88. *quem per errorem excusari, & rebus non verbis legem imponi iuxta notata D. de iurisdictione omnium iudicum L. si quis id quod §. doli mali autem de actionibus & obligat. L. ex maleficijs §. 2: C. de iuris & facti ignorantia L. error circa medium & inst. de obligationibus, que ex quasi contractu §. ex quibus ext. de electione cap. si alicuius circa principium glosse iuncta L. omne verbum in fine cum ibi notatis, C. communia de legatis. Et hoc, in iniuria verbali, secus in reali, quia illa non ita de facili sicut verbalis tollitur. Item secus, si ad animum suum reuocauerit expresse: quia tunc per ralia, nec realis nec verbalis tollitur, nec remittitur, sic intelligo iura & glossas superius allegatas, & ita notatur institutis de iniurijs §. finali*
89. *& intelligo quod verba generalia non sufficiunt ad remittendam iniuriam, ut si forte dominus relinqueret aliquid amicis suis, vel cognatis suis, & essent aliqui de ipsis, qui fecissent sibi iniuriam, non videtur ex hoc eis remissa iniuria, ut*
D. de

D. de alimentis legatis, L. 3. §. fin. D. de solutionibus L. diuus. §. nec generalem de pignor. L. obligatione generali de legatis 2 L. lucius §. lucius in fine, ad quod D. de transactionibus, L. cum Aquiliana, & L. qui cum tutoribus §. finali, & de contrahenda emptione, L. in lege cum ibi notatis extra de verborum significatione cap. primo in clemen. & ibi glossa quam vide, quia notabilis.

Additio antiqua.

Animo iniuriandi) Nota, quod indeliberate dicitur, non videtur dictum, ut D. ad legem Iuliam maiest. L. famosi & de diuortijs & repudijs, L. 3. & C. de iniurijs L. si non conuitij odio, in L. 2. C. qui bonis cedere possunt, quia inconsultus calor vitio doli caret, D. ad Turpilianum L. prima §. quaeritur.

Doctor Baert.

Per ludum) Neque enim scommata aut lenia festiuatq; dictoria sunt proprie iniurie aestimanda vel habenda, nisi talia sint, ut mordeant, lacerent, & is in quem ingeruntur, ob ea pudeat, confundatur, aut ipsius nomen & fama laedatur, authore domino Iodoco Damhouderio Brugensi, equite aurato, I. V. Doctore, quondam Casareo, nunc Hispaniarum Regis Philippi consiliario, atque eiusdem Regis per totam Belgiam Financiarum commissario, in sua praxi rerum criminalium capite 136. titulo, de iniurijs verborum,
num,



44 PRACT. CRIMIN. DE
num. 8. 9. & 10. pag. 424. columna prima. secundum editionem Belleri 1570.

Probare tenetur) quia omnis iniuria, in dubio, præsumitur facta animo iniuriandi, nisi contrarium probetur, & ita concludunt communiter Doctores, ut inquit Socinus, conf. 146. nu. 7. vers. circa tertiam, vol. primo. & Parisius cōf. 149. nu. 19. vol. 4.

Additio antiqua.

Amicus seu socius) Bartolus eleganter loquitur in L. si plagij D. de verb. obligat. ubi æquiparat consanguineum & amicum magnum, de sententia excommunicationis cap. cum voluntate.

Doctor Baert.

Tu dic contra) Hanc opinionem sequitur etiam Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto §. iniuria, num. 16. vers. quæro quid & libro 5. §. finali practicæ criminalis num. 9. vers. est etiam quia in delictis commissis non excusat calor iracundiæ, licet aliquando profit ad hoc, ut quis mitius puniatur. Afflictus super tertia parte constitutionum regni rub. 54. num. 5.

Talia reuocari possunt) Ex hoc loco distinguenda videtur opinio Iulij Clari receptarum sententiarum libro quinto §. iniuria, num. 16. vers. quæro quid. unde cum quæritur, an remittenda sit iniuria? Respondeo quod sic, ut habetur in Euangelio, Matthei sexto: eamque sententiã tues-
tur

BELLO VISU, LIBER I. 45
tur & Ægidius Bossius in suo tractatu de criminibus, titulo de iniurijs num. 22. quicquid in contrarium dixerit Cicero in oratione pro M. Marcello, cuius opinionem nostra religio evertit.

Annus) tollitur enim actio iniuriarum per lapsum anni, cum tanto temporis spatio præscribatur, ut ait glossa in L. si non conuicij C. de iniurijs. Baldus de præscript. in quarta parte quartæ quæstionis principalis quæstione prima num. 3. Rolandus conf. 39. num. 15. lib. 2. Placalibro primo delictorum cap. 6. num. 25. Ruinus conf. 21. num. 5. lib. 4. Ægidius Bossius in tractatu de criminibus titulo de iniurijs num. 23. quod intellige in actione iniuriarum quæ criminalis est: nam civilis est perpetua secundum Iulium Clarum receptarum sententiarum libro quinto §. iniuria num. 9. vers. tollitur autem.

Famosa) Condemnatus enim actione iniuriarum fit infamis, Felinus in cap. cum te, num. 9. ext. de re iudicata.

Continuus) quod hic annus sit continuus affirmat Raphaël Cumanus conf. 74. post num. 5. Curtius iunior in prima lectura D. quod quisque iuris in princ. nu. 20.

Impeditur agere) Hos dies olim veteres appellabant nefastos, ut in quibus fas non esset agere vel tria verba proloqui, de quibus Ovidius

Ille nefastus erit, per quem tria verba filentur
Do, dico, addico.

Maior



Maiores infante) In omnibus enim poenali-
bus iudicijs ætati parcitur & imprudentiæ, L.
ferè D. de reg. iuris, Porrò minori succurritur
vel ipso iure, vel per restitutionem in integrũ, si
quidè minor deliquit, qui adhuc infans sit, ipso
iure succurritur ei, L. quod infans D. de rei ven-
dicat. si vero maior infante deliquit, tunc ei suc-
curritur per restitutionem in integrum, si mo-
do per culpam deliquit, L. prima C. si aduersus
delicta, si verò dolo deliquit, tunc non iuuatur,
sed ciuilitè contra eum agi potest L. si ex cau-
sa §. si in commissum D. de minoribus.

In culpa) Idem Placa libro primo delicto-
rum cap. 30. nu. primo. Vasquius illust. contro-
uersiarum libro primo ca. 96. nu. 31. Iulius Cla-
rus receptarum sententiarum libro quinto §.
finali practicæ criminalis quæstione 60. nu. 12.
vers. præterea

Iustam causam iniuriandi) Idem tradit ex p-
fesso D. Iodocus Damhouderius in sua praxi
rerum criminalium cap. 136. titulo, de iniurijs
verborum, nu. 6. & seqq. pag. 423. col. 2.

Additio antiqua.

Tu mentiris) Si dicatur verbum contumeli-
osum vel iniuriam continens, cum protestatio-
ne, dicendo, tu mentiris per gulã tuã, saluo ho-
nore tuo, an teneatur actione iniuriarũ? Dynus
in L. si quis extraneus in princ. D. de acquiren-
da hæreditate per illum textum dicit quod sic:
Dynus sequitur ibidè Bartolus nu. 3. & seq. &
in L. non solum §. morte, nu. 47. D. de operis
noui nunciatione, quod intellige, nisi fecerit
gratia

gratia sui honoris seruãdi, vel iuris: vt quia pri-
mus ab alio fuerat iniuriosis verbis exceptus,
quia tunc licitum est dicere, tu mentiris, Bart.
in L. quæ omnia D. de procurat. facit L. qui cũ
maior §. sed si liber. D. de operis libert. & ita
in facili contingentia iudicatum fuisse testatur
Guido papæ decisione 465. illud quæritur, an
valeat litis contestatio facta per verbũ, tu men-
tiris, respondendo libello? dic vt habes apud
Baldum, Angelum, Alexandrum in L. turpia D.
de legatis primo.

Doctor Baert.

Qui mal dicit) Sic Crito in Andria actu quin-
to scena quarta, Si mihi pergat quæ vult dicere,
ea quæ non vult audiet.

Calumniator) Calumniator est, qui falsa cri-
mina intendit: Preuaricator est, qui vera crimi-
na abscondit.

Additio antiqua.

Sed an dolus) An dolus cũ dolo, vel culpa cũ
culpa compensentur, vide Dynum in cap. in pa-
ri poena, de regulis iuris libro sexto.

Doctor Baert.

Dixerunt ad inuicem iniurias) Si cui quis mē-
tirieum & vere & laeßitus dixerit, an iniuria-
rum sese illi obstrictum faciat, controuersum
est: & patrocinijs nostrorum defenditur, ob-
stringi. Emanuel Zoares receptarum senten-
tiarum, nu. 73. ad verbum iniuriarum actione.
ego cum, qui mentiri quempiam præsens
præsen-



præfenti pudorisq; fui purgandi gratia dixisse proponitur, neque iniuriarum teneri, qui propulsauit i latam, non intulit: aut fecit iniuriam, neque pœnam in illum eo nomine irrogandâ aliquam existimo, ex Vlpiani sententiâ in L. quæ omnia §. primo D. de procurator. facit L. prima in fine D. ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat: nam nihil delinquit, qui quid agit nō ut alteri, sed ut ne sibi sit nocitum L. 2. §. penult. D. de aqua pluuiâ arc. & verò verba verbis frangere non video, qua sit ratione prohibitum, cum arma armis, cum impressione & vim vi liceat atque impressione repellere, idq; nullo non iure receptum sit. Amplius ex causa facta per legem, vnicuique est vltionis potestas, idq; citra delicti criminisq; periculum L. de uotum possessorem C. de metatis & epidimetecis lib. 12. igitur utilius fuerit in proposito neutrum, quam vtrumque agere L. si. duo D. de dolo, cū obtineat mutua delicta (si delinquit qui se tueretur) pari compensatione, quasiq; iure ipso dissolui L. viro D. soluto matr. L. si ambo D. de compensatio. sed & cum iniuriarum actio ex bono & æquo concepta sit, L. non solum §. primo D. de iniurijs, esse bonum & æquum nemo dixerit, ut in eum quis actionem distringat, quæ ipse prouocauerit & adegerit, ut ve iniuriâ persequatur quis cui ipse locum fecerit, & qui sibi ipsi magis acceptum non aduersario referre conuictum debeat, quando is demum videatur deliquisse, qui causam delicto faciendo dederit, L. 4. circa finem D. vi bonorum rapt. L. 3. §. senatusconsultum D. de incendio, ruina, naufr L. verum

verum 2. D. de furtis L. si de fundo in fine. D. de vi & vi armata, quod vsque adeo verum est, ut si quis facto impetu vim intulerit possidenti, quotquot ex vtrauis parte inter rixæ tumultum ceciderint, ei tantum capitale futurum sit, qui possessorem aggressus, stragi ceterorum viam & cedibus aperuerit L. quoniam multa C. ad legem Iuliam, de vi pub. culpa enim penes eum, qui est adortus prior, residere omnis intelligitur, eiq; si qua inde subsequantur, quæ iâ defensio non offensio sunt, imputari debet. L. si ex plagis. §. tabernarius. D. ad legem Aquil. L. prima. §. cum arietes. D. si quadrupes pauperiem: nam & militibus Cæsarianis, si quid iure suo faciant, ius est priuato cui libet: cuius interest, occurrere atque resistere. L. prohibitum C. de iure fisci. lib. 10. quod igitur in factis vbi maius periculum, vbi ratio maior est, admittitur, hic etiam obtineat necesse est, ut si quis eum qui aliqua mentitus est, mentiri prouocatus mentem dixerit, iniuriam non possit intelligi vllam committere, at purum esse. L. eum qui nocentem, D. de iniurijs. Hoc autem loco videamus, num si quis eum, qui mihi sanguine aut affinitate coniunctus esset, telo aggressus sit, mihi ad vim eam propulsandam aggressorem impunè perimere liceat? quod obtinet apud interpretes, ut apud Iasonem in L. prima, num. 3. 4. & 5. C. de indicta viduitate tollenda. ego isthuc probare non auiam, quando nullo iure ciuili permiffum est: neque æquum videtur, in re tanti momenti, incerto iure vagari: itaque puto ciuilius, quod attinet ad repellendam vim,

D id



id tantum quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse intelligi per L. 3. vt vim D. de iustitia & iure L. 2. 3. & 4. C. de sicarijs. nam quod receptum est, occidi aggressorem impunè, eam tantum ob causam placuit, quia aduersus periculum quod sibi quis intelligit imminere, lex ipsa naturæ defensionem suggerit, & duodecim tabulæ permiserunt. L. 4. D. ad legem Aquil. L. prima C. vnde vi, nam nec aliter homicidium aliquis impunitum auferet, quàm si salutis suæ tuendæ gratia, cum se ipse aliter tueri non posset, & ne occideretur, occiderit. L. scientiam. §. qui cum aliter. & §. seq. in primis verbis. D. ad legem Aquil. Ioannes Vaudus variarum quæstionum libro secundo capite 28.

Mulierem talem) vide libellum meum què inscripsi extraordinarias lectiones, in commentarijs ad L. vnicam C. de sententijs, quæ pro eo quod interest proferuntur, nu. 85. pagina 88. secundum impressionem Materni Cholini. Anno 1579.

Additio antiqua.

Bona à prauis) Debent distingui bonæ mulieres à prauis per habitum, quia per habitum cognoscitur quis, & matrona differt à meretrice per habitum D. de iniurijs L. item apud Labeonem §. si quis virgines. Et laicus à clerico, per dominum Ioannem de platea in L. stigmata, C. de Fabricensibus libro vndecimo.

Doctor

Doctor Baert.

Bonus homo) hæc verba bonus homo, seu bonus vir, interpretatur Hippolytus Bonacossa in quæstionibus criminalibus, quasi dixerit tua vxor est adultera, forsitan à Gallico, quo dicimus, cest vng bon homme.

Solo nutu) Damhouderius in sua praxi rerum criminalium cap. 139. titulo de iniurijs per gestus pag. 431. col. prima & secunda.

Ostendere ad oculum) cum hic agatur de certitudine demonstrationis, omnino videnda sunt ea quæ scripsimus ad L. vnicam, C. de sententijs, quæ pro eo quod interest proferuntur, num. 44. pag. 59. vbi de certitudine tractauimus.

Curia) Sic Hyppolitus de Bonacossa in quæstionibus criminalibus, statutum, inquit de iniurijs non comprehendit eum qui infert iniuriam volenti, quia illi non fit iniuria L. prima §. vsque adeo D. de iniurijs cap. sciētī de reg. iuris in vi. iudex tamen pro interesse publico inquirere potest.

Filius non potest agere) idem tenet Bartolus in L. sed si vnus §. idē ait filio familias nu. 2. D. de iniurijs. & est cōmunis opinio, prout ait Beronius decis. 120. nu. primo & seqq. nā ex iniuria facta filio, magis videtur offendi pater quā filius, vnde merito pater etiā ius sibi quæsītū remittere potest inuito filio, put in facti cōtingētia iudicauit curia Tholosana, teste Auffrerio decis. 261

Contrarium videtur) per modum argumentandi probat agere patrem posse, quamuis iniuriam sibi factam filius remiserit.

D 2

Tantum



Additio antiqua.

Facta persona) An faciens iniuriam vestimentis censetur mihi facere iniuriam, dubito: quia iniuria personalis censetur maior quam cunque reali, L. prima C. unde vi: cum corpus sit dignius rebus. D. de pœnis L. seruorum §. finali.

Doct̃or Baert.

Dic quod sic) Idem respondit Baldus in statuto, vt si statutum imponat pœnam inferenti iniuriam, statutũ habeat locum, & in eo qui scidit iniuriosè vestem. Baldus in L. Gallus §. ille casus, D. de liberis & posthumis per L. est quæstionis, D. de iniurijs, vbi etiã Bart. & in L. licitatio, §. quod illicitè, D. de publicanis, cap. nuper, ext. de sententia excom. canonistæ in clementina prima de pœnis.

Non sit in illa persona) Illud quæritur, an qui dicit alicui iniuriam quæ vera sit, teneatur actione iniuriarum? Bartolus in L. eum qui nocentem in principio D. de iniurijs distinguit, an intersit reipublicæ, tale crimen sciri vel nõ: siquidem intersit reipublicæ illud crimen sciri, puta quia latro sit, aut homicida, non tenetur inquit ideo, si ea ratione iniuriam dixerit, quia interest reipub. ne crimina maneant impunita, L. 51. ita vulneratus, in fine principij, D. ad legem Aquil. L. 14. si operis C. de pœnis: alias nõ, ita Bartolus eo loci: sed eam distinctionem Bartoli reprehendit Ægidius Bossius in tractatu de

de criminibus, titulo de iniurijs, num. 3. vers. dic non eximi, quia ad hoc vt eximatur quis ab actione iniuriarum, requiritur vt illud non dicat animo iniuriandi, L. illicitas D. de iniurijs, L. si non conuicij C. de iniurijs, quinimo semper in dubio præsumitur aliquis iniuriã dixisse animo conuiciandi secundum Abbatem in ca. cum te, extra de re iudicata per textum, L. 2. C. de officio rectoris, quæ propter Ægidius Bossius in tractatu de criminibus, titulo de inquisitione nu. 123. vers. si autem qui iniuriã profert, existimat ex sententia Felini, quod is qui profert iniuriam, quamuis admodum verè dicat, quod nihilominus teneatur actione iniuriarũ, per L. iustissimos. C. de officio rectoris. & certè de iure canonico quamuis aliquis sciret aliquẽ committere crimina, quæ satius esset inhibere, non tamen propterea statim debet eum deferre magistratui, sed debet antea præcedere correctio charitatiua, quam vocat Alexander de Neuo cons. 82. num. 5. in fine. deinde, si charitatiuè monitus haud omittat, exprobrare posset.

Malitias et virtutes in nostra potestate habemus) Patet ex hoc loco, quòd homo quilibet habeat liberum arbitrium, quo ad virtutes morales, vt maximè Philippus Melanchton illud aliquando negarit.

Extincta) An autem qui remittit iniuriam, censetur etiam remisisse pecuniarium suũ interesse, respectu damnorum vel expensarum? rursus, an per remissionem iniuriæ factam in foro conscientie, sit sublatum ius accusandi? disputat



tat eleganter Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quarto §. finali pract. criminalis quæstione 58. nu. 38. vers. quero modo, & nu. 39. vers. sed in proposito, utrobique negans, eo quod in dubio solum censeatur remisisse illum rancorem animi, quæ ex præcepto euangelico quilibet unicuique remittere tenetur.

Sine accusatore) Hac de re copiosè tractabimus infra libro secundo cap. primo. in principio, in verbis nemo sine accusatore.

Per curiam) Pro homicidio namque perpetrato quis tenetur duplici modo: Primum pro publico interesse criminaliter erga fiscum, Secundo civiliter erga conquerentem pro priuato interesse, nec altera alteri præiudicat, L. inde Neratius §. si dolo D. ad legem Aquil. quia alterum utilitas priuatorum: alterum, vigor publicæ disciplinæ postulat, L. licitatio, §. quod illicitè D. de publicanis & vertig. Porro quo ad interesse priuatum tenetur reus actione legis Aquiliæ vel iniuriæ, quando civiliter agitur ad damna & interesse pro hæredibus occisi, suam aut suorum iniuriam prosequentibus, L. sed & si D. ad legem Aquil. L. dominum C. de iniurijs, verum quo ad rempublicam tenetur actione legis Corneliæ de sicarijs, iuxta illud exodi capite 21. qui occiderit occidatur. Hanc aut actionem princeps siue curia quandoque remittit, vbi videlicet omni dolo caret homicidium: pro quo facit ordinatio noua D. N. R. F. artic. 168. & art. seq. quorum tenor est talis: Nous defendons à tous gardes de seaulx de nos chancelleries & courtz souueraines, de ne bailler aulcunes gra-

ces ou remissions, fors celles de iustice, cest asscauoir, aux homicidaires, qui auroient este contrainctz faire les homicides pour le salut & defence de leur personnes, & aultres cas, ou il est dict par la loy, que les delinquens se peuuent ou doibuent retirer par deuers le souuerain prince, pour en auoir graces. Vnde stylo curiæ, quando quis interfecit aliquem, si fieri potest utique primo homicida cum amicis occisi trāfigit, exinde Regi nostro clementissimo supplicat, & offensam quàm fieri potest maximè purgans, ut eandem sibi remittat orat: Rex autem siue fiscus nomine regis, audita narratione facti simul intellecta, si videat occisum in culpa fuisse, vel excusari sordidatum, quin homicidium dolo carere, per cōsequens purgari posse, dicta eidem multa quinquaginta florenorum pro interesse rei publicæ, pœnā capitalem ex plenitudine potestatis eidem remittit, utpote qui solus in causis criminalibus in integrum restituere possit ex sententia Bartoli in L. prima §. si quis ultro, D. de quæstionibus.

Conatus pro facto) Hac de re copiosè tractabimus inferius in duobus locis, ideo nihil hic adfero.

Actio criminalis) Agitur enim criminaliter ex lege Cornelia de sicarijs ad vindictam sicut iniuriarum civiliter, & quod tibi non abest peti videtur, & quod alteri non adest, ut ait glossa in L. prætor §. quid ergo in verbo principaliter D. de iniurijs, & Ioannes Millæus in sua praxi criminis persequendi.

Civiliter) Civiliter agitur, quādo petitur estimatio iniuriæ,



iuriæ, propterea quod humanius atque ut ciuē decet eo casu agatur, ut ait alter in iure Scœuola Duarenus Anniuersariarum disputationum libro primo cap. 35. circa finem ex L. prima D. de incendio, ruina, naufrag. L. vlt. D. de priuatis delictis, L. vlt. D. de furtis, L. vlt. C. de iniurijs.

Præiudicaretur) Cautè ergo agendum est, nam si primo quis agat ciuilitè iniuriarum, ad damnum culpa datum, scilicet Aquilia, non poterit postea agere criminalitè pro contumelia ut iniuriarum: nam non est eadem res, cum altera actio ad damnum pertineat culpa datum, scilicet, Aquilia, altera ad contumeliam, ut iniuriarum, ut L. item apud Labeonem, §. si quis seruo iuncta glossa ibidem in verbo altera, & in L. prætor §. primo in verbo actionem, D. de iniurijs.

Criminalitè accusari) Criminalis actio proprie dicitur accusatio, estq; huius accusationis finis & scopus, ut reipublice (quam leges violando, non mediocriter offendit) pœnas debitas persoluat, non ut accusatori quippiam præstet ex sententia Duareni anniuersariarum disputationum lib. primo cap. 35. per L. licitatio §. quod illicitè, D. de publicanis & vertig.

Scripto) Quærit Hyppolitus Bonacossa in quæstionibus criminalibus, an statutum de iniuriante habeat locum in scribente iniuriam? Respondet quod sic: ex sententia Bursali conf. 94. nu. 5.

Fausto) Puta si quis alterum percusserit alapa, ut in casu Grammat. decisione 14. vel cubito, ut

in casu Parisij, conf. 165. lib. 4. vel cum manu submento, ut in casu Guidonis Papæ conf. 224. vel baculo, ut in casu Grammat. voto 15. 22. 28. & conf. 2. 56. 62. 68. 69. decis. 16. 19. 94. Bertrand. conf. 161. lib. 6. & conf. 142. eodem vol. & conf. 164. lib. 7. Natta. conf. 254. Ioannes de amicis conf. 77. & 85. Mantua conf. 41. lib. primo. Marsilius conf. 31. & 34. Berous decis. 323.

Bibendo) Censetur enim ex hoc iniuriam tacite remisisse, Placa libro primo delictorum ca. 6. num. 43.

Caput quartum.

Præsentia personarum reddit iniuriam grauiorem siue leuiorem. num. 1

In præsentia plurium bonarum personarum.

Nam præsentia personarum reddit iniuriam maiorem vel minorem, ut D. de iniurijs L. prætor edixit §. fin.

Caput quintum.

Circumstantiæ poni debent in libello. num. 1
Circumstantiæ reddunt iniuriam grauiorem vel minorem. 2

In curia præsentia.

Sic certus locus & alia circumstantiæ debent poni, & designari in libello ut D. de iniurijs, L. prætor edixit §. fin. nam tales circumstantiæ reddunt magnam, leuem, vel atrocem iniuriam, per iura su-

D 5 perius



perius allegata, & hoc videtur sentire glossa, D. de rei vendicat. L. si in rem, in princ.

Caput sextum.

Iniuria æstimatur vel ex

}	facto
	persona
	loco

 num. 1

Iudex, in iudicio alicui iniuriantem, statim punire potest. 2

Quæstio. 3

Iniuria facta consuli punitur lege Julia de vi publica. 4

Quæstio. 5

Protestatio fieri potest parte absente. 6

Cautela. 7

Iudice pro tribunali sedente.

Hoc ostendit iniuriam fuisse atrocem, & iniuriantem temerarium, nam præsumitur quod aliud deterius alibi attentasset, arg. D. de bonis eorum L. fin. §. illud & de edilitio edicto L. cum autem §. excipitur, nam legislator maiorem iniuriam æstimat, vel ex facto, vel ex loco, vel ex persona, secundum quod ait imperator in st. de iniurijs §. atrox, & de hoc D. de adulterijs L. quod ait lex, §. sed si pater & §. quare & §. fin. & potest iudex statim & incontinenti, ex officio suo ipsum iniuriantem in tali loco punire arbitrio suo, ut notatur, D. de suspectis tutoribus L. tertia, §. præterea: & hoc tenet glossa notabilis in decretis 2. quæst. prima cap. deus optimus vers. quartus super verbo iudicis, ad hoc facit D. de ferijs L. 2. in fine cum ibi notatis, & de postulando L.

L. prima, §. qui aduersus, & de minoribus L. minor viginti quinque annis ex aspectu, & C. de testibus L. nullum. Sed nunquid iniuria facta eunti ad iudicium, habetur perinde ac si esset facta in iudicio? forte posset dici quod sic, quo ad punitionem, non tamen quo ad modum procedendi: sic intellige D. ad legem Iuliam de vi publica, L. quis dolo §. primo, cum sit eadem ratio de via, & de loco L. prima §. edificare, & ibi glossa in verbo conuehi. D. de mortuo inferendo L. oratio & ibi glossa in verbo suppleatur, D. de sponsalibus. sed si fiat iniuria iudici vel consuli, dum est in consulatu, qua pena punitur? dic quod lege Iulsa de vi publica vel priuata punitur: ut d. l. qui dolo §. primo, D. de vi pub. Sed nunquid ex iniuria dicta parti in causa, potest agi actione iniuriarum? videtur quod non: cum causa iuris conseruandi dixisse videatur: ut D. de iniurijs L. si quis de libertate & de bonis libert. L. qui cum maior §. si patris & de procuratoribus L. que omnia in principio, iunctis his que notantur C. de postulando L. quisquis super verbo utilitas. & nemini iniuriam facere videtur, qui iure suo utitur, sic D. de iniurijs L. iniuriarum, §. primo & extra de electione cap. cum ecclesia & C. mandatum L. in re mandata D. de petit. hered. L. si quid §. si cui, nec facit quis alicui iniuriam neque dolum, quod sui commodum iure prosequitur, D. de condictione causa data L. si donaturus, & de incendio, ruina, naufrag. L. 2. §. quod ait prior, & de iure annulorum aureo. L. qui cum maior §. si libertus & ibi glossa. Tu dic contra: & per hoc videtur text. D. de iniurijs, L. ite apud Labo-

In causa

uena



- nem, §. si quis libello, & ibi glossa notabilis: & hoc verum, nisi contrarium fuerit protestatum, sic D. de negotijs gestis, L. negemus, cum ibi notatis, de religiosis & sumptibus funer. L. ut si quis §. utrum, & §. seq. & protestatio fieri potest parte absente, ut D. de nauico fœnore L. 2. & de operis noui nūciat. L. de pupello §. si quis ipsi, & de appellationibus L. cum quidam C. de episcopali aud. L. si praeses, & de prescriptione triginta ann. L. sicut in rē §. penult. & de his qui propter metum iudicis non appellauerunt. L. 2. extra de appellatio. cap. iustus merus, & D. de lege commissoria L. finali. sic aduocati consueuerunt protestari, dicēdo, protestor quod illa quae dicam non intendo dicere ad iniuriam aliquius, per iura superius allegata, quod intellige verum, nisi esset notorium, quod imò diceret talia animo iniuriandi, vel si proposita non sunt vera, nec talia, vel talia, quae nec partem protestantem & proponentem non iniuriantur, quia tunc importaret iniuriam: sic intelliguntur, D. qui satisfacere coguntur, L. si vero pro condemnato §. primo & arg. C. quando prouocare non est necesse L. mihi, & adde hic quod habes, C. de postulando L. puto in gl. Et quae possit esse utilitas protestationis? dic ut notatur, D. de religiosis & sumptibus funer. L. ut si quos §. vici, & §. Labeo. & adde hic illa quae habes D. locati, L. cum in plures §. locauit.

Doctor Baert.

In causa) Non mirum quod ait in causa, quia solent ut plurimum aduocati in scriptis suis
puta

puta memorijs, exceptionibus, replicationibus & duplicationibus, iniuriosè vel aduocatū partis aduersæ, vel ipsam partem sapius accipere, quare diligenter & eandem quæstionem examinat, quia sapius vsu venit.

Caput septimum.

In libello debet inseri persona cui fit iniuria. num. 1
Quæ circumstantiæ debeant inseri. 2

Dictum actorem.

Sic vides quod in libello est inferenda illa persona, cui facta est iniuria, L. item apud Labem mem. §. 3. D. de iniurijs. Item debet inseri conditio personae iniuriatae, ut legitur & notatur, D. de iniurijs, L. iniuriarum aestimatio. Et sic apparet ex praedictis, quod in libello debet specificari personae iniuriatae dignitas, officium, conditio, tempus, locus & presentia personarum: ut hic, Conditio & qualitas: scilicet, an ludendo, orando, vel Missam audiendo: tempus, scilicet, quadragesima, vel carnis primum: locus, scilicet, an in curia vel in carreria publica: modus, scilicet, an atrociter aut leuiter: & pars, scilicet, an in oculo, vel in brachio, & sic de ceteris, ista enim omnia reddunt iniuriam atrocem vel leuem, ut notatur C. de iniurijs, L. atrocem in princ. & D. de iniurijs L. prator edixit §. finali, & inst. de iniurijs §. atrox, iunctis his quae habentur in feudis de pace tenenda & iura, fir. §. iniuria, & ibi plenè de hoc.

Caput



Caput octauum.

Iniuriæ sunt specificandæ in libello.	nu.1
Quæstio.	2
Quæstio.	3
Falsum dicitur multis modis.	4
Dolus semper requiritur ad hoc vt falsum committatur.	5
Pœna falsi tenetur, qui merces venales corrumpit.	6
Quomodo falsis mercaturis obuiari debeat.	7
Qui coniuet in falsis mercaturis, ipse punitur.	8
Publicus officialis fraudans mensuram deportatur.	9
Priuatus homo fraudans mensuram relegatur.	10
Qualiter puniatur qui conficit falsum instrumentum.	11
Notarius faciens falsum instrumentum, pluribus modis punitur.	12
Qualiter puniatur is qui falsam monetam fabricat.	13
Quæstio.	14
An soluens pecuniam reprobam liberetur.	15
Quæstio cum resolutione.	16
Turpe est patricio viro, ius in quo versatur ignorare.	17
Scire, & scire debere æquiparantur.	18
Quæstio.	19
Quæ requirantur in moneta.	20
Intrinsicca monetæ sunt materia pondus & forma.	21
Tempus contractus inspiciamus in mutuo.	22
Quæ sint extrinsicca monetæ.	23
Quæstio.	24
Quæstio.	25
Aliud pro alio inuito creditori solui non potest.	26
Quæstio.	

Quæstio.	27
Cuilibet imperator siue princeps quid cum iusta causa auferre potest.	28
Utilitas publica præfertur priuatæ.	29
Quæstio.	30
An aliquis possit compelli vt rem suam vendat.	31
Hospes an & quando teneatur recipere hospites.	32. 43. 46. 51
Emphyteuta relinquendo fundum domino non liberatur.	33
Contractus ex conventionem legem accipiunt.	34
Quod ab initio est voluntatis, postea sit necessitatis.	35
Non vendere & immoderato pretio vendere, æquiparantur.	36
Quod fit ultra modum, reducitur ad modum.	37
Tanti valet res, quanti vendi potest.	38. & 39
Licet contrahentibus se mutuo decipere.	40
Hora incongrua vendere nemo tenetur.	41
Occidens incontinenti diffidatum non tenetur.	42
Iustus iudicis excusat.	44
Iuste possidet, qui auctore prætore possidet.	45
Tempore necessitatis omnia sunt communia.	47
Necessitas non habet legem.	48
Frangens carcerem timore aquæ & ignis, non tenetur.	49
Pastor non tenetur de damno dato per animalia sua, si fiat eo inuito.	50
Nemo compellitur ad communionem, nec ad distractionem.	52
Quibus casibus aliquis teneatur ad communionem, vel ad distractionem.	53

Falsarium.

Inserēde sunt ergo certe iniuria in libello, nec negare debet, qua actiōe agere velit, vt D. de iniurijs.

L. præ-



- L. prator edixit in princ. & §. quod autem prator, L. uem apud. §. hoc edictum superuacuum: nec sufficit dicere iniurias in genere, imò sunt specificanda, ut notatur D. de iniurijs L. atrocem in fine glossa.*
1. *Sed nunquid dicendo, tu es latro, vel falsarius, vel aliud simile in genere, nò exprimèdo de quo est latro, vel falsarius, potest agi actione iniuriarū? videtur quod nò: p̄ iura statim allegata, certū. n. dicere debes, & nò in genere, vel sub alternatione: nec negare, qua actione velit agere, secundum allegata: contrarium dico: quod sufficit quod tale verbum dicatur, quod ex sui natura opinionem hominis gravare possit, & maculare, & malam significationem importat, ut videtur expressum, C. de iniurijs L. 3. & intelligitur de illa falsitate, de qua, attentata persona iniuriati, conditione, ministerio, seu officio, potest verisimiliter intelligi, nisi aliud exprimat, ut D. de iure dotium L. sed nisi, cum ibi notatis. & L. dotem: de verb. oblig. L. stipulatio ista, & ad Trebellianum.*
- L. Lucius. rationes habes, quia sermones inquirendi sunt iuxta materiam, arg. D. locati. L. si uno anno. in princ. D. quando actio de pecul. annal. sit L. prima §. 2. & de conditionibus, & demonstrationibus. L. quibus diebus, & de testibus. L. heredes palam. §. sed et si notam, cum ibi notatis, aliaratio redditur in L. heredes. §. de pluribus. D. familie erisc. & L. cum duobus. §. finali, D. pro socio. Sed nonne de quolibet istorum verborum posset actor tradere unum libellum contra reum? & sic tot libellos quot fuerat iniuria? dic quod non: imò habet omnes iniurias simul coniungere in uno eodemq; libello*

bello, nec potest pro qualibet iniuria singulariter experiri, nec pro iniuria in uno: & pro damno in Pro dāno. alio: imò una actione pro omnibus simul iunctis habet agere, per consequens, & una sententia veniet, contumelia et damnū. sic loquitur L. prator edixit. §. si n. plures. D. de iniur. et C. de iniur. L. dominū, cū ibi notatis in princ. & D. de iniur. L. item apud, §. si quis seruo, & ad hoc extr. de rescriptis, cap. finali, & cap. 2. de rescriptis in sexto, quas leges, ut practicas multum, nota: Hoc autem, quod dixi, intellige de iniurijs diuersis, eodem contextu, & eadem hora, & eodem loco factis & dictis, antequam scilicet diuerteretur ad alios actus: quia si essent facta seu dicta, diuersis diebus & horis, secus esset: item secus, si diuersis vijs, seu diuerso iure sibi competere diuersae actiones, ut iure proprio, & hereditatis, vel iure proprio, & iure cessionis, quia tunc posset actor diuersos clamores & libellos facere, & tradere, ut D. de actio. empti. L. non est nouum, cum legibus ibi allegatis, in glossa. Porro in iure falsarius aliquis dicitur multis modis, ut notatur in L. prima, & L. quid sit falsum. D. ad legem Corneliam de falsis, unde, vel talis est falsarius ponderum, vel mensurarum, & tunc, si accusetur, criminaliter punitur iuxta notata D. de dolo, L. si arbitrio, §. de eo in fine, & D. de falsis, L. penult. §. fin. & de extraordinarijs criminibus, L. annonam, §. fin. & de furtis. L. si quis uxori, §. si maiora quis pondera. Et intellige, quòd dolus semper requiritur ad hoc, quod falsum committatur, seu quis teneatur poena falsi, ut notatur C. de his, qui sibi ascribunt

4. *Dolus semper.*

E bunt



- bunt in testamento, L. senatus, & est casus, D. de falsis, L. nec exemplo, cum ibi notatis in fine, iuncta L. impuberem, in princip. D. eodem tit. Nec obstat, L. diuus, §. finali, D. de falsis, quia quamuis ibi ignoret poenam, tamen scire poterat, quod male faciebat, & ideo tenetur. Item tenetur poena falsi, quicumque in sua mercatura addit aliquid inutile, ut calcem in vino, puluerem vel arenam in blado, & gomam, seu aliquid tale in cera, & camarates species tenendo in loco humido, gingibrem, piperem, crocum, & sic de aliis, D. de falsis, L. lege Cornelia, in princ. de extraordina. criminibus. L. saccularij, in princ. cum ibi notatis, & D. ad legem Aquiliam, L. si seruus seruum. §. item si quis frumento, D. de in diem adiectione, L. ubi. §. cum igitur. & L. item quod, in princ. & tales false mercature, non debent permitti per iudices vendi, sed potius concremari, arg. de episcopali aud. L. Mathematicos, & de hereticis, L. damnato, & L. quicumque, circa finem, & de Iudeis. L. nullus, & in epistola inter claras, circa medium, & de iure fisci. L. iustas, lib. 10. quinimo, iudex sciens, & patiens, uti talibus ponderibus, & mensuris illicitis, & non puniens, tenetur, & punitur, quia de suo emendabit. Amplius, etiam susceptor, vel utens illis falsis ponderibus, punitur poena falsi, & reddit quod extorsit, ut C. de susceptoribus, prepositis, & arcarijs, L. finali, lib. 10. & de discussoribus, L. prima, eodem libro, & etiam punitur alias grauiter, iuxta notata C. de curiosis et stationariis, L. quilibet, lib. 12. nã fraudans mensuram publicam, etiam ille, cui est

Mensuris
illicitis.

est concessa, administratio istarum mensurarum, punitur deportatione, ut d. L. quibus diebus, D. de conditionibus & demonstratio sed priuatus quilibet, poena relegationis, ut D. de falsis, L. panult. 10. & sic, multis modis punitur, ut habetur D. de legibus, L. fraus, circa glossam. Ad propositum, quia iste iniuratus erat notarius, intelligendum est de alia falsitate, quam superius dictum fuerit, videlicet, de falsitate scripturarum, iuxta suum officium, in fabricando falsa instrumenta, et scripturas, quia talia sunt subiecta, qualia predicata determinant, secundum Odofredum D. de penu legata, L. nam quod liquide. §. finali, D. depositi, L. prima, in princip. in verbo, datum, quod exponit glossa traditum: nam & possessio & proprietates (inquit) penes deponentem manet, et ideo, si queratur, qualiter puniatur, male seu false conficiens instrumentum? 11. tu dic, quod quandoque notarius delinquit, contra Ecclesiam, conficiens instrumentum in contractu prohibito rei Ecclesiastica: & tunc, amittit bona, et relegatur perpetuo, sic C. de sacrosanctis ecclesiis, L. iubemus, §. his tabellionibus. & in Authent. de non alienandis, §. ad hoc, collat. prima. quandoque contra fiscum, talis notarius delinquit, & tunc, aut delinquit conficiens instrumenta, contra rei veritatem, & tunc punitur, quia traditur flamma, sic C. de immunitate nemini concedenda, L. prima, lib. 10. aut delinquit aliter, puta non commutando rei veritatem, sed quia contractus erat prohibitus, & tunc punitur extraordinarie, sic C. de petitione bonorum sublata, L. 2. §. Memorales, lib.



li. 10. Et hoc, quando committit in faciendo, si autem comittit in non faciendo, ut non vult facere instrumentum, quando soluitur tributum, et tunc manus ei amputatur, ut in auth. de mandatis princ. § coges, colla. 3. quandoq; committit contra priuatum: & tunc, aut delinquit in non faciendo, aut in faciendo: si in non faciendo, tunc, aut sui negligentia, et non dolose, quia credebatur bene fecisse, & fecit male, & tunc tenetur ad interesse parti, sic C. de magistratibus conueniendis, L. finali, & D. si mensor falsum modum dixerit, L. finali, quia in hoc casu dicitur, quod notarius facit litem suam, & pro hoc glossa C. de pactis, L. si quis in conscribendo. § finali, aut in non faciendo, non negligentia, sed dolo, quia dicit, non faciam aliquo aliter instrumentum, & tunc punitur extraordinarie, & priuatur officio, sic C. de assessoribus, L. finali, & in Authen. de iudicijs, § finali, collatione sexta, C. de defensoribus ciuitatum, L. iubemus, aut delinquit in faciendo contra priuatum, & tunc, aut delinquit in mutando rei veritatem, & tunc punitur tanquam falsarius, sic C. de falsis, L. si quis decurio. & C. de testamentis, L. iubemus, in fine, aut delinquit, non mutando rei veritatem, imo fecit secundum rei veritatem, sed aliter delinquit: & tunc, aut iste delinquit, quia facit instrumentum in actu illicito & prohibito: & tunc amputabitur sibi manus dextra, & ita notatur per Azontem in summa C. de seruis fugitiuis, circa finem, sic in feudis, de prohibita feudi alienatione, per Fredericum, cap. imperialis, § scribe, aut delinquit, quia fecit instrumentum super actu prohibito

libito & illicito: & tunc, punitur capitaliter, sic C. de eunuchis, L. 2. & ibi glossa in verbo, Poena grauissima, & de alijs opinionibus, & materia notariorum, & instrumentorum publicorum, & priuatorum, recurre ad tractatum, quem feci de practica civilis actionis. interim nota, quod pluribus modis punitur notarius, faciens instrumentum falsum, quia aliquoties poena exilij punitur, si scribat instrumentum super contractu vetito, ut C. de sacrosanctis ecclesijs, L. iubemus, § his tabellionibus, aliquoties concrematur, ubi falsum instrumentum immunitatis conscripserit, & hoc est speciale in casu illo, C. de immunitate nemini concedenda, L. prima, lib. 10. aliquoties manus abscinditur, si scribat instrumentum super contractu licito, tamen aliter, quam contractus sese habeat, ut in Authen. de mandatis principum, § coges, collat. 3. si autem in alijs falsitatem committat, instrumentum subtrahendo, vel delendo, non tamen seriem instrumenti corrumpit, tunc deportatur, & eius bona publicantur, & fisco applicantur, C. de falsis, L. ubi, in fine. item, punitur alijs poenis, de quibus dic, ut C. de seruis fugitiuis Auth. sed nouo iure, in glossa, quidam addunt alium casum in feudis, de prohibita feudi alienatione, per Fredericum cap. imperialem § scribe, pro hoc vide quae notantur C. de fide instrumentorum, L. in exercendis, item punitur, ut habetur in Authentica de alienat. & emp. § penult. collat. 9 scilicet, extraordinarie, ut notatur D. de falsis, L. si quis decurio. Iuxta praemissa si quis, qualiter falsam monetam fabricans pu-

12.

Subtrahendo.

Deportatur.

Item punitur.

Monetam fabricans.

niatur? dic, quia quandoque quis delinquit contra monetam imperatoris, falsam fabricando: & tunc, aut contra monetam are contaminatam, ut cerie est parua: & tunc punitur poena deportationis, que capitalis reputatur, C. de falsa moneta, L. prima, §. si vero, et L. fin. si autem deliquit fabricando falsam monetam auream, & tunc comburitur: sic C. de falsa moneta, si quis nummos secundo responso, aut facit aliam monetam, ut argenteam, aream, vel plumbeam: & tunc est poena capitalis: aut quis delinquit circa pecuniam refutando. & tunc, aut cum causa, quia non est legitimi ponderis vel proba speciei, tunc dic, ut notatur D. de tritico, vino, vel oleo leg. L. 4. et de auro et argento legato, L. quintus (est L. 27.) §. si autem, aut refutat sine causa: & tunc, aut est pecunia are contaminata, & tunc punitur leuiter iudicis arbitrio, L. finali, C. de non numerata pecun. & ibi glossa, aut refutat pecuniam auream, & tunc punitur poena capitali. sic C. de non numerata pecunia, L. fin. cum glossa D. de falsis, L. quicumque. quandoque quis delinquit, monetam Imperatoris cudendo, id est, de falsa facit videri bonam, & tunc punitur poena falsi: idem, si radat, iuxta tamen conditionem persone, sic D. de falsis, L. quicumque. cum sua glossa, & de hoc notatur extra, de iureiurando, cap. quanto, & de censibus, cap. cum causam, & cap. cum canonicis. Sed nunquid aurum factum per alchymistas, potest vendi pro vero auro. Dicit Thomas, quod non habet easdem proprietates, quas habet verum aurum, ut puta, la-
tificate et confortare cor, purgare loquelam, et quas-
dam

Iudicis ar-
bitrio.

14.

dam alias proprietates, quas habet verum aurum, & non aliud, ideoque non videtur, quod aurum tale pro vero auro vendi possit. sed ipse male dicit, quia aurum de vera arte alchymia factum, plus vel saltem tantum valet, quantum verum aurum, quinimo, maiores proprietates habet, quam habeat aurum commune, et hoc probatur per Philosophos in arte alchymia, in libellis eorum. Sed nunquid soluens pecuniam reprobam liberatur? Dic: quod aut pecunia est reprobata, quia legitimo pondere defraudata, billonata, seu debilitata: & tunc, soluens talem pecuniam non liberatur, ut extra de censibus, cap. cum causam, cum ibi notatis, & D. depositi, L. prima, §. si res deposita, alias incipit, inde scribit Neratius, cum legibus ibi allegatis, in glossa super verbo potest, & D. de pignoratitia act. L. eleganter, §. qui reprobos, ad quod de legatis primo L. si sit, in princip. iunctis his, que notantur D. de falsis, L. quicumque, aut est reprobata causa auaritia, & lucri regy, ut constetur & efficiatur aliam noua. & tunc, aut debitor fuit in culpa, ut hoc fieret, et tunc non liberatur, imo de culpa tenetur argui. ext. de depositi, cap. bona fides, aut non: et tunc liberatur, quia sufficit soluere in eo valore in quo est, D. si certum petatur. L. 3. vel dic, ut notat Bernard. in d. capite, cum canonicis ext. de censibus. Sed ponamus, quod in bursa alicuius vel theca, reperitur falsa moneta, queritur, nunquid puniatur, tanquam falsarius falsa moneta? videtur quod sic. argument. D. de furtis, L. si quis proferendum, & de recept. L. prima, & 2. & quod quisque iuris, L. 3. in princip.

15.

Billonata.

In quo est.

16.

E 4

C. de



C. de falsis, L. si filios, in princ. et L. eum qui, cum
 ibi notatis in fine, & D. ad legem Corneliam de si-
 caris, L. eiusdem circa princip. Tu dic. quod aut
 constat, quod iste in cuius bursa vel theca reperi-
 tur falsa moneta, fecerit eam fabricari, vel fabrica-
 vit: & tunc, comburitur, quando est aurea: si au-
 tem are contaminata, est poena capitalis, ut supra
 dictum est et C. de falsa moneta, L. prima et 2. aut
 constat quod iste non fabricavit, nec fecit eam fa-
 bricari: & tunc, aut utitur ipsa, aut non utitur: si
 non utitur: aut sciebat eam falsam, vel scire pote-
 rat, & tunc punitur extraordinarie, per iura su-
 perius allegata. si utitur: aut scienter, et tunc pu-
 nitur arbitrio iudicis: aut ignoranter, & tunc, aut
 potest demonstrare à quo habuit, & tunc non puni-
 tur, sic C. de falsa moneta, L. maiorem, secundo re-
 sponso. aut non potest ostendere, à quo habuit: &
 tunc, aut est talis persona, quae potest cognoscere
 istam pecuniam, ut quia campfor: & tunc puni-
 tur arbitrio iudicis, & sibi imputatur, quia turpe
 patricio, & nobili, et causas oranti, ius in quo ver-
 17. satur ignorare D. de origine iuris, L. 2. §. post hos.
 vers. Servius, cum ibi notatis super verbo patricio,
 iunctis his, quae notantur D. ad Silleianum, L.
 quanquam, circa principium glossae, & D. locati,
 L. item queritur, §. si fullo, & pro suo L. finali, et
 pro emptore, L. qui fundum, §. servus, super verbo,
 21. scire debet, & C. de rescindenda vendit: L. quan-
 quam in fine glossae, quia scire & scire debere equi-
 parantur, per iura allegata, & D. ad Macedonia-
 num L. penult. si autem non sit talis persona, quae cogno-
 scere

Si utitur.

scere possit, & tunc punitur D. de varijs extraor-
 dinarijs cog. L. finali, iuncta L. generali C. de ta-
 bellarijs, scribis, logographis & censualibus, lib. 10.
 Nam sicut avis apta est ad volandum, & navis ad
 nauigandum, sic pecunia ad mercandum, utendū,
 & permutandum, iuxta notata, D. de usufructu, 19.
 L. arboribus, §. navis. Sed nunquid, si aliquis fa-
 ciat falsam monetam in aliquo castro, habeat do-
 minus illius castri cognoscere de illo crimine, vel
 rex: cum sit de regalibus, sed potest dominus castri
 ipsum malefactorem monetarium falsum capere, et
 remittere ad regem, ut C. si quis Imperatori male-
 dixerit, L. unica, ad quod D. de officio praesidis, L.
 4. & de officio praefecti vigilum, L. prima, in fine,
 & L. 3. in fine, & L. finali, & C. de officio procon-
 sulis, L. si quis, & in feudis, quae sunt regalia, cap.
 unico, & pro hoc, C. ubi senatores vel clarissimi,
 L. fin. circa medium, & in Auth. de consulibus,
 §. sancimus, collat. 4. & in Auth. de defensoribus
 civitatum, §. audient, collat. 3. & C. de defensori-
 bus civitatum, L. defensor. & sunt multa alia re-
 galia quae adde hic, de quibus in decima septima
 theorica de officio praesidis, quae incipit, nota oppo-
 sitū. Nunc queritur, quot requiruntur in moneta? 20.
 dic quod sex: tria extrinsecè, & tria intrinsecè: tria
 intrinseca sunt, materia, forma, pondus. materia,
 21. ut sit de auro, vel de argento, vel de aere, & argento, Intrinseca
 nam de puro aere non potest fieri moneta, sed poni-
 tur aliqua quantitas argenti sic notatur D. de con-
 trahenda emptione, L. prima, & ibi glossa super
 verbo materia, et super verbo substantia, C. de pon-
 dera-



deratoribus & auri illatione, L. prima & 2. libro 10. & de ista bonitate intrinseca moneta dicitur D. si certum petatur, L. cum quid, & ibi glossa. Forma, ut in floreno, in quo debet esse forma publica, ve effigies seu nomen Imperatoris, ut D. de auro & argento legato, L. quintus. Ponderus, quod est ex parte materiae, ut D. de tritico, vino, oleo leg. L. 4. & ibi notatur. & in Auth. de collat. §. eos in fine collatione 9. & in d. L. prima, C. de ponderatoribus & auri illatione, & de istis tribus fit mentio in textu D. de contrahenda emptione, L. prima, circa principium, vers. eaq; materia, & extra de iure iurando, cap. quanto, & ibi glossa, et quo ad tria ista, tempus contractus attenditur, quia secundum tempus illud, pretia rebus imponuntur, emitur & venditur, & venditiones fiunt, & in celebratione contractus cuiusque statim, ipsis contrahentibus ius, queritur, ut D. si certum petatur, L. 2. & L. cum quid, & institut. quibus modis re contrahitur obligatio, in principio cum concordantijs, unde cum ex eo tempore sibi sit quaesitum ius circa materiam & circa pondus vel as, non potest sibi per aliquid auferri sine facto suo, cum pars obligans versetur circa ista: & si minoris quantitatis traderetur, quam esset tempore obligationis, sequeretur, quod princeps tolleret obligationem, quod non est dicendum, ut L. prima & finali, C. de ponderatoribus & auri illatione, lib. 10. iuncta L. quo, C. de precibus Imperatori offerendis. Et quod tempus, quo queritur obligatio, intueatur in pecunia, notatur D. de legatis 3. L. uxorem, §. si testamento, & L. nomen,

Tempus
contractus
attenditur.

22.

nomen, §. primo, & videtur expressum D. de tritico, vino, oleo leg. L. si quis vinum, §. si quis vinum, cum concordantijs, & D. de peculio, L. is cum qui, & de negocijs gestis, L. tempus. Sed alia tria extrinseca sunt, scilicet, quod sit facta per principem, vel alium, qui ab eo habet potestatem, C. de falsa mon. L. 2. & C. de ponderatoribus & auri illatione, super rubrica, in glossa, libro 10. & quod ista moneta non sit reprobata, D. de pignoratitia act. L. & eleganter, §. qui reprobos, & quod fiat in loco publico, C. nulli licere in franis equestribus, sellis, & in balbeis margaritas, & smaragdos, & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis, L. unica, in fine lib. 11. & in Authen. de armis, in princ. collat. 6. et D. de ritu nuptiarum, L. finali, & C. de summa Trinitate L. 2. & de contrahenda emptio. L. cum. Sed nunquid princeps potest statuere, quod quilibet habens pecuniam fractam, deferat eam ad bibliorum? videtur quod non possit: quia nemo compellitur inuitus rem suam vendere, exceptis certis personis, ut C. de contrahenda emptio L. inuitum, dic contrarium: per tres leges, ut C. si liberalitatis nuptialis socius sine herede decesserit, L. prima libro 10. C. de metallarijs & metallis, & procuratoribus metallorum, L. prima in fine lib. 11. et C. non licere habitatoribus metrocomia loca sua ad extraneum transferre, L. prima lib. 11. Sed nunquid gentes Tholojanae teneantur recipere monetam Burdegalensem, vel aliam, quae non sit fabricata, in regno Francia? videtur quod sic: per L. primam D. de contrahenda emptio, ibi forma publica percussa.

23.

24.

25.



- eussa, item videtur textus de auro & argento leg.
 L. prima, §. cum certo, quia in genere suo functio-
 nem recipiunt, per solutionem, quam specie, D. si
 26. certum petatur. L. 2. §. primo. dic contra: quod
 non compellatur recipere, quia aliud pro alio, inui-
 te creditori solui non potest, ut L. statim allegata,
 §. primo, in fine & C. de solutionibus L. quod de-
 bitori: adde ad hoc theoreticam, si certum petatur,
 qua incipit, nota compelli, cum ibi additis, & hoc
 dicit textus D. de solutionibus, L. Paulus respondit,
 alias incipit L. creditorem, & de hoc est glossa or-
 dinaria, C. de donationibus, L. si quis argentum,
 circa principium: & hoc verum, nisi esset in aurea
 pecunia, nam illa ubique reciperetur, nisi alias ex-
 pressè fuerit inhibita, sic C. de falsa moneta, L. pri-
 ma, circa finem. Nec obstat L. prima, D. de auro et
 argento leg. quia ibi est speciale, favore ultime vo-
 luntatis: vel, loquitur de aurea, non de aere conta-
 minata, ut notatur in L. si quis argentum, in princ.
 27. C. de donationibus. Iuxta hoc queritur, nunquid
 princeps vasa aurea vel argentea subditorum pos-
 sit capere, pro fundendo & fabricando pecuniam?
 et videtur quod non: quia princeps rem meam mihi
 sine iusta causa auferre non potest. ut notatur in
 glossa C. de quadriennij prescriptione, L. bene à Ze-
 none, circa principium, et de agricolis, et censitis,
 L. agrarios, lib. 10. et D. de natalibus restituendis,
 L. queris, et D. de his quibus ut indignis, L. post
 legatum, §. si seruum, et de natalibus restituendis,
 L. finale, et in proëmio, D. circa principium, super
 verbo, Respublica nostra, et in Auth. de mandatis,
 prin-

principum. §. illud, & C. de erogatione militaris
 annonæ, L. 3. lib. 12. dic contrarium: quia rem
 meam mihi cum causa princeps auferre potest, per
 iura superius allegata, & D. de euictionibus, L.
 Lucius Titius, quia, licet quis regulariter non cõ-
 pellatur emere vel vendere, ut C. de contrahenda
 emptione, L. dudum proximis, tamen princeps,
 propter publicam utilitatem, potest capere et fun-
 dere, ut C. de sacrosanctis Ecclesiis, L. iubemus
 nulli, C. de nauibus non excus. L. unica, lib. 11. &
 C. ut nemini liceat in emptione specierum se excus.
 L. unica, lib. 10. item, quia utilitas publica prefe-
 renda est utilitati singulorum, ut C. de primicerio
 & secundicerio, L. 2. §. finali, circa finem, lib. 12.
 C. de caducis tollendis, L. reddere, D. de adu-
 lterijs, L. si postulauerit, §. iubet, D. quemadmodum
 seruitus amittatur, L. sicut, in fine, & D. de reli-
 giosis, & sumptibus funerum, L. si quis sepulchris,
 circa principium, & de iniurijs, L. lex Cornelia,
 §. penult. & de rei vindicatione, L. si verberatus,
 §. idem si forte, & D. de euictionibus, L. Lucius
 Titius, sic notatur in principio proëmy Digestorũ,
 in verbo, Respublica nostra, nec obstant contraria,
 quia cum causa princeps rem meam mihi auferre
 potest, non tamen sine causa, ut dicunt iura, proxi-
 mè superius allegata Item, iuxta hoc queritur, ni-
 quid in casu premissis, ubi princeps accipit vasa
 subditorum, debeant ea estimari? dic quod sic: quia
 ubi quis tenetur restituere, tenetur estimare. sed
 princeps finito usufructu, tenetur restituere, exco
 tenetur estimare, sic intelligitur D. de usufructu
 earum
 29.
 30.
 Tenetur
 estimari
 31.



earum rerum, quae usu consumuntur, L. si vini. Iuxta hoc quaro, nunquid aliquis compellatur vendere rem suam? & an sit consuetudo seruanda? dic, aut est statuta consuetudo circa illius rei appretiationem, & tunc, illa consuetudo est seruanda, ut D. communia praediorum, L. venditor. §. si constat. aut non est consuetudo: & tunc, aut loquimur in rebus non paratis immediatè ad victum. et tunc nemo compellitur regulariter emere vel vendere, L. dudum proximis, C. de contrahenda emptione, C. de iure deliberandi, L. nec emere, & notatur D. de contrahenda emptione, L. rem alienam, in fine glosse, et de religiosis & sumptibus funerum, L. is qui tulit, C. locati, L. inuitos de actione & obligatione, L. sicut, circa principium glosse, quae est notabilis, & de venditione rerum fiscal. L. finali, lib. 10. istud tamen fallit in 15. casib. inferius notatis et specialib. aut loquimur in rebus immediatè paratis ad victum: et tunc aut loquitur in casu necessitatis: & tunc, quis compellitur vendere rem suam, ut D. ad legem Rhodiam, de iactu, L. 2. §. cum in eodem. aut loquimur in casu voluntatis: & tunc, aut illa res non est exposita ad vendendum: & tunc, aut queritur, nunquid compellatur vendere vili pretio: & tunc dico quod non: etiam consulis, ut D. ad legem Iuliam de annonam, L. Imperatores, aut iusto pretio & aequo: & tunc, aut tale pretium est taxatum à praeside, & cum bonis viris ciuitatis: & tunc compelluntur vendere: aliàs, non: ut in feudis, de cle. vi. pa. cap. vno, §. ius naturale, & D. de officio praefecti urbis, L. prima, §. cura carnis,

nis, cum ibi notatis, aut fuit res exposita ad vendendum: & tunc, vendere non compellitur, nisi fuerit iam conuentum, ut D. de contrahenda emptione, L. qui fundum, L. a. 2. & C. quando licet ab emptione discedere, L. prima, & 2. de pactis, L. ab emptione, sic intelligitur glos. C. communia de successione. Athen. omnes peregrini, super verbo, Liberi, & L. nec emere, C. de iure deliberandi. aut publice fuit exposita ad vendendum: & tunc, aut nullo modo vult vendere, ut annonam carior fiat: & tunc expeditum est, quod compellitur vendere, ut D. de muneribus & honoribus, L. finali. §. item quia, & ibi glossa quae est notabilis, et D. de extraordinarijs criminibus, L. annonam. aut non vult vendere, non ut annonam fiat carior, sed aliàs: & tunc, aut post praerogationem palam factam, aut ante: si post: aut causa suae indigentiae & necessitatis, seu suorum: & tunc, aut loqueris in rebus non victualibus: & tunc credo, quod possit claudere seu retinere, dum tamen mos seu consuetudo non sit in contrarium, quia illa in talibus obseruaretur, ut D. de edil. edicto. L. quod si nolit, §. quia assidua, D. pro socio, L. cum duobus, §. idem respondit super verbo, consequi, & de rei vindicat. L. quod si possessor, in fine, & de iustitia & iure, L. panuli. in fine, D. de in iustitia actione, L. sed et si pupillus, §. de quo palam, iuncta L. venditor, §. si constat, supra allegata, ex quibus legibus est fundatus mos seu consuetudo regulae sancti Augustini diocesis Ruthen. aut queritur de victualibus, de pane scilicet vino: & tunc, aut quo ad omnes vult claudere: & potest, ex quo



ex quorum est integra, quo ad quemlibet, nam ex
 praconizatione neminem sibi ad emendum obliga-
 uit, ergo nec se alicui obligavit ad vendendum, per
 iura superius allegata, ad idē L. finalis, et ibi gloss.
 super verbo per acceptilationem, D. de acceptila-
 tionibus. quinimo nec ad interesse tenetur, etiamsi
 venissent cum suis animalibus de aliquo loco remo-
 to, prae textu praconizationis, alias non venturi: si
 modo sine fraude vendere cessaret, ut D. de poenis,
 L. si quis forte, cum legibus ibi in glossa allegatis, &
 L. capitalium, §. solent, eodem tit. aut quo ad ali-
 quos claudere vult, & quo ad aliquos, non: &
 tunc si talem conditionem tempore propositionis seu
 praconizationis apposuit: hinc dico quod possit hoc
 facere, ut L. sed & si pupillus, §. de quo palam, D.
 de institoria actione, & L. 2. de iure immunitatis,
 aut non apposuit talem conditionem: & tunc, aut
 ex legitima causa aliquos repellere vult, ut forte le-
 profum, bannitum, vel excommunicatum, vel alias
 personas incompetentes, vel ratione iurisdictionis,
 vel protuitione sui corporis, vel quia venit tempore
 & hora incongruis, vel causa inimicitiae, vel suspi-
 cionis filiae vel uxoris, recusat hoc facere: & tunc
 dico quod possit claudere, & quod non compellatur
 talem recipere, ut D. de postulando, L. prima, §.
 ait praetor, D. de procuratoribus, L. filius familias,
 §. finali, cum tribus legibus seq. & C. de adulterijs,
 Auth. si quis, sic intelligitur D. de testamentis, L.
 casus, C. de principibus agentium, L. in rebus, §. fi-
 nali, lib. 12. & C. de excusationibus tutorum, L.
 humanitatis, et C. locati, L. ade, D. locati, L. quero
 & quan-

& quando appellandum sit L. prima, §. quid ergo,
 si hora conditio: aut facit hoc sine causa: & tunc non
 debet quis unum admittere, et alios repellere, sic in-
 telliguntur iura, quae dicunt, quod non licet poeni-
 tere: D. quod quisque iuris, L. 3. §. 2. et de lege com-
 missoria, L. si fundus, §. eleganter, & de repudijs,
 L. fin. & de liberatione legata, L. si pluribus, cum
 ibi notatis, in fine glossa, & L. planē, §. sed si non, et
 C. de appellat. L. si quis libellos, et ne filius pro pa-
 tre, Auth. habita, & de rerum permutatione, L.
 finali, ext. de electione, cap. Ecclesia vestra, cum ibi
 notatis, & maxime non licet eos repellere, si sint ho-
 spites consueti, ut C. de metatis & epidemeticis, L.
 4. lib. 12. & per totum titulum, & C. communia,
 de successio: Auth. omnes peregrini, & de defenso-
 ribus civitatum, L. iubemus, cum suis concordan-
 tijs, et D. nauta, caup. stabularij, L. prima, §. 2.
 imo, in hoc casu compelleretur suscipere, seu vende-
 re, officio iudicis, ut D. ubi pupillus educari, vel mo-
 rari debeat, L. prima, §. quamvis, & de religiosis
 & sumptibus funerum, L. ac si quis, §. primo, &
 C. de postulando, L. providendum: & hoc verum,
 nisi vellet totum dimittere, et recedere seu deserere,
 sic D. de usufructu, et quemadmodum quis utatur,
 L. si absente, circa principium, & L. cum fructua-
 rius, cum suis concordantijs, et si servitus vendice-
 tur, L. et si forte, §. etiam, cum notatis ibi super
 verbo, scribit, et de damno infecto, L. euenit, & si
 certum petatur, L. pecuniam, & ne quis in loco
 publico, L. 2. §. si ex fundo, et de aqua, et aqua
 pluvia arcende, L. is cum quo, de alienatione indi-

32.

Suscipere.

F

civ.



- cy, L. item, §. post, de tributoria actione, L. illud, §. primo, et de noxalibus, L. prima, et d. Authen. omnes peregrini, cum glossa, et ibi in ea allegatis D.
33. de precario, L. et habet, §. penult. ex quibus iuribus potest dici, quod emphyteota non possit se liberare relinquendo fundum domino, cum eius presentia sit ex hoc obligata D. furti aduersus nautas, L. vna, §. penult. D. de precario, L. et habet, §. primo, D. de noxalibus, L. si seruus communis, §. ante noxale, et intellige, quod non potest se liberare, recedendo, seu relinquendo, nisi foret alter, qui prætenu ipsius promississet, et se personaliter obligasset per aliquod certum tempus, tale officium tenere & exercere. Quod si autem ante talem terminum vellet dimittere, non posset se liberare, sic intellige L. cum fructuarius, D. de usufructu, & theoricam iurium dicentium, quod contractus ex conventionem legem accipiunt, ut D. depositi, L. prima, cum ibi notatis, et theoricam iurium dicentium, non posse officium a se abdicare eum qui semel suscepit, ut D. de officio praesidis, L. penult. sic intelligitur glossa singularis d. L. & si forte, §. etiam, super verbo scribit D. si seruitus vendicetur, & theorica iurium, non posse commodatarium recuperare rem commodatam, donec commodatarius fecerit id ad quod accepit: cum id quod a principio est voluntarium, in fine sit necessitatis, ut D. comodatati, L. in re commodata, L. sicut, C. de actio. & obligat. & C. comodatati, L. 3. item dicerem quod talis posset compelli in casu isto, statuto vel moderato pretio vendere. nam si aliquis daret pretium moderatum, & alijs vendere vellet pretio immoderato,
- 34.
- 35.
- 36.

to, non posset, quia non vendere, et immoderato pretio vendere, equiparantur, sic loquitur glossa D. de legatis 3. L. non dubium, circa finem, sic, quod sit ultra modum, reducitur ad modum D. de usufructu, L. placet, D. de do. L. ut mihi placuit, adde hic que notantur D. de iustitia & iure, L. prima, in glossa, super verbo, equum ab iniquo, licet tantum valeat res, quantum vendi potest, ut D. ad legem Aquil. L. si seruum, & notatur D. de conditione furtiva, L. si seruus fugitivus, circa medium glossae, super verbo, inuenerit, D. de furtis, L. si vendidero, §. primo, & L. si quis uxori, §. finali, et ad Trebellianum, L. prima, §. si heres, et C. de iure domini impetrando, L. si autem dubitatio, et de erogatione militaris annonae, L. septem diebus, libr. 12. adde hic theoricam ad legem Aquilianam, quae incipit, nota estimationem cum sequente theorica. & verum est, quantum vendi potest communi estimatione, licet etiam commune votum sit contrahentium, quod unus alterum decipiat, et quod venditor vendat maiori pretio quam poterit, et emptor minori pretio, quam poterit, emat, L. in causa (est L. 16.) §. idem Pomponius ait, D. de minoribus viginti quinque annis, et notatur D. de contrahenda emptione, L. in venditionibus, circa principium glossae, C. de rescindenda venditione, L. si voluntate, quod intellige in rebus aestimatis, in quibus non est certum pretium institutum et determinatum, sicut in alijs aestimatis: quia id fit quod omnibus, non quod uni tantum expedit, ut D. de seruitutibus rusticorum praediorum, L. in re communi, cum ibi nota-

37.

38.

39.

40.

41.



tis, super verbo toti. hora tamen incongrua, non di-
 cerem aliquem compellendū vendere, nec recipere,
 ut D. de operis libert. L. medicus, et L. pen. sic intel-
 liguntur iura quae dicunt, non licere de nocte ire per
 praedia urbana, ut D. communia praediorum, L. iñ
 nihil, cum ibi notatis, in fine: nec etiam compellitur
 vèdere, nec recipere. nisi cōmodè, honestè, et legitimè
 possit: sic intellige theoricam legum dicentium, quod
 non intelligitur posse, qui non potest honestè et legiti-
 mè, seu commodè, iuxta notata D. de statu hominū,
 L. vulgo, et de noxalibus, L. si servus, §. primo, et
 theoricam de occidente incontinenti diffidatū, quod
 non tenetur, cum ita debeat diffidare et nunciare,
 ut possit interim se commodè munisse, ut D. si quis
 ex testamento liber esse iussus fuerit, L. prima §. sed
 culpa, et de officio proconsulis, L. observare, §. ante-
 quam, et de solutionibus, L. si soluturus, et L. quod
 dicimus, iunctis his quae notantur, inst. de verb. ob-
 ligation. §. purè. et C. de indictio. L. final. lib. 10. D.
 quod vi aut clam, L. aut qui, de fideicommissis, L.
 3. et de pignoratitia, act. L. si conuenerit la premie-
 re, cum ibi notatis, et de seruitutibus urbanorum
 praediorum, L. quidam libertus. et ubi hospes non
 allegat iustam causam recusandi, debet adiri iu-
 dex, qui ex officio suo eum compellat, ut D. ubi pu-
 pillus educari, vel morari debeat, L. prima, §. quā-
 uis, et de rei vendicatione, L. qui restituere, §. fin. et
 de religiosis et sumptibus funerum, L. at si quis, in
 princip. et C. de postulando, L. prouidendum, sic
 intellige theoricam iurium dicentium, quod iussu
 praetoris excusat, iuxta notata D. de iurisdictione
 omnium

42. Occidente
 inconti-
 nenti.

43.

44.

omnium iudicium, L. si quis id, quod et D. si quis
 cautio. L. 2. §. finali, et D. de minoribus viginti-
 quinque annis, L. ait praetor, §. quid tamen, et de
 his, qui notantur infamia, L. furti, §. qui iussu, D.
 de iniurijs, L. iniuriarum, §. si quis, et §. fin. et de
 aqua, et aqua pluuie arcenda, L. quanquam, et L.
 quod principis, et de acquirenda vel amittenda pos-
 sess. L. iuste, et de reg. iuris, L. quod iussu, ex qui-
 bus iuribus dicitur, quod iuste possidet, qui auctore
 praetore possidet: Alias autem quis non posset com-
 pellere auctoritate propria, ut D. de regulis iur. L.
 non est singulis, et in feudis de pace tenenda et iura-
 mento fr. §. si quis verò, et C. de iudicijs, L. nulli
 primo quia, ubi quis auctoritate propria intrat
 domum vel possessionem alicuius, vel rem alienam
 recipit inuito domino cuius est, tenetur ei actione
 iniuriarū, quia scilicet utitur officio magistratus,
 quod sibi non competeret, ideoque punitur, ut D. de
 iniurijs, L. lex Cornelia, §. primo, et de in ius voc.
 L. plerique, et de seruitutibus rusticorum pra-
 ediorum, L. diuus, cum ibi notatis, iuncta
 L. quemadmodum, §. magistratus, D. ad legem
 Aquil. et adde hīc theoricam, quod metus causa,
 quae incipit, nota quod possessor, cum ibi additis. Et
 qualiter officio iudicis sit, talis compellendus? dic:
 captis pignoribus, ut D. si seruitus vendicetur, L.
 harum actionum, et D. de ventre inspiciendo, L.
 prima, §. ergo: item, per arrestum corporum, ut
 D. de crimine peculatus, L. cum eo. arg. C. de ex-
 actoribus tributorum, L. 2. et 3. lib. 10. item, per
 clausuram domus suae, D. de interdictis et relegatis,

45.

46.

F 3

L fina-



- L. finali, nisi in casu, ubi index non posset adiri, et
 47. esset evidens periculum in mora, quia tunc posset
 ipso invito recipere vel intrare, quia tempore ne-
 cessitatis omnia sunt communia, ut D. ad legem
 Rhodiam, de iactu, L. 2. §. agitatedum est, cum ibi
 notatis, super verbo, ferre. sic intelligo theoreticam le-
 gum dicentium, quod necessitas non habet legem, id
 48. est, cessat lex ubi venit necessitas, iuxta notata D.
 de officio consulis, L. unica, §. primo, et communi
 diuidendo, L. quamuis, et si certum petatur, L. 2.
 §. primo, et de ferijs, L. prima, circa finem glossae,
 et de publicanis, L. cessat, et L. finali, §. propter,
 C. de operis libertorum, L. prima, in fine glossae, ex-
 tra de consuetudine, cap. quanto, et hoc intelligo ve-
 rum, de necessitate precisa, quam non precedit cul-
 pa seu delictum, ut D. de liberis agnos. L. si quis à
 liberis, §. item diuus, et seq. et §. si mater, et §. nisi
 vel de necessitate casuali, ut D. de public. L. cessat,
 vel de necessitate compulsua, iuxta notata C. de
 operis libert. L. prima, in fine glossae, et D. de adi-
 mendis legatis, L. rem legatam, non tamē de causa-
 tiua, de qua fit mentio C. ut nemo inuitus, in rubri-
 ca, et D. de ritu nuptiarum, L. palam, §. primo,
 et de separatis, L. finali, et de verb. obligat. L. con-
 tinuus, §. illud, et adde hīc theoreticā, de officio consu-
 lis, qua incipit, nota quod necessitas. in summa, hac
 habent locum tam in recipiente, quam in recepto,
 quia nemo liberalis in necessitatibus existit, iuxta
 49. commune prouerbum, ut notatur D. de iure do-
 tium. L. si usufructus, et de adimendis legatis, L.
 rem legatam, ex quibus iuribus possunt decidi qua-
 stiones

stiones de frangēte carcerem timore aquae vel ignis, Frangente
 quod non teneatur tunc, ut notatur D. ad legem A-
 quiliam, L. si quis fumo, & quod vi aut clam, L.
 si alius, §. notauius, & pro hoc lex in ratione D.
 ad legem Aquiliam, L. quemadmodum §. Labeo,
 alias tenetur, L. in eos, D. de custodia reorum, &
 de effraCTORIBUS, L. prima. Et de pastore, cuius ani- 50.
 malia comederunt blada alicuius ipso invito, quod
 non teneatur cessante omni culpa, & hoc facit pro
 relegato vel bannito, qui dum esset extra villam, in-
 uenit suum inimicum capitalem, quem, cum vel-
 let interficere, aufugit, & reuersus fuit infra vil-
 lam, quod non videatur contra praeceptum iudicis
 fecisse, nec in poenam legis relocatorum incidisse, per
 iura superius allegata. Si autem hospes vel vendi- 51.
 tor allegaret instam causam, veram, & legitimā:
 tunc, inuitus non posset per priuatum compelli: ma-
 xime si faceret vim & resistentiam, quia tunc esset
 periculum, quod veniretur ad arma, sic intelligo
 theoreticam iurium dicentium, iure, non vi, debito-
 rem compelli, iuxta notata D. quod metus causa,
 L. extat, in principio, & ibi glossa, & C. de conue-
 niendis fisci debitoribus, L. penult. & theoreticam
 iurium dicentium, quem posse ius sibi dicere, et ali-
 qua auctoritate propria occupare, iuxta notata in
 d. L. extat, D. quod metus causa, & D. commu-
 nia praediorum, L. si precario, & theoreticam iu-
 rium dicentium, tolli occasionem delinquendi, iuxta
 notata in proemio Digestorum, §. illud, & D. nau-
 te, caupones, stab. L. prima, §. primo, et de trans-
 actionibus, L. cum hi, §. si cum lis, & de arbitris,



L. si quis rem, & C. de Latina libertate tollenda, Authent. ad hoc, & de edicto diui Adriani tollendo, L. 2. in fine, & sic nota quod non compellitur
 52. quis inuitus ad communionem, vel distractionem
 53. rei suae, per iura superius allegata: sed ea theorica fallit in quindecim casibus: Primò, ratione utilitatis publicae, ut C. ad legem Iuliam de annonâ, L. 3. circa principium à contrario sensu, & D. quemadmodum seruitutes amittantur. L. si locus, & D. de adulterijs, L. si postulauerit, §. iubet. Secundò, si dominus sit crudelis seruo, D. de his qui sunt sui vel alieni iuris, L. si dominus, & C. de episcopali audientia, L. si lenones, & instit. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, §. fin. Tertio, ratione accessionis, inst. de rerum diuisione, §. littera. Quarto, ratione rei indiuisibilis, institut. de officio iudicis, §. quod si commodè. Quintò, ratione euenientis necessitatis, ut D. de rei vendicat. L. item si verberatù, §. primo. Sextò, ratione consuetudinis, ut D. communia pradiorum, L. venditor, §. si constat. Septimò, ratione religionis, ut D. de religiosis & sumptibus funerum, L. si quis sepulchrum. Octauò, ratione pacti, ut D. de contrahenda exptione, L. qui fundum. Nonò, si res sit destinata ad venditionem, ut C. de episcopali audientia, L. prima, de officio praefecti urbis, L. prima, §. cura carnis, & in feudis, de clerico vi pa. §. post natale. Decimò, ratione libertatis, ut de communi seruo manumittendo, L. prima. Undecimò, ratione agnitionis legati, ut C. de fideicommissarijs libertatibus, L. si te. Duodecimò, si res sit alicui communis cum fisco, ut C. de

C. de communium rerum alienatione, L. multum interest, & de vendicatione rerum fiscalium, L. 2. lib. decimo. Decimotertio, ratione termini, ut facilius releuentur, ut D. de adulterijs, L. si postulauerit, §. iubet. Decimoquarto, ratione specificationis, ut D. de acquirendo rerum dominio, L. adeò, §. cum quis. Decimoquintò, in Auth. de fideicommissis, L. penultima, cum ibi notatis, super verbo, Agere.

Doct̃or Baert.

Pro damno) cum enim duplex actio competat, actione legis Aquiliae agitur, ad damnum culpa datum, sed actione iniuriarum agitur ad contumeliam, L. item apud Labeonem, §. si quis seruo, iuncta glossa ibidem, in verbo, altera, & in L. praetor, §. primo, in verbo, actio, D. de iniurijs.

Dolus semper) Nota, quod falsum sine dolo non committatur, L. nec exemplum, L. si quis decurio, & ibi Cynus, C. de falsis Canonistae, in cap. cum Ioannes, ext. de fide instrumentorum. Grammat. decisione 60. numero 7. Socinus iunior, conf. 37. num. 28. lib. 2. falsitatem tamen sine dolo quandoque commissam dici posse, & qua poena plectatur, elegantissimè, si mul exactissimè docet Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria quarta, casu 309. fol. 259. secundum impressionem Francofurtensem.

Mensuris illicitis) Quoniam mensuras habens falsas, graue crimen committit, etiã grauius



uiter legibus vindicatur secundam Nattam, conf. 72. & vbi que statuta de mensuris particularia habentur, vt grauius vindicentur, ad quæ vide Ioanné Raynaudum, Georgium Agricolam, Petrum Diaconi, Leonardum Portium, & Andream Alciatum, de ponderibus & mēsuris, rursus Alciatum, Parergon libro nono, cap. 25. & libro 10. capite vltimo.

Instrumenta) De notario fabricante falsa instrumenta, vide Iulium Clarum receptarum sententiarum, libro quinto, §. falsum, numero 16. vers. fabricans, fol. 18. secundum editionem Francofurtensem.

Subtrahendo) Pro hac materia remissiuè consulendus est Ægidius Bossius in sua practica, titulo de falsis, numero 166. & seq.

Deportatur) Hæc pœna, hodie non est in vsu, neque imponitur alicui de consuetudine, secundum Gandinum, in titulo de falsa: num. 3. quem refert Aug. de maleficijs, in verbo, falsario, numero 48. & ideo secundum eum, vbi adsunt statuta super eo disponentia, imponenda est pœna expressa in statutis, vbi verò non est aliqua pœna in statutis expressa: tunc, imponenda pœna quæ sit, arbitrio iudicis relinquatur.

Item punitur) Casus alios ponit Chassanzus in consuetudines Burgundiæ, §. 8. pag. 90. qua de re consulendus est etiam Cæpola conf. quinto, in criminalibus.

Monetam fabricans) Hanc materiam latissimè tractant, Hippolytus de Marsilijs, in solenni

ni sua repetitione, L. qui falsam, in princip. D. ad legem Corneliam, de falsis: Matthæus de afflictis in titulo, quæ sint regalia, in verbo, monetæ: Bossius in sua practica, titulo de falsa moneta, per totum: & Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. falsum, numero 37. & seqq. vers. dixi etiam, pag. 22.

Additio antiqua.

Iudicis arbitrio) Quia in his, in quibus non disponit lex, iudex disponit, vt tenet Speculator in titulo de accusat. §. primo, vers. deinde autem.

Doctor Baert.

Billonata) A verbo Gallico, billon, id est, nullius valoris.

In quo est) Omnino legendum puto (in quo erat) scilicet, tempore contractus, hoc enim suadet allegatio L. 3. de rebus creditis, ea quippe lex, in mutuo tempus obligationis, & contractus inspicit vult, quia scilicet hoc tacitè actū videtur inter contrahentes, vt illius temporis valor inspiciatur, d. L. 3. in princip. D. de rebus cred. maximè ne sit iniquitati locus: ex parte creditoris, vbi nummi decreuerint, eo quod ex beneficio sentiret ille suo damnum, si minus acciperet, quàm dedisset: ex parte debitoris, vbi nummi creuerunt, quia plus ille reddere teneretur, quàm vel accepisset, aut in rem suam vertisset, qua de re plura diximus in libello, quem inscripsimus extraordinarias lectiones, in commentarijs ad L. 22. vinum, D. de rebus



rebus creditis, in explicatione verbi, vinum, numero decimotertio, vers. cæterum quando pecunia creuerit, pag. 165. secundum impressionem Coloniensem.

Si vititur) Expendens falsam monetam, qua pœna puniatur, etiam reperies apud Iulium Clarum, receptorum sententiarum libro quinto, §. falsum, numero 38. vers. expendens, pag. 22. col. 2.

Intrinsicæ sunt) Duplicem esse pecuniæ bonitatem, latè diximus, & ostendimus in libello nostro, quem inscripsimus Extraordinarias institutiones, in commentarijs ad L. 22. vinum, D. de rebus creditis, in explicatione verbi, vinum, num. octauo, vers. sed etiam pecuniæ, pag. 156.

Tempus contractus attenditur) Prout etiam superiùs, in hoc eodè capite, numero decimoquinto, vers. sed nunquid soluens pecuniam reprobam, circa finem, in verbis, in quo est, admonui.

Dic contrarium) Hanc opinionem vidi prædicatâ Bruxellæ, in dulci meo natali solo, anno M. D. LXXVI. Principes enim viri, nobiles, officarij, ditiores, & omnes, omnia sua vasa, tam aurea quàm argentea conferebant, vt eorum pignore, facilè posset à mercatoribus Antverpiæ pecunia parari, quid si dicam, scenerarier?

Teneatur aestimare) Ad vnguem, sicut antea cœpi dicere, fuerunt hæc obseruata Bruxellæ, (quæ ciuitas est regia, simul aulica sedes) nam parens meus Nicolaus Baert, tanquam Receptor

ceptor generalis Financiarum, per aurificem seu libripendem, quælibet æstimata recepit, & Antverpiam postea misit.

Suscipere) Scilicet, hospites: vnde nota, quod etiam inuitus quis compellatur aliquem excipere hospitio, quamdiu scilicet inter signum præforibus est, hoc est, quamdiu per inter signum profitetur, & hospitibus ibidem locum fore proscribit: quod nota diligenter, & memoriæ tradas, quia peregrinantibus vsu sæpe venit.

Occidente incontinenti) Hac de re latius agemus inferiùs, in explicatione verborum, cum suo gladio, & pugnali euaginato, capite vndecimo, ideoque nihil hic dico, quia noster hic Iacobus de Bello Visu, ex professo, eandem materiam ibidem tractat.

Frangente carcerem) Nihil hic addo, quia libro secundo, & cōmodiùs, vbi fuerit ipfius locus, infrà dicemus.

Caput nonum.

Ratione Lenocinij vir vxorem, vel vxor maritum repudiare potest, numero primo:
 Pœna Lenocinij, stupratoris, & adulterij. 2. 14. 30. 37.
 Laus castitatis. 3
 An meretricibus ædes locari possint? 4. 6. & 7.
 Lubrico consilij, vel ætatis lapsu leges non ita indignantur. 5
 Lenocinium varijs modis committitur. 8. 11. 13. 24
 Meretrix quæ se emendat, veniam meretur. 9. & 10
 Quæ requirantur ad hoc, vt aliquis dicatur leno. 12
 Mulier aliquem de adulterio accusare non potest. nusquam
 15. 39. 46.

Accusatur



94	PRACT. CRIMIN. DE	
	Accusatio adulterij præsupponit repudium.	16
	An vir impunè possit vxorem verberare.	17
	Adulteri bona non publicantur ante sexaginta dies.	
	num. 18.	
	Qui quæstionari possint ad eruendam adulterij veri-	
	tatem.	19
	Adulterum, cui, quando, & cuius iussu liceat occide-	
	re.	20.23
	Quando mulier excusetur ab adulterio.	21.27.&28
	In quo loco liceat adulterum occidere.	22
	De adulterio non transigitur.	25
	Quis ordo seruetur in accusatione adulteri.	26
	Adulterium quinquennio præscribitur.	29
	Pro matrimonio serè semper præsumitur.	31.41
	Cum meretrice non committitur adulterium.	9 & 32
	Crimen adulterij, non purgatur per subsequens ma-	
	trimonium.	33
	Condemnatus ad mortem, non est meretrici conce-	
	dendus.	34
	Adulterium præsupponit matrimonium.	35
	Cum virgine nondum viripotente, stuprum commit-	
	ti non potest.	36
	An donatio facta concubinæ valeat?	38
	Vxor magis est pars viri, quàm vir vxoris.	42
	Fœminæ sunt inconstantes.	43
	Iudicia non debent esse elusoria.	44
	Vxor viri seruit, & lucratur.	45
	Quæstio.	47
	Per negationem res fit dubia.	48
	Qui malè agit, odit lucem.	49
	Quæstio.	50
	Quæstio.	51

Lenonem.

*Ista abusio, imò magis vitium, est valdè repro-
bum, & licet præcedens periculosum sit tenendum,
quo ad mundum, tamen hoc & illud parificari, &
aqui*

BELLO VISV, LIBER I. 95

*equiparari videntur, C. de repudijs, L. consensu,
circa principium: unde, eorum uxores, possunt &
eos, & quilibet eorum, ratione prædictorum cri-
minum, alter alterum repudiare, quare illum tex-
tum, nota, multum contra maritos dissolutos. Et
istud crimen lenocini punitur, ut adulterium, ut
notatur, C. de adulterijs, L. 2. in principio, & est
expressum, D. de adulter. L. liberis, & de artibus
istorum lenonum, cum habeant decies millies modos
decipiendi, & venandi iuenculas miserandas,
(nam sicut venatores, esca ostensa, decipiunt au-
culas, sic ipsi suis adulationibus, eas educatas, deci-
piendo, deducunt ad necessitatem, & uniuersam
confusionem) ideò, dicunt laici, petram voluit ho-
mo, nedum cor mulieris: cum plurima, de fragilitate
sexus, adeò labiles sint, ut cum tali dolo & arte, faci-
le ad luxuriam deducantur: agnouimus enim quos-
dam (sicut ait Imperator) viuere quidem illicitè,
ex causis autem crudelibus & odiosis occasionem
sibi met nefandorum inuenire lucrorum, & circũ-
ire prouincias, & loca plurima, & iuenculas mi-
serandas decipere, promittentes calceamenta, et ve-
stimenta quadam, & his venari eas, & deducere
ad hanc foelicissimam ciuitatem (de Constantino-
poli loquitur) & habere constitutas in suis habita-
tionibus: & cibum eis miserandum dare, & vestes,
& deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus, et
omnem quæstum miserabilem, ex corpore earum
accedentem, ipsos accipere, & celebrare conscri-
ptiones, quia ipsa, usque ad tempus, quod eis pla-
uerit, obseruabunt impiam & scelestam hanc fun-
ctionem*



Etionem implentes: quasdam verò earum etiam fideiussores expetere, et in tantum procedere illicitam actionem, ut in omni penè, & in hac regia ciuitate, & in transmarinis eius locis, & (quod deterius est) iuxta sacratissima loca, & venerabiles domos sint tales habitationes: quorum quidem modos recipiendi, nullus praualeat sermone comprehendere, cum ad infinitam crudelitatem perductum sit tale crimen, ut habetur in Auth. de lenonibus, circa princ. & §. primo, & §. sancimus, collat. 3. titulo primo, nouella constitutione 14. & puniuntur, quia illa, qua talibus miseris iuenculis tradiderunt, bona perdunt, & de ciuitate expelluntur, ut d. §. sancimus, & cum voce praconia, alta, publica, ad ultima supplicia, id est, ad mortem condemnantur, ut in Authent. de lenonibus, per totum, & C. de adulterijs, L. quamuis, la seconde, iuncta L. ultimum supplicium, D. de poenis, & si quis patiat in domo sua quendam lenonem, & huiusmodi propositum operationis habere, & hac denunciata cognoscens, de domo sua non expulerit, sciat etiam se decem librarum auri poenam sustinere, & domum amittere, ut in Auth. de lenonibus, §. si quis autem patiat, & quod instrumentum, seu cautio, seu fideiussio, per dictas mulieres eis praestita, nullo modo apud eos remanebit: & leno (ut dictum est) in corpore supplicium sustinebit: & à ciuitate, ut pessimus, sceleratus, nefandus, crudelis, odiosus, pestiferus, & communis vastator castitatis, expellitur, ut in Authent. de lenonibus, & §. si quis autem conscriptionem, scilicet, instrumentum cautio-

nis

nis cancellatum, tanquam inualidum, inefficax, & inane, tali misera compelletur reddere, ut d. §. sancimus igitur. qua propter lenocinium omnibus prohibetur modis, & factum punitur, ut mulieres casta viuere valeant, nō autem inuita ad luxuriosam vitam deducantur, nec impiè agere cogantur: castitas etenim sola Deo cum fiducia potis est hominum animas presentare, d. §. sancimus igitur, cum ibi notatis, et §. mulieres, & in Authen. de monachis, §. si quis autem, collatione prima, & C. si mancipium ita fuerit alienatum, L. prima, & de adulterijs, L. qui adulterium, iunctis his, qua notantur D. de origine iuris, L. 2. §. initium, super verbo, castitate, & ext. de probationibus, cap. cum matrimonio, ext. de statu monach. cap. cum ad monasterium, super verbo, abdicatio proprietatis, & sic, isti lenones, tanquam leprosi, sunt de ciuitatibus expellendi, ne, inficiant, decipiant, & subuertant bonas mulieres, cum suis pessimis, & pestiferis artibus, & dolosis subuersionibus, & odiosis fallacijs, et de bonis faciant prauas, & inuitas faciant volentes, ut C. de raptu virg. L. circa, vers. sit enim ipsa, & §. finali, & ideò tanquam leprosi, & cadauera fetida, sunt meritò à villis, & castris, & ciuitatibus expellendi, propter vitium animae, quod est periculosius, quam corporis. sic intelligo Authent. de lenonibus, §. praepoamus, vers. primo, & §. si omni, & §. mulieres, & §. seq. collat. 3. titulo primo, nouella const. 11. D. de damno infecto, L. si finita, §. ex hoc edicto, et C. de re militari, L. cum supra, lib. 12. & de sponsalibus, L. 4. & de manumissis, L.

G

Cassius,

3.
Castitas.

Cassius, & de dignitatibus, L. 2. lib. 12. & D. de sepulchro violato, L. 3. §. diuus, & de cloacis, L. prima, & de operis noni nunciatione, L. de pupillo, §. si quis rinos, & ne quid in loco publico, L. 2. §. si quis, & de action. empti, L. nullius §. primo, in feudis, de vasallo, qui fratrem domini interfecerit, cap. vno, nam qui desperatam vitam ducunt, debent ab alijs separari, per iura superius allegata, & C. de studijs liberalibus urbis Rome, L. prima, lib. 11. & in Auth. de monachis, §. cogitanda, collat. prima, sic D. de re militari, L. milites agrum, §. missionum, sic sumitur, C. de summa Trinitate, L. 2. circa finem, de sacrosanctis Ecclesijs, L. sancimus, extr. de electione, cap. cum causam, cum ibi notatis, 11. quest. 7. cap. noua actione, & in Auth. de questore, §. penult. collatione 6. ex

4. quibus deciditur, quod meretrices & lenones sunt Expellēdi. de honestis carrerijs expellendi, sic ut ne ades quidē vel domus possit eisdem locari, iuxta notata D. de usufructu, L. si pendentem, §. primo, super verbo, abutatur, de usu & habitatione, L. non aliter, & in Authen. de lenonibus, §. si quis autem patiatur. quod intelligo, in usufructuario. dominus autem verus, bene posset locare meretricibus, ut dicunt quidam, per L. ancillarum, §. sed & pensiones, D. de petitione hered. quod verum intelligo, si dominus esset in carreria inhonesta, secundum L. 4. C. de spectaculis, lib. 11. qua sic distinguit: vel dic, & melius, quod §. ille, hodie est correctus, per d. §. si quis autem patiatur, in Authen. de lenonibus. collat. 3. titulo primo, nouella constit. 14. cum ibi notatis, timore

Locare meretricibus.

§. ille.

more enim bonarum, sicut palee reijci debent, nec debent poni infra ciuitatem timore ignis, & dic de hoc, ut in theorica de seruitutibus urb. prad. qua incipit, nota quod palea, & est ratio, sicut antea dixi, ne alias bonas inficiant, per iura superius allegata, & C. de religiosis & sumptibus funerum, L. mortuorum, & hoc, propter inhonestatem, nam si bonae earum prauis moribus & actibus consentiret, essent participes talium delictorum: melius est autem mori quam tali peccato consentire, D. de origine iuris, L. 2. §. initium fuisse, & quod metus causa, L. isti quidem, in fine, ext. de sepult. cap. ex parte, lo secundo, ideoque dicit textus, quod euitare debemus, in quantum possumus, ut mulieres suspectae in domo habitare non possint, ut in Authen. de sanctis Episcopis, §. presbyteris, & §. seq. collat. 9. qua est signata C. de Episcopis & clericis, super L. si quis in hoc genus, qua incipit, sed nouo iure, et ext. de cohabitatione clericorum & mulierum, per totum, locus autem debet designari meretricibus, in quo morari valeant, extra tamen ciuitatem, seu villam, ut allegant aliqui textum, in ratione C. de spectaculis, L. 4. lib. 11. Lenonibus vero, nec ab usufructuario, nec à domino vero, in nullo loco, locari potest domus: imò si fiat, confiscatur, & lenones in decem libris auri puniuntur, ut est casus in Auth. de lenonibus, §. si quis autem patiatur, collat. 3. titulo primo, nouella constit. 14. ubi nota, quod illa Vbi nota, Authentica loquatur de lenonibus, & eis, qui huiusmodi propositum operationis habent: aliquando namque lubrico aetatis, vel imbecillitate sexus, mu-

- lier peccat, ut ait Imperator in L. foedissimam, C. ad legem Iuliam de adult. & L. imperialis, in prin. C. de nuptijs, & tunc, vicio natura non est imputandum, D. de damno infecto, L. fluminum, §. vitium, secus potest dici in pravis mulieribus, quia locus inuitis dominis, non est eis designandus, nec quis compellitur eis locare operas & domos suas, cum sint tales sua culpa, & idè sibi imputare possunt, nec habent alijs imputare, ut D. soluto matr. L. in his, in princip. & C. locati, L. si messes, nec vilitas vita patitur, eas legum laqueis innodari, C. de adulter. L. qui adulter, & de furtis, L. verum, iunctis his, quae notantur, C. de raptu virginum, L. unica, in princip. & inst. de publicis iudicijs, §. item lex Italia, de adulterijs, 2. resp. iunctis his, quae notantur, C. de adulterijs, L. si mulier, D. de conditione ob turpem causam, L. 4. §. 3. super verbo, ratione, aliàs possent tales viles persona, puta, meretrices, de voluntate dominorum, morari in domibus vilium cantatorum, iuxta L. ancillarum, §. sed & pensiones, D. de petitione hered. Et committitur lenocinium multis modis, iuxta notata C. de adulterijs, L. 2. quia quidam prostituunt uxores suas, aut suorum filiorum, vel aliorum, qui sunt de parentela sua: & iste modus valde est reprobatus de iure, nam maritus sciens uxorem adulteram, & qui ignorantiam dissimulare non possit, vel damnatam de adulterio retinet, vel reducit, & sibi, tanquam mundatam, reconciliat, etiam ad melioris vitae frugem, leno est de iure canonico, & de iure civili, sic C. de adulterijs, L. castuati, & L. sine

sine metu, nec obstat Auth. sed hodie, C. de adulterijs, ubi dicitur, quod hodie maritus potest sibi reconciliare talem uxorem damnatam de adulterio, & reducere infra biennium: quia hoc est verum, si verè correcta & emendata fuerit, & ad melioris vita frugem conuersa, ut innuitur ex verbis d. Authentica, sed hodie, aliàs, non: nec obstat ext. de sponsalibus, cap. inter opera, & L. imperialis, cum ibi notatis, C. de nuptijs, qui habet aures audiendi, audiat: nam eadem ratione, qua quis excusatur à poena adulterij, si ea, cum qua stuprum commisit, statim publicè se exhibuit, ut C. de adulterijs, L. si ea: ex eo, quia animum corruptum videbatur habere, ut D. de repudijs, L. 3. & de in rem verso, L. si pro parte, §. primo, cum ibi notatis, sic, eadem ratione contrahens cum muliere corrupta, & emendata, existente in proposito, nunquam ulterius talia committendi, vel eam reducens, non contraxit crimen lenocinii, nam esto, quod illa sit tunc in lupanari, non potest dici meretrix, cum habeat bonum & honestum animum, nunquam ulterius delinquendi, sic à fructibus, id est, à factis earum cognoscetis eas: sicut illa, quae videbatur bona, quae statim palam se exhibuit, aliàs, esset melioris conditionis, mala, quam bona, quod non est dicendum, ut D. de notabilibus action. L. bona fide, cum ibi notatis in fine glosse, & C. quae in fraudem creditorum, L. pupillus, in fine, & de donationibus inter virum & uxorem, L. ex ea voluntate, cum ibi notatis, in fine, istam mirabilem & insolubilem rationem habes ex L. si ea quae, C. de adulterijs, supra allegata, & hoc

G 3

verum,



verum, si non fuerunt ipsorum iudicio, ad hoc timore seu metu futura poena coacta, quia tunc secus: sic non obstat, C. de adulterijs, L. commissum, quia non videtur sponte facere, qui coactus facit, extra, de restitutione spoliat. cap. 2. iunctis his, quae notantur

11. D. de minoribus, L. ait praetor. Alius etiam modus lenocinij est, qui exercet talem artem circa miserimas iuenculas extraneas: & ad hoc, quod talis sit dicendus recte leno, & de lenocinio puniri, requiruntur duo, scilicet, quod ex consuetudine talia habet committere: & quod causa lucri hoc faciat: sic videtur notare glossa in simili, D. de aleatoribus, L. prima, in prim. duae autem vices faciunt consuetudinem in tali & simili crimine, ut C. de episcopali audient. L. 3. circa finem, cum ibi notatis, adde hanc quartam theoreticam, de postulando, quae incipit, nota aliquando puniri: & tales lenones sunt ardentissime puniendi, nam nolentes faciunt volentes suis nefarijs suggestionibus, artibus, & adulationibus, ut in Authentica, de lenonibus. §. primo, arg. D. de libero homine exhibendo, L. 3. §. si quis volentem, & sic soluit extra de re iudicata in cap. scienti, lib. 6. vel, intellige volentes, ex post facto, sed ab initio inuita, ut C. de salgamo hospitibus non praestando, L. ita, lib. 12. & extr. de censibus, cap. 2. lib. 6. vel dic, ut notatur D. de pactis, L. iurisdictionum, §. si paciscar, & L. ius publicum, & L. si unus, & C. de transactionibus, L. transigere. vel intellige, quod si ea nolente, & sic per vim, capitaliter punitur: & idem, si ipsa volente, si tamen raptor commiserit vim in portis, vel alijs rebus, ad ipsam rapiendam, & sic intelli-

Ab initio
inuitæ.

13.

intelligitur L. unica, C. de rapto virginum, & instit. de publicis iudicijs, §. si autem per vim, si vero sine vi, ea valente, tunc punitur poena statuta, institut. de publicis iudicijs, §. item Lex Iulia, de adulterijs, vers. poenam autem, nam tunc est poena honestis, publicatio partis dimidia bonorum: humilibus autem, corporum coercitio cum relegatione, ut d. §. item lex Iulia, de adulterijs. unde ex verbis et sententia legis Iuliae, de adulterijs, colliguntur ista triginta notabilia: Primò, quod mulieres non possunt aliquem de adulterio accusare, sed masculi tantum, ut C. de adulterijs, L. prima. Secundò, quod antequam vir possit accusare uxorem de adulterio, requiritur, quod antè miserit sibi repudium, C. ad legem Iuliam, de adulterijs, L. crimen adulterij, licet hodie videatur correctum, C. de adulterijs, Authen. sed nono iure, ubi dicitur, quod stante matrimonio, potest accusari, & si accusatio vera esse ostendatur, tunc repudium mittere debere, loco cuius repudij, habet hodie locum separatio, & de domo expulsio, & grauis verberatio, nam in illis omnibus casibus, in quibus de iure veteri poterat quis uxorem repudiare, in omnibus illis permittitur hodie viro uxorem acriter verberare, & de domo agere, nec potest puniri ille vir, sic intelligitur in Authen. ut liceat matri & aua, §. causas, & §. quia verò plurimas, & in Auth. de nuptijs, §. si igitur, & C. de repudijs, L. iubemus, circa principium, ibi dum dicit, nisi talis culpa, & c. facto, dicto repudio, potest eam accusare, sic C. de adulterijs, L. 3. §. quos intra, & L. crimen adulterij.

G 4

Et an



17. Et an vir possit impunè in alijs casibus uxorem verberare? dic quod sic, leuiter: quia leuis castigatio est ei permissa: & magistro, discipuli: & patri, filij: & domino, serui: sic intelligitur C. de emendatione ser. L. prima, & de emendatione propinquorum, per totum, & quod notatur, D. ad legem Aquil. L. sed & si quemcumq;, §. si magister, ext. de sententia excom. cap. cum voluntate, D. locati, L. itē quaritur, §. si suor, & de obsequiis parentibus, & patrenis praestandis, L. 2. & de usufructu, L. si locum, non autem atrox, nisi in criminibus predictis: imo punitur, qui mulierem vel uxorem sine causa percussit, quia habebit eam dotare in casu praemisso, soluendo quartam partem suae propriae substantiae, ut C. de repudijs, L. iubemus, circa principium, ver. si verò sine culpa, & nihilominus habebit locum iuramentum, quod eam non ledet in futurum, vel cautionem praestabit idoneam, de quibus fit mentio, C. de hi, qui ad Ecclesiam confugiunt, L. praesenti, §. fame, super verbo, interuentione, & ext. ut lite non contestata, §. primo, cum ibi notatis, in verbo, suspectum, & ext. de restitutione spoliatorum, cap. ex transmissa: et etiam punitur, quantum ad rem publicam, iuxta notata, in feudis, de pace iuramento firmāda, in principio. Tertio, quod nec bona mulieris adultera, nec adulteri, possunt alienari de sexaginta diebus post diuortium missum, ut d. L. 3.
19. §. quos intra, C. de adulterijs. Quarto, quia secundum verba, & sententiam legis Iuliae, de adulterijs habetur questio, duntaxat seruorum mulieris adultera & adulteri, & eorum patrum legitimorum

& naturalium, ut d. L. 3. in princ. sed secundum sententiam legis Iuliae, torquentur etiam serui accusatorum, & serui mulieris, & serui eius aui, & serui extraneorum, dati ad usum mulieris: etiam, non dati: dum tamen scire possunt negotij veritatem, D. Negotij de adulterijs, L. si postulauerint, cum notatis, in d. veritatem L. 3. C. de adulterijs. Quinto, quod ille, qui petit torqueri seruos, habet cauere dominis quorū sunt, quod si moriantur, vel deteriorentur in tormentis, quod soluet pretium vel deteriorationem, ut d. L. 3. in fine, C. de adulterijs. Sexto, quod serui torti (dū tamen non sint extranei) publicantur, ita quod fiscus praestat pretium, quantum tortus & corruptus valet. Septimo, quod permittitur marito adultera, & eius filijs, iussu patris occidere adulterum vilem, non autem nobilem, ut C. de adulterijs, L. Gracchus, cum ibi notatis, & D. quod metus causa, L. nec timorem, & ibi glossa, super verbo, adulterium. Octauo, quod permittitur soli patri, occidere vilem & nobilem adulterum, iuxta notata, in d. L. nec timorem, super verbo, adulterium, D. quod metus causa, dum tamen suam filiam unā cum adultero occidat, in rebus venereis deprehensos, quod intellige, ut notatur D. de adulterijs, L. ait lex, in princ. & in feudis, quibus modis feudum amittatur, cap. qui fidelis, & ibi glossa, iuncta L. nihil, D. de adulterijs, in princ. Nono, quod marito nullo modo permittitur occidere uxorem, ut d. L. nihil, in princ. & L. marito, D. de adulterijs. Decimo, quod soli patri & filijs permittitur, etiam de questu & iussu eius, omnem adulterum unā cum eius filia, in simul,



- Et uno contextu occidere, si in ipsis rebus venereis ipsos repererit, non alias, ut D. de adult. L. prima, et L. nihil, in prin. Et L. quod ait lex, in princ. Et istis predictis casibus non potest uxor de adulterio
21. **Credebat virum defunctum.** *accusari: aliud est, si ipse quoque conuincitur fornicari, ext. de diuortijs, cap. significasti: aliud, si ipse prostituit eam, ext. de eo, qui cognouit consanguineam uxoris, cap. discretionem: aliud, cum credebat virum defunctum, Et nupsit alij, nisi steterit cum viro secundo, postquam primus venit, 22. quest. 4. cap. mulier, aliud, si cognita fuerit ab aliquo, quem credebat proprium virum, 33. quest. 2. cap. in locum. Aliud, quando reconciliauit eam, vel publice adulterantem retinet, ut C. de adulterijs, L. crimen adulterij: aliud extr. de diuortijs, cap. gaudemus, §. fin. Undecimo, quia patri permittitur predicta facere in domo sua, in qua inhabitat, Et in domo domini, in rebus venereis deprehensos, non si alibi eos repererit, ut D. de adulterijs, L. nec ea, §. finali, Et ibi ratio redditur, inunctis his, que notantur C. de adulterijs, L. Gracchus, in princ. Et ex his apparet falsa glossa, posita in glossa, qui occidit, contra casum dictae legis. Duodecimo, quod marito permittitur predicta facere, scilicet, vilem occidere, in domo sua, in qua inhabitat duntaxat, Et non alibi, ut notatur in d. L. marito, 2. resp. D. ad legem Iuliam, de adulterijs. Tredecimo, quia permittitur marito adulterum vilem colloquentem uxori occidere, etiam si eos in rebus venereis non deprehendat: dum tamen tali homini suspecto ter denunciauerit, in scriptis, Et in praesentia bonarum perso-*
22. **Reconciliauit eam.**

personarum, quod non permittitur patri, ut C. de adulterijs, Auth. si quis ei. Quartodecimo, quod si maritus nolit, aut ei non liceat talem adulterum occidere, forte, quia nobilis, vel alias, tamen potest eum tenere in domo sua, Et sibi ostia claudere per viginti horas, sine metu poena carceris priuati, sic D. de adulterijs, L. capite quinto, in princ. Quindecimo, quia qui detinet vel ducit in uxorem mulierem deprehensam in adulterio, vel deprauatam, vel illam, de qua creditur assertiue, quod adulterium commiserit, est leno, Et potest de lenocinio accusari, ut C. de adulterijs, L. 2. Et L. castitati, Et L. sine metu, in fine. Decimosexto, quia de isto crimine non potest quis transigere sine pacisci, C. de adulterijs, L. de crimine, Et de transactionibus, L. transigere. Decimosextimo, quia adulter et adultera non possunt simul accusari: imo, adulter est primo accusandus, Et eius condemnatio non nocet mulieri, sed absolutio proficit, C. de adulterijs, L. si crimen D. de adulterijs, L. si maritus, §. penult. Et fin. Decimooctauo, quia in accusatione uxoris praefertur maritus, Et auditur ante alios, ante litem contestatam, non post, cum sit exceptio ordinis, C. de adulterijs, L. reos, D. de adulterijs, L. 2. in fine, Et dantur marito nouem dies ad deliberandum, ut C. de adulterijs, L. iure mariti. Decimonono, quia si praterierint dicti nouem dies, praefertur maritus iure extranei, ut L. statim allegata, in fine. Vigesimo, quod si maritus destiterit sine abolitione, ulterius non auditur, ut C. de adulterijs, L. abolitionem. Vigesimo primo, quod mulier, qua per vim, vel ignoranter



- ter, adulterata est, intelligitur de vi absoluta, non autem de metu, vel praecepto, vel instantia raptoris, ut 32. quaest. 7. cap. omnes accusationes. Vigesimo secundo, quod mulier, quae per vim alteri se exhibuit, non potest de adulterio accusari, ut C. de adulterijs, L. foedissime, D. de adulterijs, L. vim passam, & sic excusatur, quia inuitus, vel inuita mulier facit, ut d. L. foedissime, & d. L. vim passam, & de postulando, L. prima, §. remouet, iunctis his, quae notantur D. de minoribus, L. ait praetor, ext. de restitutione spoliat. cap. primo, D. quod metus causa, L. si mulier, §. penult. ext. de Baptismo, & eius effectu, cap. 3. super verbo, noles, adde ad hoc tertiam theoricam de postulando, quae incipit, nota quod excusatur. Vigesimo tertio, quod crimine adulterij quinque annis praescribitur, ut D. de adulterijs, L. adulter, & notatur C. de falsis, L. querelam, ita tamen si per vim commissum non fuerit, quia tunc praescriptio temporis non potest stare. Vigesimo quarto, quia adulter poena gladij punitur, id est, ad mortem condemnatur, C. de adulterijs, L. quamuis, est L. 30. Vigesimo quinto, quia in dubio mulier adultera habens liberos, praesumitur legitime ex matrimonio, non ex adulterio habuisse, genuisse, & procreasse, ut D. de adulterijs, L. mulier, §. defuncto, & de in ius vocando, L. quia semper, & de ritu nuptiarum, L. in libere. Vigesimo sexto, quia lex Iulia de adulterijs, non habet locum in meretrice, nec in concubina, ut instit. de publicis iudicijs, §. sed eadem lege, cum ibi notatis, duo enim sunt liciti coitus tantum, ut notatur D. de ritu nup. L. in

Demctu.

28.

Quinque
annis.

29.

Poena gla-
dij.

30.

31.

32.

L. in libere, adde hic illa, quae habes D. de legibus, L. benignus, in gloss. & in Auth. ut liceat matri vel auia §. ut circa. & C. de incestis nuptijs, L. qui extra, de donationibus propter nuptias, cap. plerunque. Vigesimo septimo, quia crimen adulterij commissum non extinguitur per matrimonium subsecutum, ut C. de adulterijs, L. commissum, ex qua lege euidenter probatur, quod condemnatus ad mortem, non sit meretrici vel alij mulieri concedendus, ut D. de poenis, L. ad bestias, iuncta L. patre furioso, D. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. Vigesimo octavo, quia lex Iulia de adulterijs, habet locum duntaxat inter personas, inter quas potest esse matrimonium, ut C. de adulterijs, L. serui ob violatum, cum ibi notatis, circa principium. Vigesimo nono, quod si quis violauerit virginem immaturam nondum viripotentem, non tenetur de stupro legis Iuliae de adulterijs, sed lege Aquilia de vulnerato, D. de poenis, L. si quis aliquid, §. qui nondum viripotentes, & de lege Aquilia, L. si seruus seruum, §. si oliuam, & de iniurijs, L. si stuprum, in fine, et notatur ext. de iudicijs, cap. nouit ille, §. quicumque, super verbo, quemlibet Christianum. Trigesimo, quia qui duas uxores habet simul, est infamis, C. de incestis nuptijs, L. 2. & de adulterijs, L. eum qui, & D. de his qui notantur infamia, L. prima, in fine, & C. de donationibus ante nuptias, L. ea quae, & idem, si duas sponsas: & idem, si unam sponsam, & aliam uxorem, ut notatur in d. L. qui, C. de adulterijs, arg. D. de his, qui notantur infamia, L. quae ergo, §. si alterius, & idem, si habet unam

Vnam vxorem, & aliam concubinam, ut C. de concubinis, L. una, & communia de manumissis, L. finali, & idem, si duas concubinas, ut in Auth. de triente, & semisse, §. si autem, collat. 3. Et si quis infirmul habeat duas uxores, punitur pœna adulterij, quæ duplex est, ut instit. de publicis iudicijs, §. item lex Iulia, quæ hodie mitigata est in muliere, ut C. de adulterijs, Auth. sed hodie, & notatur ext. de procuratoribus, cap. tuæ: item, amittit dotem et donationem propter nuptias, ut C. de incestis nuptijs, L. quæ contra, & ext. ut lite non contestata, cap. primo, & de donatione propter nuptias, cap. plerique, in textu & in glossa, sed secundum canones, punitur in foro iudiciali, quia est excommunicandus, donec satisfecerit, ut 32. questio 2. cap. seculares, & debet in satisfactione decollari, ut 32. questione prima, cap. de benedicto, loco cuius decollationis, succedit hodie fustigatio, seu scale appositio: poterit etiam talis arbitrariè puniri, arg. ext. de officio delegati, cap. de causis, & de pœnis, L. hodie, de foro autem conscientie seu pœnitentia erit pœna arbitraria, ut in decretis, 36. quest. 6. ca. tempora pœnitentia, ext. de pœnitent. & remiss. cap. 15. qui: item mulier, quæ scit matrimonium nullum esse, perdit dotem, & maritus perdit fructus eius, ut D. de conditione causa data, L. 3. D. de iure dotium, L. dotis, la premiere, & ibi glossa, adde theoreticam de conditione sine causa, quæ incipit, nota de contrahendo: sed an donatio facta concubine, sicut uxori, non valeat? dic quod imò, ut notatur D. de donationibus inter virum, & vxor. L. 3. §. pri-

39.
Ad finem.
primo, in fine, super verbo, concubina: iuxta præmissa queritur, nūquid maritus possit de adulterio accusari? dic, quod aut queris, an possit accusari per uxorem, aut per alium? si per uxorem: dic quod non: ad finem, quod de adulterio criminaliter puniatur, sic C. de adulterijs, L. prima, sed bene ad finem, ut declaretur adulter, & facta declaratione, possit eum dimittere, & ab eodem diuertere, & dotem suam repetere, & donationes propter nuptias lucrari, sic notatur in d. L. prima, circa principijs, super verbo, violato, C. de adulterijs, & sic intelliguntur iura ibi in glossa allegata, & in Authen. de nuptijs, §. si ergo, collat. 4. & C. de repudijs, L. consensu, §. primo, aliàs autem non potest maritum suum accusare criminaliter, sicut fit è contrà, ut d. L. prima, C. de adulterijs, & in Auth. ut liceat matri & aui, §. quia verò plurimas, collatione 3. licet rarò hodie permittatur diuortium de iure civili, & rariùs de iure canonico, ut notatur D. de minoribus, L. si ex causa, §. si mulier, et de repudijs, in rubrica: si autem queras, an per alium possit accusari? etiam hîc distinguo, quia aut queris de suo violato matrimonio: & tunc, dic quod non: sic intelligo notata in d. L. prima, C. de adult. quin, etiam si soluta secum manserit, nullo modo de adulterio (proprie sumpto vocabulo) poterit accusari: sed bene de stupro, in quo est eadem pœna, quæ in adulterio. sic intelligitur glossa proximè superius allegata, & D. de adult. L. iura, §. primo, & inst. de publicis iudicijs, §. item, lex Iulia, unde aliquando stuprum sumitur de iure pro adulterio, & è contrà:



- tra: ut notatur C. ad legem Iuliam, de adulterijs, L. si ea: sed si ad alterius uxorem accessit, non est suus thorus, nec sua uxoris violatus, sed viri adultera: & tunc, potest de adulterio, non per suam uxorem, sed per maritum adultera, & per quemcunque post ipsum, accusari, ut D. & C. de adulterijs, per totum, & notatur in d. L. si ea, C. de adulterijs, sed quae est ratio, quare uxor non possit maritum de adulterio accusare, sicut fit e contra, dic quod glossa in L. prima, C. de adulterijs, reddit unam rationem quae non placet: alij reddunt aliam, videlicet, quod per adulterium uxoris fit magnum prauidicium viro, circa prolem, quia uxor immiscendo se cum alio, potest concipere ex eo, & sic, partus sordidus & alienus, posset sibi succedere, cum de iure praesumatur esse viri, D. de adulterijs, L. mulier, §. defuncto, & de in ius vocando, L. quia proprium: Porro, non sic est e contra, ideo secus, arg. C. de question. L. super statu, vel quia forte uxor magis est pars viri, quam vir uxoris, ut notatur D. quibus modis usufructus amittatur, L. si mulieri, et L. mulieres. Amplius, uxores, hoc est, feminae, maxime sunt inconstantes, cum habeant momentaneas voluntates, C. de inofficioso testamento, L. si filia, & ext. de verborum significatione, cap. Foru, in fine, iudicia autem non debent esse illusoria, ut D. de iudicijs, L. si praetor, circa principium, cum ibi notatis, & de rei vendicatione, L. qui petitorio.
41. Aliam rationem potest esse, quia uxor est in seruitio viri, & sibi tenetur operari, non sic e contra, ut D. de donationibus inter virum & uxorem, L. sed si, & de operis

de operis libert. L. sicut, & C. de operis libert. L. liberte. C. de conditionibus insertis, L. uxorem. Et si nolit operari, non est prompta actio, per quam compellatur praesens: sed posset dici, quod compelleretur operari causatiue, denegando sibi alimenta, ad qua ei tenetur alias, ut in filio, D. de lib. ag. L. si quis a liberis, §. si vel parens, & ideo, sicut seruus non potest dominum accusare, sic nec uxor maritum, ut D. de officio praefecti urbis, L. prima, §. quod autem: Sed nunquid, si aliquis inueniatur nudus cum nuda, & solus cum sola, intelligitur adulterium probatum? videtur textus quod sic: ut extra de praesumptionibus, cap. literis: contrarium videtur, quia interdum consanguinei & propinqui sic dormiunt, ita quod nihil sinisterum est suspicandum de his, ut extra, de cohabitatione clericorum et mulierum, ca. apud, & C. de adulterijs, L. si qui adulteri: Vnde Abbas innuit in cap. praeterea extra de testibus, quod sufficiat tale testimonium per se: sed Hostiensis ibi innuit contrarium, quia equiparatur istud testimonium, & illud quo aliqui dicunt, quod audierunt eos ultra parietem. sed illud testimonium de auditu non est sufficiens de per se, ut in d. cap. praeterea, cum ibi notatis, in gloss. ext. de testibus, ergo, nec istud de visu, secundum ipsum: Tu dic: quod aut tales excusant factum suum, vel propter paucitatem vestium, vel propter affinitatem, vel propter feruorem dilectionis, vel consuetudinem, religionis, & temporum: & tunc, dic quod hoc testimonium solum non sufficit in personis alias non suspectis, arg. extra de accusationibus, cap. cum

H

dile-



dilectus, & arg. ad hoc quod legitur de Dauide, in libris regum, cap. primo, & pro hoc est casus in d. L. si qui adulterij, in principio, ibi in verbis, obtentu proximitatis, C. de adul. et sic consanguinitate, quæ ibi vera esse credebatur, excusatur violenta præsumptio adulterij inter illos, de quibus fit mentio in d. L. si qui adulterij, C. de adulterijs, & sic intelliguntur iura, quæ dicunt, quod per negationem res sit dubia, iuxta notata, D. de procuratoribus, L. non solum, circa medium, adde hinc theoreticam, ibi positam, quæ incipit, nota, quod omnis res: non autem haberet locum, ubi esset ficta & simulata affinitas seu parentela, de qua fit mentio in Auth. quomodo oporteat Episcopos & clericos, §. volumus, ver. sed an sola, collat. prima, & in Auth. de monachis, §. si verò inter criminum, ver. si igitur, & in Auth. ut Ecclesia Romana circa principium, collat. 3. & de incestis nuptijs, §. si verò hinc nostra lex, & in Authent. ut in priuatis domibus sacra mysteria non fiant, §. sciant autem, collatione quinta: Aut nullatenus excusant factum suum: & tunc, secus, arg. prædicti cap. literis, ext. de præsumption. & maxime, ubi requirunt latebras, & clandestinè faciunt, & loca apta & suspecta ad malè agendum inquireunt, ut in d. cap. literis, ext. de præsumpt.

49. nam qui malè agit, odit lucem, C. de donation. L. dona. cum ibi notatis, super verbo, occulta, & frequentia in talibus est multum suspecta, ut ext. de vita & honest. cler. cap. monasteria, & conditio seu qualitas personarum, quia sunt inuenes: ideo namque magis præsumitur quod malè agant, magis quam

quàm si senes essent, iuxta notata, D. mandui, L. si verò non remunerandi, §. si adolescens super verbo, luxuriosus, & in Auth. de non eligendo secundo nubente, §. optimum, ver. si autem, C. de bonis qualiberis, L. finali, ext. de præsumptio. cap. cum in iuuentute. Iuxta hoc queritur, quæ pœna puniatur qui cognouit Iudæam, vel è contra? dic, quod Cognouit pœna adulterij, ut C. de Iudæis, L. ne quis Christianam, & D. de adulterijs, L. quoniam. quod si aliquis cognoscat matrem & filiam, quæ pœnam pati debeat pro incesto & stupro commisso cum filia, dic ut notatur extra de eo, qui cognouit consanguineam uxoris sue, cap. 2. & cap. ex literis, D. de adulterijs, L. si adulterium.

Additio antiqua.

Castitas) Quæ differentia fit inter castitatem & luxuriam, satis indicat Imperator, cum in mulieribus ingenuis & illustribus (quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est) & nominari spurios, satis iniuriosum, satisq; acerbum, & suis temporibus indignum iudicet. L. si qua illustris, C. ad senatusconsultum Orficianum, circa finem.

Doctor Baert.

Expellendi) Amplius potest iudex cogere meretrices ad portandum signum, ut per hoc ab alijs cognoscantur ex sententia Baldi in L. minimè, C. de episcopali audientia: sed forsitan hodie non inuenirentur tot signa, si omnes vellemus signare, cum ex omni tribu, interius



non exterius, comperias signatas, vt ait Ioannes Neuizanus in sua Sylua nuptiali.

Locare meretricibus) Illud quæritur, si duo sint focij, qui habeât ædes communes, & vnus eorum velit eas elocare meretricibus, alter vero honestis personis, quis eorum præferendus sit? Angelus in L. prima, C. qui testamenta facere possunt, existimat eum præferendum, qui honestis personis vult ædes elocare, per L. non aliter, D. de vsu, & habitatione, eiusq; sententiam probat elegans ex neotericis Hippolytus Bonacossa, in suis quæstionibus criminalibus, in verbo, meretrix, interim restringit ipse dictum Angeli, nisi domus illa foret circa lupanar, & ea ratione posset vberior quæstus ex eius locatione fieri, hoc enim casu præferretur (inquit) ille, qui meretricibus vult ædes elocare, propter maiorem quæstum, secundum Ruinum, cons. 75. volumine primo, columna finali, numero decimo.

§. ille) Intelligit §. sed & pensiones, L. ancillarum, D. de petitione hæredit.

Vbi nota) Hic addidi quædam, sumpta ex legibus Codicis, quia sensus aliàs fuisset hiulcus.

Ab initio inuita) Exemplum huius memorabile, vide apud Titum Liuium Patauinum, historiæ Romanæ ab vrbe condita, libro primo, & apud Dionysium Halicarnassæum antiquitatum siue originum Romanarum libro quarto.

Lenis castigatio) Quæ castigatio concessa sit superiori in inferiorem, & de pœna excedentis mode-

moderatam castigationem, latè, simul elegantissimè tractat Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria quarta, casu 364. folio 304. columna quarta, secundum impressionem Francofurtensem, Anni 1576.

Additio antiqua.

Negotij veritatem) Adulterium commissum sine matrimonio, probatur per vnum testem, vna die, & in vno loco, & per alium testem probatur in alio loco, vel in alio tempore.

Doctor Baert.

De quæstu) Hoc est, ad instantiam, vel vt Gallici practici dicunt, a la requeste, ipsius mariti.

Credebat virum defunctum) Vnde quæritur, an si mulier virum suum, qui longo tempore absens fuerat, mortuum arbitrata, cum tamen viueret, alium pro marito sumpserit, & cognouerit, adulterium committat? Respondeo: siquidem talis mulier certum nuncium de viri morte putet se accepisse: vel ita constans omnium fama fuerit eum mortuum, vt probabiliter mulier existimare potuerit, maritum reuera mortuum, excusari: quia probabilis opinio defendit mulierem, ex sententia communi, secundum Antonium Gomefium, in L. 80. tauri, numero 31. & Iacobum nostrum de Bello Visu, hic: sed de prolibus interim quid statuendum sit, haud explicat: equidem, secundi matrimonij proles, ad eiusdem matrimonij patrem, tanquam defuncta matre, pertinere pu-



to: amplius, in paternis tantum, nedum maternis succedere bonis existimo, propterea quod ex vero matrimonio ius quæsitum prioris eiusdem matrimonij liberis, alterum, & quidem putatiuum, matrimonium auferre non potuit L. prima, & ibi gloss. in verbo, natus est, & L. finali, & ibi gloss. in verbo, debet, D. de natalibus restituendis, tum quia veritati præiudiciū non fit, L. 5. si quis à liberis. §. meminisse, D. de agnoscendis & alendis liberis.

Reconciliavit eam) Vnde caueat sibi maritus, nesciens vxorem esse adulteram, carnaliter eam cognoscat, nam ex eo videtur illi adulterium remisisse, secundum glossam in cap. finali, de adult. quam glossam dicit ab omnibus receptam Didacus Couarruuias super quarto decretalium fol. 135. num. 7. quinimo vir qui cum vxore adultera rem habet, non facta prius pœnitentia, peccat mortaliter, vt notatur in cap. coniugio, 32. quæstione prima, sed certè adulteri hodie ad hoc non aduertunt, & malè, secundum Bertachium in suo Repertorio, in verbo, adulter, num. 3.

De metu) Nisi metus ille foret talis, qui & in constantissimum virum cadere posset, vt in celebri illo exemplo Lucretiæ, nunquam satis ab historiographis laudato, cum enim Sextus Tarquinius, Lucij Tarquiniij filius, apud eam diuertisset, ac huius mulieris, eximia forma spectata & pudicitia præditæ, per vim vitandæ malibido Sextum iam ante cœpisset, vtique post cœnam deductus cubitum, tantisper se lecto continuit, dum sopitos omnes putaret: deinde,
nemine

nemine sentiente, obrepfit ad Lucretiæ cubile, in manu habēs gladium, cumq; mulier ad strepitum experrecta, sciscitaretur, quisnam esset? tace, inquit, Sextus Tarquinius sum: moriere, si vocem emiseris, aut fugere volueris: sic perterritæ fœminæ, optionem proposuit, vtrum mallet turpiter mori, an fœliciter viuere: nã si sustinueris, inquit, tui corporis copiam mihi facere, in legitimum thalamum recepta, mecum regnabis: nunc enim cuius pater iussit, vrbis sum dominus, post eius verè obitum, Romanorū simul & Latinorum, atq; Hetruscorū, cæterorumq;, vt ille, habebō imperium: scio, me in paternum regnum successurum ætatis priuilegio: quanta autem sit regni fœlicitas, quæ tibi mecum communis erit, quid opus est apud non ignaram dicere? quod si amore castitatis reluctari volueris, interficiam te, iugulatoq; vno è famulis, componam vestra corpora, & fingam, in stupro deprehensos, pœnas dedisse, non ferenti gentilis iniuriam, vt post exitium infame, sepultura quoque & funebrium iacturam facias: ita precibus ac minis, iureiurando addito, omnia se loqui seriò, effecit, vt Lucretia, metu ignominiosæ mortis territa, coacta sit cedere, perferreq;, quæ illi patrare libuit.

Quinque annis) Quamuis itaque, regulariter crimina non præscribantur minori temporis spacio, quàm viginti annorum, L. querelâ, C. de falsis, nihilominus, accusatio adulterij præscribitur quinquennio, vt est textus in L. mariti, §. hoc quinquennium, D. de adulterijs,



& ita in facti cōtingentia iudicatum fuisse, refert Ioannes Papo libro vigesimoquarto, titulo secundo, arrest. 2.

Pœna gladij) Quæ sit hodie, vel olim fuerit adulterij pœna, longè lateq; tradit Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. adulterium, numero septimo, vers. sed quæro, folio sexto, columna secunda: rursus, numero duodecimo, vers. alia quoque, fol. 8. colum. 2. secundū impressionem Francofurtensem Nicolai Bassæi, anno M. D. LXXV I. rursus Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria tertia, casu 290. numero tertio: rursus, centuria quinta, casu 419. folio 342. vbi doctus, vt solet omnia, simul & eleganter, & latissimè, tam ex historijs, quàm ex legibus, eandem materiam tractat: & ostendit, adulteria, lege naturæ, gentium, & ciuili, damnari: rursus, agit de varijs pœnis, tam iure ciuili, quàm pontificio & diuino, eius de causâ sanctis.

De vulnerato) Hoc videtur exaudiendum, secundum distinctionem, quam ponit Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. stuprum, numero 9. vers. fuit aliquando dubitatum, fol. 81. col. prima, vt si fregerit pudibunda, teneatur de vulnerato: secus, vbi teneatur id ipsum tantummodò: quo casu, pœna quæ sit infligenda, varij variè sentiunt: & quidam, pœnam mortis: alij, deportationem: alij, pœnam arbitrio iudicis infligendam dicunt, vt ex neotericis admodum latè prosequitur Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro secundo,

secundo, centuria tertia, casu 294. fol. 250. & videre est apud Ægidium Bofsium in suo tractatu de diuersis criminibus, titulo de coitu damnato, & punibili, numero 67. & seq. fol. 296. secundum impressionem Lugdunensem Philippi Tinghi Florentini anno 1575.

Est infamis) Idem tradit ex professo Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. fornicatio, numero 30. vers. dicitur etiã damnatus, fol. 27. col. 2. latissimè verò Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria quinta, casu 420. fol. 345. colum. prima, num. 96. & seqq. vers. pœnis, vbi refert ex Ægidio Bofsio, quòd in Gallia quondam duxerat aliquis vno tempore quatuor vxores: & cùm capite mulctadus esset, ideoque duceretur ad locū supplicij, fortè fortuna obuiam habuit ipsum Franciæ regem Carolum, qui sisti coram se maleficum iussit, ibiq; rogauit eū, qua de causa duceretur ad supplicium? cui respondet ille: quia quatuor vno tempore duxi vxores: tunc Rex, ego, inquit, in Gallia Rex sum, & tamen vnicam tantum habeo, quæ mihi satis superque est: tu verò quatuor habere voluisti? tū ille rursus, decreueram, inquit, ô Rex, & ego vnicam tantum habere, sed bonam: nunc, cùm primam duxissem, malam expertus sum: propterea secundam duxi, sperans, eam fore meliorem: sed cùm & eam primæ similem viderem, duxi tertiam: & eadem ratione quartam, cæteris longè pessimam: quare omnino statueram, inquit, ô Rex, à ducendis vxoribus haud abstinere, donec vnam inuenirem,



quæ bona foret: quo lepido responso delectatus Rex, ex plenitudine potestatis eum supplicio exemit.

Vnam uxorem & aliam concubinam) Latifimè tractat hunc articulum Ægidius Boscius in suo tractatu de diuersis criminibus, titulo de coitu damnato & punibili, numero vigesimo secundo, & multis sequentibus, fol. 292. col. 2. secundum impressionem Lugdunensem, Philippi Tinghi Florentini, anno 1575.

Ad finem) Est locutio planè Gallica, vel ex Gallico sumpta, procurator enim fisci, vel accusator plerunque scribere solet, *Concluant à fin que ledict N. soit condampne, &c.*

Cognouit Iudæam) Vide, quos antea sæpius allegauimus, Ægidium Boscium Patriciū Mediolanensem in suo tractatu de diuersis criminibus, titulo de coitu damnato & punibili, numero vigesimo: rursus, Iulium Clarum receptorum sententiarum, libro quinto, §. adulterium, numero decimo, vers. pone stat statutū, fol. 8. rursus, in §. fornicatio, nu. 26. vers. cum Iudæis, fol. 26. columna secunda, secundum impressionem Francofurtensem Nicolai Basfæi, anni M. D. LXXVI. & Iacobum Menochium de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria tertia, casu 290. fol. 248. columna. 41. secundum eandem impressionem.

Caput decimum.

Ad hoc, vt quis furti teneatur, requiritur quod haberit animum furandi.

Qualiter pro furto agatur.

numero primo.

num. 2.

Quam

Quam diu possit agi pro furto.	numero 3
Quæstio.	4
Pœna furis quæ sit.	5. 8. 15. 21. 23. 25. 28. 51
Quis dicatur præstator.	6
Quis dicatur fur.	6. 17. 19. 53
Pro vno ouo competit actio furti.	9
Scienti non inferitur iniuria neque dolus.	10
Ignoranti prætor subuenit.	11
Qui se decipi patitur, non ab alio, sed à seipso decipitur.	12
Scire & scire debere æquiparantur.	13
Furtum magnum quod paruum sit.	14
In pœnis inferendis distinguitur nobilis ab ignobili.	num 16. & 23.
Res ex pecunia dotali empta, statim efficitur dotalis.	numero 18.
Quæstio.	20
Pro maiori delicto maior pœna imponitur.	22
Admonitio semper præcedere debet pœnam mortis.	numero 24 & 25.
Delicta non debent manere impunita.	26
Propter frequentiam aliquando conceditur, quod aliàs non conceditur.	27
Falsa procuratori soluendo quis liberatur.	29
Quæstio.	30
Crimen explicatæ hæreditatis quod sit, & qualiter puniatur.	31
Crimen rerum amotarum, quod sit, & qualiter puniatur.	32
Tignum furtiuum reddendo fur non liberatur.	33
An & quando caupo teneatur.	34 & 6
Inuecta & illata quando sint obligata.	35
Melius est in tempore, quàm serò sibi providere.	37
Quomodo puniatur crimen arborum turtim castarum.	38
Raptor est improbius fure.	39
Differentia titulum vi bonorum raptorum, & tituli de vi publica & priuata.	40
Pœna	



Pœna rapientium res naufragorum.	numero 41
De sepulchro violato.	numero 42
De termino moto.	43
Quo casu locum sibi vendicet lex Iulia pecularis	44
Quo casu locum sibi vendicet lex Iulia de residuis.	45
Sacrilegium quando committatur, & quando puniatur.	46
De Plagiarijs.	47
De ambitu.	48
Quo casu locum sibi vendicet lex Iulia repetundarum	49
De annona.	50
De Abigeis.	52
Quæstio de inueniente rem alienam.	54. & 58
Tutor si velit emere rem pupilli, palàm id facere debet.	55
Ultra legitimam quis donare non potest, nec in fraudem legis rem pro derelicta habere.	56
Quæstio.	57
Diuisio rerum quo ad nos.	59
Quinque modis res dicitur esse in nullius bonis.	60
De thesauro.	61
Quæstio.	62
Quæstio.	63
Quæstio.	64

Furem & Latronem.

Quid sit furtum, & unde dicatur? dic: ut D. de furtis, L. prima, §. primo, & instit. de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur, in princ. & notatur in feudis, de pace tenenda inter subditos & iuramento fir. §. iniuria, super verbo, furtum. & non tenetur quis furti, si animum furandi non habuit, ut notatur D. ad legem Aquiliam, L. si seruus seruuum, §. si oliuam, & ibi glossa, super verbo, effundere.

derentur: licet teneatur quis furti, si non lucri causa fecerit, iuxta notata D. de conditione causa data, L. penult. circa finem gloss. qualiter furtum committatur, & qualiter fur puniatur, & quot sint genera furtorum, & qualiter de furto sit agendum? ita dic: quia, aut agitur pro re subtracta, criminaliter, aut civiliter, ut notatur in feudis de pace tenenda inter subditos, §. iniuria seu furtum, & ibi glossa, super verbo, furtum, aut pro pœna: si pro re subtracta civiliter agatur: tunc, aut contra finem uel eius heredem: & tunc, habetur electio, an uelit quis agere actione furtiua pro re ipsa, uel rei uendicatione, ut instit. de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur, §. fin. de furtis, L. si pignore, §. cum furti, & D. de conditione furt. L. si pro iure, §. primo, aut contra alium possidentem: & tunc, agitur rei uindicatione, ut D. de rei uindica L. qui in rem, aut agitur pro pœna: & tunc, aut ista pœna est pecuniaria, aut corporalis. si pecuniaria: tunc, aut est furtum manifestum: & tunc, agitur ad quadruplum, ut D. de furtis, L. inter omnes, §. quod dicimus, aut furtum est non manifestum: & tunc, agitur ad duplum, ut instit. de obligationibus, quæ ex quasi delicto, §. pœna, & quod sit furtum manifestum, & quod non manifestum? habes D. de furtis, L. 2. cum L. seq. item dic, teneri furti actione usque ad annos triginta, cum sit personalis, & non tollatur nisi triginta annis, sicut alia personales, ut C. de prescriptione triginta annorum, L. sicut. & C. de annuali exceptione Italici contractus, L. prima, §. prim. et instit. de perpetuis et temporalib. actionib. §. furti

vsque ad
annos tri-
ginta.



furti iuxta hoc queritur. si vicinus meus vidit aliquem intrare, qui possit mihi aliquid auferre, vel abstulerit, an mihi competat actio furti? dic quod sic. ut D. de usuris, L. si quis solutioni, § penult. si autē queras de pœna corporali? dic. quod aut quæris de consuetudine huius terræ: & tunc pro primo furto fustigatur: pro secundo, auferitur sibi manus una: pro tertio, suspenditur: & est ratio quia, antequam alicui pœna mortis imponatur, debet precedere aliqua admonitio, arg. C. de patria potestate, L. 3. D. de pœnis, L. capitalium, §. solent, & quod pro tertio furto suspendi debeat, facit C. de episcopali audientia, L. 3. in fine quia, sæpè, sumitur pro duabus vicibus: & sapius, pro tribus, ut in Auth. de testibus, §. quia verò sæpè, & ibi gloss. collation. 6. aut quæris, qualiter puniantur de iure? & tunc dic: quod aut quæris de iure Lombardorum: & tunc, pro primo furto amittit oculum pro secundo, nasum, & pro tertio, suspenditur, & pro hoc glossa in feudis de pace tenenda inter subditos, §. iniuria, & notatur D. de pœnis, L. capitalium, §. famosis, & de alijs pœnis civilibus pecuniarijs furtorum, dic ut ibi notatur: aut quæris de iure Romanorum? & tunc, aut est grassator, aut latro, aut fur: si est grassator (& dicitur grassator, latro, qui tam de die, quàm de nocte, incurrit, & conatur ad malum faciendum, spoliando gentes in nemoribus & itinibus, ut D. de pœnis, L. capitalium, §. famosis, cū ibi notatis) tunc, aut talis semel conatus fuit aliquē spoliaré, aut multoties: si semel tunc, aut cum gladio vel spatha euaginato, vel spatha, vel telo, vel alijs armaturis, innasit.

De iure
Romano-
rum.

innasit, aut sine armis: si sine armis, relegatur ad iē. pus. sic intelligitur, D. de pœnis, L. capitalium, §. grassatores, secundo resp. si autem sapius, id est, tribus vicibus, transeuntes per itinera, spoliare visus fuit: in metallum damnatur, vel in insulas relegatur, sic intelligo d. L. capitalium, §. grassatores, 3. responso, iuncta L. si diutino, cum ibi notatis, D. de pœnis: si est latro, qui furatur de die, ut D. de furtis, L. prima: tunc, aut est famosus tantum, aut publicus tantum, aut famosus & publicus: in utroque casu rursus ita distingue, quia, aut fecit homicidium: & tunc suspenditur in loco, ubi commisit, sic loquitur L. capitalium, §. famosis, secundo responso, iuncta L. si diutino, D. de pœnis: sic est fur, 7. (et dicitur fur, qui de nocte furatur, ut D. de furtis, L. prima, unde versus.

Fur non est latro, quia tempore non latet atro,
Claro, non atro furatur tempore latro)

& tunc, aut est familiaris & domesticus, aut est extraneus: si est familiaris & domesticus: tunc, aut furtum est modicum, aut mediocre, aut magnum: si modicum seu leue, ut quia furatus fuit unum ganuetum, vel unum pitalphum vini, vel duos modios vel modium salis, vel de carnibus salsis, & alijs cibarijs, vel quia est parvus mercator: & tunc non punitur per iudicem, sed dominus eum punit, verberando eum toris, virgis, vel alijs, dum tamen modum non excedat, sic intelligitur D. de pœnis, L. respiciendum, §. furta domestica, cum ibi notatis, super verbo publice, C. de emendatione servor. L. ut proposita, & de patria potestate per totum, iuncta
Etis



Etis his, qua notantur instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris. §. hoc tempore, super verbo cognita, D. de usufructu, L. locum, §. primo, ad legem Aquil. L. & si quemcunque, §. si magister, super verbo, docenti, & de pœnis, L. aut facta, §. primo, C. de bonis libert. L. cum oporteat, §. nos autem, nec

Domestici & familiaribus.

9. obstat, quod pro modico competat actio furti, utpote pro uno ovo, iuxta notata, D. de dolo, L. prima, quia speciale est in istis personis domesticis & familiaribus, & dic de hoc, ut habes in undecima theorica, in proœmio Digestorum, in parua glossa, & est ratio specialitatis, quia scienti non infertur iniuria, neque dolus, iuxta notata D. de in ius vocando, L. quamuis, & de rei vindicat. L. non si actor, & de dote prælegata, L. prima, in fine, & de iniurijs, L. prima, §. usqueadè, C. de spo. L. iure, §. his, super verbo, imputare, præterea, scienti non subuenit prætor, sed ignorantibus, iuxta notata, ext. de electione, cap. Ecclesia una restituta, super verbo, non vocato, quia, qui scit, non ab alio, sed à seipso decipitur, iuxta notata, C. de imponenda lacrativis descriptione, L. unica, §. res, super verbo, imputetur, lib. 10. & ideo sciens, non repetit, iuxta notata, D. de conditione indebiti, L. quicquid, nam comprobare videtur, qui malum scienter elegit, iuxta notata, de in diem adiectione, L. si venditor, circa princip. glossa, super verbo comprobavit, iunctis his que notantur, D. de actionibus empti, L. prima, §. fin. super verbo, ignoravit, unde, scire, & scire debere, equiparantur, ut D. ad Macedonianum, L. penult. igitur, sibi imputet dominus, accipiendo ab initio talem

talem famulum furem, quia scire debuit, quod est servus, vel capifer, ergo fur, iuxta notata D. de act. emp. L. mulier, §. 2. & per consequens, per iura allegata, videtur hoc permittere conuenientibus oculis, quod talis famulus possit talia modica furari, arg. eorū que notantur, C. de bonis que liberis, L. multum interest, & si servus extero, L. unica, & D. de obsequio patronis præstando, L. Titius, et de manumiss. L. 4. C. de conditione indebiti L. pen iuncta, L. quod à Titio, de reg. iuris, D. adde hinc theoricam de minore, que incipit, nota, imputet sibi, in libro veteri, interim, ratione mali exempli (ut est præmissum) est corrigendus, iuxta notata, D. de indicij, L. observandum, in fine glossæ, & ad senatus. Maced. L. prima, super verbo, pessimo, & de pœnis, L. respiciendum, §. unde illud, & ut tollatur occasio delinquendi, iuxta notata D. nauta, carpones, stabularij, L. prima, §. primo, super verbo, daretur, adde hinc theoricam duodecimam in proœmio Digestorum, que incipit: nota imputet sibi, in libro veteri, et pro hoc D. ad L. Cor. de sicarijs, L. 4. cū ibi notatis, in fine glo. si mediocre: tunc, quamuis non possit agi contra ipsum iure actionis, seu accusationis per dominum, officio tamen iudicis puniri poterit criminaliter, arg. D. de publicanis, L. licitatio, §. quod illicitè, de iniurijs, L. prætor, §. præterea, et est glossa, C. de falsis, L. falsi, in fine, & de testibus, L. nullum, & de probationibus, L. penultima, ad quod facit, D. ad Silleianum, L. diuus, cum ibi notatis: si est furtum magnum, tunc poterit, ut alius extraneus, puniri secundum qualitatem delicti, & per se-



14. *perjone, sic intelligitur L. Respicendum, §. furta domestica, & L. aut facta, §. qualitate, D. de pœnis, & D. de iur L. fin & dicitur furtum magnū vel modicum inspecta qualitate personarum & rerum subiectarum, sic intelligitur L. aut facta, §. qualitate, D. de pœnis, iunctis his, qua notantur, C. de collat. in Auth. quod locum, in fine, D. ex quibus causis maiores, L. non enim, & de iudicijs, L. sed & si libertis, super verbo, modico, & D. de officio præsidis, L. illicitas, §. tenuis, adde hîc quod*
15. *habes in L. quavis, C. de furtis. si sit extraneus: tunc, est famosus, aut non est famosus: si est famosus, in prima captione suspenditur, sic intelligitur L. capitalium, §. famosos, D. de pœnis. si non est famosus: tunc, aut faciebat de nocte, in itineribus vel nemoribus, vel carrerijs, vel domibus pradam seu rapinam committendo, aut non si pradam & rapinam committendo: tunc, aut pluries commisit, aut semel si pluries, tunc furca suspenditur sic intelligitur L. capitalium, §. famosos, D. de pœnis, & notatur C. de indicta viduitate tollenda, si semel commisit. aut est persona vilis, aut nobilis: si vilis, statim suspenditur. sic intelligitur §. famosos, statim allegatus si nobilis, relegatur ad tempus, seu in perpetuum, secundum qualitatem delicti & persona.*
16. *& nota quod inter vilem & nobilem, in puniendo, distinctio habetur, ut est casus in d. L. capitalium, §. famosos, & §. fin. et D. de pœnis, & L. si quis aliquid, §. qui nonnulli viripotes, & L. aut facta, §. primo, & L. prima, §. finali, eodem titulo, & D. de sicarijs, L. 3. §. penult. & de incendio, ruina, &*

Pluries cō-
misit.

na, & naufragio, L. Pœdus, §. primo, & §. fin. & de militari. L. frustra, & de sepulchro violato, L. finali, & de termino moto, L. 2. & ad legem Iuliam pecul. L. sacrilegij, in princ & de pœnis, L. hodie, & de his, qui notantur infamia, L. quid ergo, §. pœna grauior, cum ibi notatis, C. de infamibus, L. 2. & 3. cum ibi notatis, & est glossa notabilis, in L. Pœdus, §. primo, super verbo, cōditione: nec obstat L. quadam delicta, D. de pœnis, quia ibi deliquerat ille, miles, contra suam professionem, ideo plus punitur ibi, quàm paganus, arg. C. de militari, L. 2. & L. omne, §. primo, lib. 12. notatur ext. de iureiurando, cap. cum quidam, in princip. si autem non est famosus, pradam seu rapinam de nocte non committendo in nemoribus, seu domibus: tunc, aut furatur rem suam penes alium existentem, aut extraneam. si suam, tunc, aut sine violentia, aut cum violentia: si sine violentia: aut nō erat illa obligata, aut sic: si non erat obligata, non committitur furtum, sic est casus D. de furtis, L. si is qui rem, iunctis his, qua notantur, D. de conditione furtiua, L. quoniam, instit. de obligationibus que ex quasi delicto nascunt. §. primo, ext. de restit. spoliat. cap. cum venisset. si erat obligata: tunc, committitur furtum, sic intelligitur quod notatur, D. de pignoratitia actione, L. si quasi recepturus, & ibi glossa super verbo, furti, & de furtis, L. seruus, §. latam, & L. si is qui rem, in princip non tamen propterea ius aliquod in rem habet, sed competit actio personalis, ut C. de pactis, L. si pascenda, cum ibi notatis, unde, domino non competit actio

per so.



personalis, inst. de actionibus, §. sic itaque, amplius ex his deciduntur tria dubia, videlicet, primò quod idem est in re emptà, sicut in re sua, alteri obligata, quia in illa committeretur furtum, quia res ex mea pecunia quaesita, nondum est mea, donec venditori pretium solvero, vel fideiussorem dederò, vel alias satisfecero, ut notatur D. de tributoria actione, L. procuratoris, §. planè, in fine, & C. communia utriusque iudicij, L. patruus, nisi esset socius certorum bonorum, ut D. pro socio, L. apud scientem, utique speciale est in re ex pecunia dotali emptà, ut D. de donationibus inter virum et uxorem, L. cum viro, in fine glossæ, C. de probationibus, L. ad probationes, C. de iure dotium, L. ex pecunia, quia res ex pecunia dotali emptà, statim dotalis est: dum tamen sit utile mulieri, & ex voluntate eius fiat, ut D. de iure dotium, L. res quæ, cum ibi notatis, idè, in pecunia pupillari, militis, & alijs casibus notatis in d. L. procuratoris, §. planè, in fine, D. de institoria actione: secundo, quòd partiarius animalium, qualis est is, qui ea accepit ad medium lucrum, si vendat foetus animalium inde provenientium, sine assensu & licentia domini dantis ad medium lucrum, nò committit furtum, sed partem eidem redere tenetur, sciens in Gasaiario, qualis est is, qui animalia accepit ad capitale, quia gasaiarius non est dominus foetus animalium inde provenientium, sed partiarius: quod patet, quia actio personalis tantum competit gasaiario ad recuperandum partem lucri eidem contingentem, L. si pascenda, cum ibi notatis, C. de pactis, domino autem non competit actio

actio personalis, sed realis ad recuperandum rem suam, inst. de actionibus, §. sic itaque, & sic, cum gasaiarius non efficiatur dominus talis foetus, tenetur ad restitutionem debitorum, secus in partiario, maximè cum partiarius vendens, habeat etià partem in illo foetu, D. pro socio, L. merito, sic intelliguntur iura, D. eodem, L. in commodato, §. sicut, & de rei vindicatione, L. in fundo, C. de actionibus & obligationibus, L. sicut, D. de usuris, L. qui solutioni. Tertio, quia gartiones furantes dominis suis potentibus, & recusantibus malitiosè salarium eis solvere, non committant furtum, saltem, quo ad dominum, si sufficienter requisiti domini, indebitè & malitiosè solvere recusant, maximè, si solum furentur, quantum ascendit salarium, de hoc enim videtur casus legis in feudis, de milite vasallo, qui contumax est, cap. primo, in fine, hoc idem permittit Deus populo suo Israëlítico, qui cum iussu suo vellet ire ad terram promissionis, furatus fuit à populo Pharaonis, & non commisit furtum, quia non potuit ei tantum furari, quin plus laborasset & lucratus fuisset ab eisdem. Si autem recepit rem suam ab alio possessam, cum violentia: tunc tenetur poena constitutionis, si quis in tantam, C. unde vi, & arg. D. vi bonorum raptorum, L. 2. §. hac ratione, cum ibi notatis, super verbo multiplicabitur. iuxta 20. premissa quaritur, aliquis vendit alicui rem furtivam, iuxta L. incivilem, C. de furtis, nunquid iste sit bone fidei possessor? dic, ut notatur ibi per doctores: si furatur rem extraneam, aut tale furtum remanet sub specie furti, aut transit in aliam speciẽ



- delicti si non transit in aliam speciem delicti: tunc, aut
21. est magnum furtum, aut modicum si est magnum, pro primo furto debet suspendi, inspectis qualitate personæ, rei sublata, & modo sentiendi: sic intelligitur quod notatur D. de incendio ruina naufragio, L. Pœdius §. pri. super verbo. conditione. et pro
22. hoc videtur text. D. de abigeis, L. 1. §. & qui percam, nam ex maiori parte delicti, maior pœna sequi debet, ut notatur inst. de publicis iudicijs §. item lex Julia, in princ. gloss. si autem sit modicum, tunc, aut intrando violenter habitationes, et frangendo fit tale furtum modicum, aut non: si non intrando violenter habitationes, nec frangendo: tunc, aut est servus, aut liber si servus, tunc fustigatur, & ceditur flagellis, ut D. de pœnis, L. in servorum, in princ. si autem sit liber: tunc, aut est nobilis, aut ignobilis: si est nobilis, punietur, quia tunc pœna corporalis vertitur in pecuniariam, ut legibus nu. 15 superius allegatis, et D. de pœnis, L. capitalium §. famosos, vers. non omnes. si sit ignobilis, sed bonæ conditiones & famæ, tunc, punietur arbitrio iudicis, ut C. de servis fugitivis, L. quicūq; D. de pœnis, L. hodie, videlicet, pro primo furto nullū membrum amittit, sed alias castigatur, vel fustigatur: pro secundo furto, signatur, id est, aurem perdit, vel manus sibi minus utilis amputatur: pro tertio, id est, pro tertio captione, furca est suspendendus, sic C. de furtis, Auth. sed nouo iure, in princ. & L. capitalium, §. famosos, D.
24. de pœnis, nam admonitio debet precedere pœnam
25. mortis: ergo relegatur primò, & intelligitur, quod manus, in qua minus potest, sibi auferatur, per L. inter-

interpellatione, D. de pœnis, iuncto cap. odia, exi. de regulis iuris, lib. 6. & notatur ind. Auth. sed nouo iure, C. de furtis, intelligitur, inquam, quod amputatur sibi manus minus utilis. dum tamen non sit penitus inutilis, quia tunc melior sibi amputatur, ne delictum remaneat impunitum, quod fieri non debet, ut D. de pœnis, L. in metallum, & L. sed pœna, iuncta L. ita vulneratus, D. ad legem Aquilianam, cum ibi notatis, & D. de fideicommissis L. si verò, §. id quod vulgo, vel nisi tale delictum minus frequentetur, etenim tunc sibi melior manus amputatur, sic intelligo textum D. de pœnis, L. aut facta, §. finali, cum ibi notatis, & D. de abigeis, L. prima, circa principium: sic intelliguntur iura, quæ dicunt, propter frequentiam aliquando concedi, quod alias non concederetur, ut D. si certum petat. L. certi conditio, §. si nummos, cum ibi notatis, & C. de curatore furiosi, L. alijs, cum ibi notatis, in fine glossæ, & D. de pactis, L. iurigentium, §. utrum: si hospitia intrando, & violentiam committendo facit furtum; tunc, aut cum armis, aut sine armis; si cum armis; tunc aut furatur aliquid, aut nihil; si furatur aliquid; tunc, furca suspenditur, sic intellige Auth. sed nouo iure, in fine C. de furtis, & L. capitalium, §. famosos, D. de pœnis: si verò nihil furatur, licet causa furandi intravit, non est fur, nec cum eo potest agi de furto, ut D. de furtis, L. si quid fur fregerit, cum furtum sit alienæ rei contrectatio, inuito domino, ut D. de furtis, L. prima, hoc autem casu, non fuit aliqua rei alienæ contrectatio,



que propter etiam non tenetur furti, sed punitur lege Iulia, de vi publica, que est aqua & ignis interdictio, loco cuius est hodie deportatio, ut D. ad legem Iuliam, L. 3. et omnium bonorum amissio, ut D. ad legem Iuliam, de vi publica, L. qui dolo, §. fin. & inst. de publicis iudicys, §. item lex Iulia: si sine armis intravit, attamen violenter, tunc punitur lege Iulia, de vi publica, que est relegatio, & tertie partis bonorum amissio, & est infamis, ut D. ad legem Iuliam de vi priuata, L. prima, & C. ad legem Iuliam, de vi publ. L. secunda, & C. unde vi, L. si quis in tantam, & L. si quis ad se fundum: si autem hospitia intrando, & nullam violentiam committendo, & sine armis, tunc, aut furatur aliquid, aut nihil: si furatur aliquid: tunc serua Auth. sed nouo iure, in princip. C. de furtis, si nihil: tunc, aut animo furandi, tunc serua quod proxime dictum est: si alio modo, ut causa libidinis, vel alias, tunc, non tenetur furti, cum nihil contrectet, sed actione iniuriarum, ut D. de iniurijs, L. iniuriarum, §. fin. & notatur C. de metallis, & metal. L. quosdam. lib. 12. & nota, quod liberatur quis soluendo falso procuratori, iuxta notata, D. de conditione causa data, L. antepult. in principio glosse, nec potest agi contra falsum creditorem, secundum Ioannem & Azonem, quamuis Martinus videatur contradicere, in L. si procuratori, in fine glosse, D. de conditione causa data, & D. de furtis, L. falsus, & C. de furtis, L. falsus: iuxta premissa queritur de tali questione, pone, aliquis surripuit pannos de operario alicuius? etiam dic de hoc, ut in

secunda

28.

30.

secunda theorica qui satisfacere cogantur, & in 22. theorica de pactis, que incipit, nota quod ab initio, & in theorica de constituta pecunia, que incipit, nota quod sufficit: si autem tale furium transit ad 31. aliam speciem delicti: tunc, aut cadit in titulo expilata hereditatis, ut si aliqua res surripiatur de hereditate iacente, antequam fuerit adita, vel post aditam, antequam res ad heredem sit processa: & tunc, talis surripuens rem talem, punitur extraordi- Extraordi-
nariè, ut D. de crimine expilata hereditatis, L. 2. nariè.
aut cadit in titulum rerum amotarum: & tunc, ha-
bet locum rerum amotarum iudicium, ut quando 32. uxor constante matrimonio surripit res mariti penes ipsum existentes causa diuortij, & diuortium sequatur, ut D. rerum amotarum, L. rerum quidem, primo responso, si autem diuortium non fuerit subsequutum: tunc, habet locum actio in factum, ut notatur C. rerum amotarum, L. 2. si autem furatur res mariti penes ipsum existentes, non causa diuortij, sed alias: tunc, queretur certi conditione generali, vel conditione sine causa, ut D. rerum amotarum, L. rerum quidem, secundo responso si autem surripuit causa mortis, & mors mariti subsequatur, datur actio ad exhibendum heredibus, & petitio hereditatis, ut D. rerum amotarum, L. propter §. finali, si autem surripiat res mariti penes alium existentes: tunc, ille nedum habet actionem furti contra illam, imò conditionem furtiuam, ut D. rerum amotarum, L. penult. si autem non esset mariti, sed alterius, essent tamen penes ipsum: tunc, marito Marito te-
tenetur actione rerum amotarum, & ad exhiben-
dum, necur.

I 5



dum, ut D. rerum amotarum, L. si concubinam, in fine, domino autem, cuius est, tenetur actione furti & condictione furtiva. si maritus non est solvendo. si autem sic solvendo, nulla competit domino actio contra uxorem, ut D. rerum amotarum, L. finali, cum legibus ibi allegatis, & C. de furtis, L. fin. §. fina cum ibi notatis: aut cadit in titulum de tigno iniuncto, L. prima, circa principium, D. de tigno iniuncto, nec reddendo tignum liberaretur à pœna, ut D. de pactis, L. ius publicum, & notatur inst. de rerum divisione, §. cum in suo, D. de rei vindic. dicat. L. si in rem, §. tigni aut cadit in titulum, si familia furtum fecisse dicatur, vel in titulum, furti adversus nautas, caupones, stabularios: & tunc, agitur contra dominos actione rerum postularum in caupona, siue scientes fuerint, siue ignorantes, ut dicunt quidam: & est ratio secundum eos, ut ipsi ignorantes obligentur: quia inuecta & illata in prædia urbana, tacite sunt obligata domino, L. item quia, in principio, D. de pactis, L. solutum, §. solutam, D. de pignoratitia actione, L. de iure, in principio, D. in quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahantur, §. item Serviana, institut. de actione. nam esset durum, quòd illi cauponi ostenderentur omnia talia inuecta & illata, quia si omnia sibi ostenderentur, de facili posset provocari ad iniuriam, nec non detegeretur paupertas ostendentis, quod esset valde durum, sicut incepti dicere secundum quosdam, arg. L. secunda, C. quando & quibus quarta pars libri decimi, contrarium tenet glossa, quam credo veriore, salva gratia cuiuscun-

33.
De tigno
iniuncto.

34.
Si familia

Cōtra do-
minos.

35.
Inuecta &
illata.

Esset durū.

36.

iuscunq, quòd videlicet ignorantes non obligantur, per L. generali. C. de tabularijs, lib. 10. nec obstant iura in contrarium allegata, cum dicitur, quòd si talia ostenderetur, provocaretur quis ad iniuriam: hoc non valet, quia poterit sibi imputari, si ex hoc provocetur ad iniuriam, ut furetur, vel si res ex tunc auferatur: alias, si ignoret, non poterit sibi aliquid imputari: nec valet, cum dicitur, quòd ex hoc detegeretur paupertas ostendentis, quia si admittatur, oportebit quòd ostendatur, aut reveletur tatur. Si admit-
res amissa si vult eam recuperare, ut D. de furtis, L. in act. cum ibi notatis, iuxta illud, melius est ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere, secundum L. primam, C. quando liceat unicuique sine iudice se vindicare: aut cadit in titulum, arborum furtim cesarum: & tunc, punitur pœna illius tituli, scilicet, in quadruplum, ut D. arborum furtim cesarum, L. furtum, in fine, & cessat talis actio, si per vim sciente domino, hoc fecit, ut D. arborum furtim cesarum, L. facienda, in fine, sed dantur tunc multe aliæ actiones, quæ notantur in dicta L. facienda, in fine glossæ, D. arborum furtim cesarum: aut cadit in titulum, vi bonorum raptorum, & differt à titulo de furtis, quia raptor improbius est, ut D. vi bonorum rap. L. prima, & iste titulus respicit propriè res, sed titulus de vi publica, vel privata respicit personas, sic L. secunda, eodem titulo, §. primo, & secundo, aut cadit in titulum de incendio, ruina, & naufragio: & tunc, est pœna in quadruplum, intra annum: post annum autem in du-

Si admit-
tatur.

37.
Post vul-
neratam
causam.

38.

39.

40.

41.



in duplum, quod dabitur parti: & in aliud quadruplum, vel duplum, quod dabitur fisco, sic D. de incendio ruina & naufragio, L. prima, circa principium, iuncta L. naufragium, §. final. in fine, idq; de iure Digestorum, sed de iure nouo rapientes aliquid ex naufragio, omnium bonorum suorum publicatione mulctantur, ut C. de furtis, Authen. nauigia: aut cadit in titulum de sepulchro violato, ut quia quis cadauera mortuorum spoliat: & tunc aut cum armis: et tunc, suspenditur: aut sine armis: & tunc, ad metallum damnatur, ut D. de sepulchro violato, L. 3. §. si quis in sepulchro: si autem corpora extraxerit, vel ossa, vel lapides sepulchri vendidit, vel in suum edificium exposuerit: si homo vilis, tunc suspenditur: si nobilis, in insulam deportatur, vel relegatur, vel in metallum damnatur, sic loquitur D. de sepulchro violato, L. finali. et qui mortuos vel suspensos spoliat, tenetur actione iniuriarum & furti, D. de infortoria actione, L. si libitarius, & dic de hoc, ut notatur D. de sepulchro violato, L. 3. §. aduersus, & C. de sepulchro violato, L. finali. unde, contra sepulchrorum violatores, datur actio duplex: una est civilis, in qua venit poena ducentorum vel centum aureorum, & in illa non est distinctio personarum, sic loquitur L. 3. in prin. et §. 2. et §. diuus, D. de sepulchro violato, interim, illa poena est applicanda Ecclesie seu loco religioso, ut in Auth. quomodo oporteat Episcopos, §. si quis, et in Auth. de Episcopis, §. qua verò is, collat. 9. et ext. de immunitate Ecclesie, capite penul. in fine. alia est criminalis, ut D. de sepulchro violato, L. 3. §. aduersus

suu, & L. finali, & L. utimur eo iure, & in ea habetur distinctio personarum, ut d. L. finali: aut 43. cadit in titulum de termino moto, ut quando quis amouet lapides, seu terminos fixales, seu confinales: et qualiter puniatur? dic, quod aut mouit ignoranter, aut scienter: primo casu, aut hoc facit circa rem licitam, utpote quia est rusticus, & arando vel excolendo fundum, amouit signum finale: & tunc, non punitur, imò, sibi parcitur, ut D. de iurisdictione omnium iudicum, L. si id quod, §. doli: aut circum illicitam, utpote, si quis furans alios lapides, furetur illum lapidem finalem: & tunc, talis punitur, ut D. de termino moto, L. prima. in fine: aut scienter, & tunc, aut amouit eos causa furandi, aut causa occupandi fundum alterius, aut causa mouendi litem: primo casu, aut queris de poena civili, aut de criminali. si de civili, puniuntur, ut institut. de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur, §. poena: si queris de criminali: aut erat vilis homo, & tunc per biennium in metallum damnatur, & etiam verberatur: si alterius conditionis, relegatur, attenda qualitate suæ etatis, quia si sit senex, ad minus tempus: si iuuenis, ad maius, ut D. de termino moto, L. secunda, & L. penultima, & L. antepenultima: si causa occupandi fundum alterius: tunc punitur, quia pro quocunque termino moto punitur in quinque libris auri, ut D. de termino moto, L. finali, in principio, si causa mouendi litem cum aduersario suo, tunc poena arbitraria punitur, ut L. finali, D. de termino moto: aut cadit circa titulum legis Iulia peculatus, aut de re-



de residuis: nam, aut recipiens pecuniam publicam, recepit pecuniam, quae erat fisci, vel civitatis Romanae: & tunc, aut recipiens erat administrator, aut non; si erat administrator; tunc, si eam recepit, non, ut eam sibi applicaret, sed ex officio: tunc, nulla poena tenetur, ut D. ad legem Iuliam peculatus, L. prima, in verbis, nisi cui, aut eam recepit, ut sibi appropriaret; & tunc, tenetur poena capitali, institutio. de publicis iudicijs, §. item lex Iulia peculatus, & hoc si durante administratione, pecuniam publicam receperit, ut in rem suam verteret; si autem occupat, finita administratione, tunc tenetur lege Iulia de residuis, ut D. ad legem Iuliam peculatus, L. secunda, & quarta, §. lege Iulia, & §. sed & qui: aut occupat rem alterius civitatis: & tunc, si pecuniam destinatum ad certum usum, tenetur ad triplum: sic in Authent. de collationibus, §. iubemus, collatione nona: alias, si non erat destinata, tenetur poena furti, ut D. de furtis, L. ob pecuniam, & est ratio, quia aliae civitates, praeter Romam, loco priuatorum habentur, de verborum significatione, L. qui vectigal, D. ad legem Iuliam peculatus, L. quarta, §. penultimo: aut accipiens non erat administrator: & tunc, si queris de poena pecuniaria, tenetur in quadruplum si fuerit fisci, vel civitatis Romanae si sunt bona incorporata: non distinguo, clam, vel palam, ut C. de iure fisci, L. quoniam in contradictibus, libro decimo, & D. ad legem Iuliam peculatus, L. sacrilegij, §. finali. si loqueris de rebus fisco delatis, sed nondum incorporatis: tunc, in duplum

plum puniatur, non attento, utrum clam vel palam, ut C. de iure fisci, L. defensionis, cum ibi notatis, libro decimo. si autem queris de poena criminali, tunc, poena est relegatio, & omnium bonorum amissio, ut D. ad legem Iuliam peculatus, L. tertia, in persona autem alterius civitatis, est furti civiliter intentanda, sic intelligo L. ob pecuniam, D. de furtis, iunctis his, quae notantur, institutione de publicis iudicijs, §. sunt praeterea, super verbo, de residuis, & super verbo, intellexerunt. aut cadit in titulum, de crimine sacrilegij: & tunc, puniatur sacrilegij poena, quae est ignis concrematio, vel in furcam suspensio, ut D. ad legem Iuliam peculatus, L. sacrilegij, circa principium, & institutione de publicis iudicijs, §. item lex Iulia peculatus, cum ibi notatis, & committitur sacrilegium iure isto: quando surripitur sacrum de sacro duntaxat, ut notatur D. ad legem Iuliam peculatus, L. diuus, & institution. de publicis iudicijs, §. item lex Iulia peculatus. de iure autem canonico tribus modis: scilicet, quando surripitur sacrum de sacro: vel non sacrum de sacro: vel sacrum de non sacro, ut C. de furtis, L. secunda, aut cadit in titulum de plagiarijs: & locum habet, quando aliquis distrahit alienum servum, vel filium, ita quod pater vel dominus non potest reivere: vel hominem liberum de loco ad locum deportat, vel servum regium vendit: & dicitur sic, quia est plaga eis orbatis: tunc puniatur lege Fauia, de pla-

46.

In furcam
suspensio.Sacrum de
sacro.Tribus
modis.

47.

De plagia;
iis.

Eis orbatis



de plagiarijs, quæ est, quod ingenuus & nobilis gladio punitur, seruus vel libertus bestijs subicitur, ut C. ad legem Fauiam, de plagiarijs, L. finali, & L. Fauia, & L. in fuga, D. ad legem Fauiam, de plagiarijs, L. finali, & L. eum, & L. penult. §. fin.

48. & institut. de publicis iud. §. est & inter publica iudicia: aut cadit in titulum de ambitu, qui locum

Primò. habet in quatuor casibus: primò si quis clam dederit pecuniam, ut aliquem sortiatur honorem, non in ciuitate Romana, quia ibi non habet locum, propterea quod princeps illic eligat, ut D. ad legem Iuliam de ambitu, L. prima, circa principium: secundò habet locum, quando stat in magistratu ultra annum, ut C. ad legem Iuliam de ambitu, L. prima. Tertio, si quis ingreditur domum iudicis cognoscentis de causa criminali, ut D. ad legem Iuliam de ambitu, L. prima. Quarto, si iudex nouum vectigal constituit: & est poena centum aureorum, & dic de hoc, ut plenè notatur, institut. de

49. publicis iudicijs, §. penultimo: aut cadit in titulum legis Iulie repetundarum, quæ habet locum, quando iudex per pecuniam facit aliquid, vel omittit: de materia istius civilis & criminalis, habes C. ad legem Iuliam repetundarum, L. prima, D. eodem titulo, L. lex Iulia hodie, & inst. de publicis iudicijs, §. penult. cum ibi notatis, super verbo, repetundarum: aut cadit in titulum de annona, quæ

De anno-
na. habet locum quoties quis facit, ut annona carior fiat: & est poena civilis in ea statuta, viginti aureorum, ut D. ad legem Iuliam de annona, L. secunda, iunctis his, quæ notantur institut. de pu-
blicijs

blicijs iudicijs, §. penultimo, D. de ferijs, L. solet, 51. in fine glossæ, aut cadit in titulum, de pace tuenda: & tunc, quicumque pacem frangendo, quinque soli. Pacem frangendo, & ultra furatus fuerit, laqueo suspenditur, ut in feudis de pace tuenda, cap. illico, §. si quis quinque solidos, si vero minus ceperit, forcipe excoriat, & tondetur, ut in eodem titulo, §. minus: aut cadit in titulum de abigeis, & tunc, aut furatur totum gregem, aut partem, si totum, aut cū arte abigeatica, videlicet cum ferro, de quo fit mentio, in L. 2. D. de abigeis, & L. prima §. abigei, & §. sane, & tunc, ad caudam equi trahitur, & nihilominus suspenditur, ut D. de abigeis, L. prima, §. sane qui cum gladio, aut furatur totum gregem sine arte, ferro, & panno rubeo, & tunc aut furatur gregem de stabulo, aut de sylua, si de stabulo, tunc, aut alias commisit tale delictum, vel tale crimē frequentatur in tali loco, & tunc suspenditur, sic L. prima, circa principium, D. de abigeis, cum legibus ibi allegatis super verbo, id ergo, & §. fin. & D. de poenis, L. aut facta, §. fin. & L. omnes, §. eum quoque, eodem tit. si autem alias non commisit, nec alias tale crimen frequentatur in tali loco, tunc, relegatur, ut D. de abigeis, L. prima, circa princ. si de sylua, tunc, aut magna animalia, aut modica, si magna, suspenditur, ut L. prima, §. sed et qui porcam, et L. oues, in verbo boiem, D. de abigeis, si modica animalia, ut anseres, gallinas, & talia modica animalia, tunc, pro primo furto relegatur, pro secundo suspenditur, sic L. omnes, §. eum quoque, & L. aut facta, §. fin. D. de poenis, si partem gregis, tunc, aut cū arte abigeati-

Et tunc
suspendi-
tur.

Modica
animalia.

K



geatica, ut cum ferro ad modum glady dentati, vel cum panno rubeo, aut sine arte: si cum arte, ferro seu panno rubeo, dic ut habes, D. de abigeis, L. 1. §. 1. cū ubi notatis super verbo qui pecora, & §. fin. super verbo, abduxerit, & L. oues, cum ibi notatis super verbo faciunt, iuncto §. aut constat, inst. de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur, si sine arte abigeatica, tunc, aut credit tale animal suū esse aliquo colore, vel errore ductus: & tunc, nō est abigeus, aut committit furtū, nec, per consequens punitur, ut, D. de abigeis, L. 1. §. fin. sic dicitur de illo, qui aliquo errore ductus, credens sibi licere suam rem alicui auferre per violentiam, quod non punitur vi bonorum raptorum, quæ est quadruplum intra annum, & simplum post annum, inst. vi bonorū rapt. §. 1. & 2. licet puniatur pœna, L. si quis in tantam, C. unde vi, & inst. vi bonorū rapt. §. 2. si non credit suum esse aliquo iusto colore, vel errore ductus: tunc, aut furatur bestiam aberrantem, aut in stabulo existentem si bestiam aberrantem, non est abigeus, sed potius fur, ut L. 1. §. ceterum, D. de abigeis, & D. de pœnis, L. aut facta, §. quantitas, & §. seq. si in stabulo existentem, vel in grege, quamuis abigeus proprie dici non possit, cum artem abigeaticam non exerceat, tamen acrius puniendus est, & sic perpetuo relegandus, ut D. L. prima, in princ. & §. quamquam, & L. oues, §. eum quoque, D. de abigeis, abigei, scilicet, sunt, qui totum gregem vel partē, cum ferro vel panno rubeo furantur, ut d. L. prima, §. primo, & L. 2. D. de abigeis, grex autē constat decem ouibus, & quatuor porcis, ut D. de abigeis, L. oues, &

Errone du-
ctus.

53.

& notatur inst. de legatis, §. si grex, D. quibus modis usu fructus amittatur, L. fin. Porro, qui tales abigeos, hoc est, equorum, vel ovium, aut porcorū substractores, & quodammodo depredatores, scienter volentesq; hospicio excipiunt, id est, receptatores abigeorum seu abactorum, identidem relegantur, L. fin. D. de abigeis, iuxta præmissa queritur, de questione quotidiana, quidam inuenit aliquam rem in carreria seu itinere publico, nunquid istud corpus impunè sibi appropriare possit? dic, quod, quandoq; est certum quod talis res inuenta nō vacat: & tunc, non potest quis occupare talem rem, imò occupans sibi approprians committit furtum, vel aliud crimē secundum naturam rei, D. de furtis, L. 2. L. habitare, L. falsus, §. qui alienam, in princ. & D. ad legem Aquiliam, L. quintus: aut est dubium an talis res vacet, & tunc, aut inuenitur in loco publico, & erat talis, quæ erat, vel esse poterat in domino alicuius, & tunc, non fit occupantis, imò, committit furtum, nisi capiat cum protestatione, & debet eam inuentor, apponere in loco publico, ut eam videant transsuntentes, si vult euitare furtum, ut C. unde vi, L. cum querebatur, D. de furtis, L. falsus, §. proinde videmus, si autem illa res non esset, de sui natura in bonis alicuius, tunc efficeretur occupantis, ut inst. de rerum diuisione, §. thesauros, & §. fera, & D. de acquirendo rerum do. L. naturalem, §. 2. si autem inuenit illam rem in loco priuato, præsumitur illius esse cuius locus est, secundū notata, C. de privilegio fisci, L. 1. & C. ne uxor pro marito, L. 2. & d. L. cū querebatur, C. unde vi. et hoc verū, nisi appareat,

Identidem
54.

K 2

quod



quod ille cuius est, haberet illam rem pro derelicta, quia ille cuius erat, scienter illam ibi dimisit perdituram, vel eam proiecit voluntarie, sine causa, vel dedit, se ulterius eam nolle habere, ut accidit in fructuum, foenorum, messium, & vindemiarum collectionibus, & similibus quia tunc, efficitur occupantis, sic intelligitur totus titulus, D. pro derelicto: aut est certum, quod res vacat, & tunc, aut vacat de voluntate eius, qui habuit talem rem pro derelicta, ut quia librum aptum, vel pecuniam proiecit in aquam, sine in locum perditionis, sic quod ex natura rei, de animo proiecientis apparet: & tunc, impunè efficitur occupantis, ut D. pro derelicto, L. prima, & L. si id quod, §. fin. & qualiter videatur res habita pro derelicta, notatur D. ad legem Rhodiam, de iactu, L. 2. §. fin. & de acquirendo rerum do. L. qua ratione, §. fin. & de furtis, L. falsus, §. si quis sponte: si autem sit dubium, an habeatur pro derelicta, tunc, si putauerit verisimiliter rem derelictam, potest eam capere, & non committit furtum, sic dicitur D. de furtis L. falsus, §. qui alienam, vers. sed si non fuit derelictum, & §. si quis sponte & ibi glossa: si autem non putauit derelictam, tamen rem recepit, non ut eam faceret suam, & sibi applicaret, sed ut eam redderet ei cuius fuit, quod praesumitur, si palam & publicè rem accepit, dicens, videte vos, ego inveni istam rem hic, & si aliquis eam petat, dicatis ei, quod ad me veniat: & tunc, non committit furtum, sic intelligitur, vers. sed si neque, cum §. proinde, & seq. L. falsus, D. de furtis, alias autem praesumitur contra ipsum, quod habuit animum

num furandi, nisi palam & cum protestatione recipiat, ut est textus, D. de furtis, L. falsus, §. qui alienam, in princ. & §. proinde, & §. fin. qui incipit, solent plerique, arg. C. de furtis, L. civile, iunctis his que notantur, C. de iniurijs, L. si non conuicij, D. de iniurijs, L. 3. §. penult. & L. nunc apud, §. si seruū, & C. de sicarijs, L. prima: sic dicitur in tutore, quod non potest rem pupilli emere nisi palam, alias, praesumitur fraudulose emisse si clam emit, iuxta notata D. de contrahenda emptione, L. si in emptione, §. fin. si causa necessitatis proiecisset: tunc, scienter recipiens talem rem deiectam, committit furtum, ut D. L. falsus, §. si iactum, D. de furtis, & ad legem Rhodiam de iactu, L. 2. §. fin. & de acquirendo rer. do. L. qua ratione, §. fin. aut illa res vacat à casu: & tunc non efficitur occupantis, sed fisci: & sic habet locum titulus, de bonis vacantibus, per totum, & D. de iure fisci, L. prima, §. primo: non autem sunt Comitum vel Baronum, nisi habeat alia que sunt temporalia in iurisdictione, sibi concessa per principem, vel quia sic semper tenuit, & sic in illis que per incrementum vel alluionem, aquarum asportantur, cum de voluntate domini non apparet, quia non possunt illa impune per priuatum retineri, nisi pro damno sibi dato ratione molendini, vel ripariae sibi fracta vel dissipata, secundum notata in Auth. nauigia, circa princ. C. de furtis, nam tunc, si dominus apparet sibi, debet restituere illam rem asportatam, & damnificatus habet actionem pro damno dato contra dominum rei, ut D. ad legem Aquil. L. quintus, & D. de incendio, ruina, naufragio. L. raris,



ratis, vel caueat, pro damno dato, ubi damni quantitas, non apparet incontinenti, quia si statim apparet de quantitate damni, non recipereur cautio, sed debet illico emendari, ut legibus supra proximo allegatis: & hoc verum si res illa erat penes damnificatum, si autem esset penes tertium, potest facere ut statim banniat res, vel eius pretium, si res vendita fuerit quousque appareat, quis habeat ius in illa re, ut D. ad Turpilianum, L. fin. & de petitione hereditatis, L. si rem, & videatur casus D. ut legatorum nomine caueatur, L. postquam in fine aliis, si rei dominus non appareat, non tenetur restituere fisco, vel illi cui sunt applicanda, quousque damnum fuisset emendatum, ut D. de incendio, ruina, naufragio. L. ratis, cum legibus ibi allegatis et de damno infecto L. flumen, §. quod si vir, & D. de rerum diuis. L. prima. & ibi glossa: huius occasione, dant aliqui cautelam, qua quis possit donare ultra summam legitimam, sine insinuatione, & filios suos fraudare legitima, ut quod ille volens talem fraudem facere, habeat pro derelicto rem valentem, plus quam sit summa legitima, quam statim occupet donatarius, & sic valebit, per iura allegata, D. pro derelicto, per totum, salua reuerentia hoc dicendum, non est verum, si appareret quod in fraudem faceret, nam iura loquentia de insinuatione, fraudari non possunt, ut C. de sacrosanctis Ecclesijs, L. illud, & D. de probat. L. quidam, et de legatis 3. L. cum quis deceat, §. Calipedo, et que in fraudem credit, L. sed si rem, & praesumitur fraus, si donatarius sit praesens, & recipiat statim.

Banniat
res.

56.

rem pro derelicto habitam, vel sit coniuncta persona, ut D. de privileg. cred. L. si rem, in princ. & de bonis libert. L. nihil, §. primo, C. de sacrosanctis Ecclesijs, Auth. quicumque, sed an custodia huius rei inuenta pertineat ad inuentorem, vel ad fiscum? glossa tenet, quod ad fiscum: & pro hoc, C. de hereditate vacante, L. prima, lib. 10. & D. de iure fisci, L. prima, §. an bona, & L. 2. §. finali, & in feudis, quae sint regalia, §. primo, quia fiscus est idoneus successor in soluendo, ut D. de fundo dotali, L. 2. contrarium videtur verius, ut penes eum sit rei custodia, qui allegat aliquod interesse: quin, rem inuentam non tenetur restituere, nisi demum emendatio sibi damno, per iura superius allegata, quia multa licent per retentionem, quae alias non licent per petitionem, ut D. de conditione iud. L. si non sortem, §. si centum, cum ibi notatis, & L. si in area, eodem titulo, & D. de usufructu, L. si quis solutioni, in princ. & notatur, D. de rei vindicatione, L. item si verberatum, §. fin. quia possidentis potior est conditio, iuxta notata, D. ne quis eum, qui in ius vocatus, L. 2. & D. si usufructus petatur, L. usufrui, circa princ. circa praemissa est sciendum, quod nos habemus quaedam in bonis, pro quibus agimus contra possidentes, & excipimus contra agentes, ut sunt res corporales, quae proprie nostri patrimonij sunt, ut D. de acquirendo rerum do. L. rem in bonis, & L. statuas, §. quaedam, quaedam sunt ex bonis nostris, ut illa quae in peculio nostro sunt, ut D. de furtis, L. is cuius, §. sed & si res, inst. vi bonorum

57.

58.

59.

K 4

rapt.



rapti §. sanè, & pro istis agetur actio furti: quaedam verò sunt extra bona nostra, ut sunt res sacra & religiose, ut inst. de rerum diuisione, §. sacra, quæ nec sunt in bonis, nec esse possunt, nec etiam præscribi, ut notatur D. de mortuo inferendo. L. penult. quædam sunt quæ nec in bonis, nec extra bona sunt, ut sunt seruitutes tam urbana, quam rustica, quæ per se propriis non censentur, per consequens, nec ipsa per sese possidentur, D. de seruitutibus urb. præd. L. si ades, §. libertas, in fine, & de vi. & vi armata, L. 3. §. fin. & uti possidetis, L. fin. & si seruitus vindicetur, L. si quis diuturno, & de seruitutibus, L. quoties, la. 2. & dicitur res in nullius bonis, quinque modis, iuxta notata de rerum diuisione, L. prima & secunda, circa principium glossæ: natura, ut fera bestia, & in illis habet locum regula, quod in nullius bonis est, occupanti conceditur: censura, ut res sacra in illis non habet locum prædicta regula, imò potius puniretur qui vellet ea occupare: tempore, ut in thesauro, & in illis habet locum regula, ut dimidia eius quod inuenitur sit eius qui inuenit, iuxta notata, D. de rerum diuisione. L. prima, D. de rei vindicat. L. à tutore pupilli, & de acquirendo rerum do. L. nonnunquam, §. primo, & L. si qui, §. penult. & C. de thesauris, L. unica, lib. II.

60. inst. de rerum diuisione, §. thesaurus: sed circa hoc dic. quod, aut thesaurus reperitur in loco proprio: & tunc, reputatur totus inuentorum, ubi non extat eius memoria, ut inst. de rerum diuisione, §. thesaurus, & D. de rerum diuis. L. item lapilli, & de acquirendo rerum do. L. prima, & L. nonnunquam.

§. thesaurus: alias, si extaret memoria, diceretur potius pecunia quam thesaurus, ut D. de rei vindicat. L. à tutore, & de acquir. possessione, L. si peregrè, in princ. si autem reperitur thesaurus in loco publico, aut sacro: tunc, si ille locus erat accessorius loco privato, iterum sic distingue: nam, aut ille locus erat inuentorum: & tunc, totus thesaurus erit suus, si autem erat alienus, tunc habet locum regula, quod dimidia pars sit inuentoris, & alia dimidia pars domini illius loci, sic intelliguntur leges superius allegata, & D. de periculo & commodo rei vend. L. id quod, in princ. & debet denunciare seu detegere, illi domino cuius est: alias, committeret furtum, iuxta notata, D. de furtis, L. tutor, & de inoff. test. L. Papinianus, §. meminisse, & de in ius vocando, L. ad optimum, §. patrimonium: & idem, si quis inuenit tale quid, quod erat utile reipublicæ, quia tenetur detegere, secundum ea quæ notantur, C. de his qui se deferunt, L. unica, lib. 10. & C. de sacrosanctis Ecclesijs, L. iubemus, la grande, vers. scientes, & si in fraudem patroni à libertis alienatio facta sit, L. finali, circa finem glossæ, si autem non erat utile reipublicæ, quod detegatur illud quod inuenit, vel non sit in alicuius bonis, ut thesaurus: tunc, medietas est domini, & medietas inuentoris, per iura superius allegata: si autem esset pro derelicto: tunc, esset in totum inuentoris, ut D. pro derelicto, per totum si autem esset in bonis alicuius: si inuenit cum labore, debet habere aliquid ratione inuentionis, ut D. ad legem Rhodiam, de iactu, L. navis onusta, §. primo: si sine labore, ut quia inuenit librum in

Quam the
saurus.



Nil debet
habere.

carreria. tunc, ratione inuentionis nil debet habere, ut D. de furtis, L. falsus, § si quis alienum, & §. proinde, iunctis his qua notantur. D. de conditione ob turpē causam, L. 3. §. fin. si autem locus ille non erat accessorius, loco priuato, sed est per se locus publicus, vel sacer: tunc, dimidia pars est inuentoris, & alia dimidia fisci, ut D. de iure fisci, L. non intelligitur, §. siue locus, & §. thesauros, in fine, inst. de rerum diuisione, si autem thesaurus reperitur, in loco prorsus priuato et alieno. tunc, dimidia est inuentorum, & alia dimidia, est domini illius loci, cuius est locus. L. unica, C. de thesauris, lib. 10. et intelligitur dominus predij, siue sit feudatarius, siue sit emphyteota, ut notatur in d. L. unica, super verbo, nam in suis, C. de thesauris, lib. 10. et pro hoc videtur textus, cum glossa, C. de fundis patrimonialibus, L. possessores, & D. arborum furtim casar. L. cadere, cum ibi notatis, & intelligitur: quod inuentor habet dimidiam, siue sit mercenarius, siue conductitiuus, qui laborat in predio, ut D. de rei vindicat, L. à tutore, cum ibi notatis: iuxta premissa queritur, nunquid bona occupata in bello, sint occupantis? dic de hoc ut habes in quinta theorica, D. de iustitia et iure, que incipit, nota de bello, quibus adde theoricam, C. de furtis, quam habes in

62. *Auib. nauigia: iuxta premissa queritur, que dicantur publica? dic, ut D. de rerum diuisione, L. quedam. item iuxta hoc queritur, nunquid quod commune est, meum est? dic, ut habetur D. quemadmodum seruitutes amittantur, in theorica que incipit, nota quod noni non veteres.*

Doctor

Doctor Baert.

Usque ad annos triginta) Hanc ad rem videndus est, Antonius Contius acerrimi, politissimi que iudicij vir, lectionum subseciuarum iuris ciuilis, libro primo, cap. secundo, vers. hactenus ex Gellio, nu. 7.

De iure Romanorum) Quæ pœna furum fuerit olim, & quæ sit hodiè, luculenter admodum tradunt, & exactè Iulius Clarus receptarum sententiarum, lib. 5. §. furtum, nu. 7. vers. sed quero, fol. 29. col. prima, secundum impressionem Francofurtensem, anni 1576. Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, lib. 2. centuria 3. casu 295. fol. 250. col. 4. secundum eandem impressionem, & Antonius Contius, lectionum subseciuarum iuris ciuilis, libro primo, cap. 2.

Vel (spatha) Vel ab Hispanico, vel ab Italico spada, dicit hoc loco spatha, significat enim spada, apud Hispanos & Italos, enssem siue gladiū, quasi sit interpretatio eius quod proximè præcessit.

Ganiuetum) A gallico Caniuet, quod significat cultrum pennarium, seu cultellum, quo calami adaptantur.

Domesticis & familiaribus) Hæc enim circumstantia, multū aggrauat delictū, sic ut hodie famulus aut famula, siue domestica persona, surripientes hero quid, etiā minimū, propterea quod domestica persona sit, ex cōsuetudine suspēdatur, autore Ioanne ab Imola, in L. si tibi dederim, D. de donationib., & in L. Cassius, D. de solutionib. que refert Ioannes Igneus,

in



in L. prima, in princ. num. 91. & seq. D. ad Senatusconsultum Silleianum, subdens, quod etiam pluries Rothomagi ita fuerit iudicatum, hoc idem recensit Iason, in L. eius qui, §. quas vero, nu. 7. D. si certum pet. idem etiam seruatum fuisse in ancilla, refert Chassaneus, in consuetudines Burgundiæ, fol. 48. nu. 37. & de alia ancilla idem seruatum fuisse in ciuitate Neapolitana, testatur Mathæus de afflictis, super prima parte constitutionum regni, rub. 53. nu. 12. & Boëtius decisio. 316. nu. 7. refert etiam Papo, lib. 23. titulo quinto, arresto. 2.

Pluries commisit) In hoc proposito, plura furta dicuntur tria, pro quibus tribus furtis, generali consuetudine, fures laqueo suspenduntur, authore Bartholomæo Chassanæo, super consuetud. Burgundiæ, fol. 42. nu. 17. in fine, quem docuere prius id ipsum, Baldus in Auth. sed nouo iure, nu. 3. C. de seruis fugitiuis, Iason in §. ex maleficijs, nu. 12. inst. de act. Ioannes Igneus, in L. prima, §. hoc rescriptum, nu. 32. D. ad Silleianum, & Bolenc. in repetitione, L. capitalium, §. famulos, nu. 46. D. de pœnis, & Anan. in cap. ex literis, num. 6. in fine, ext. de furtis, Coepola, in Auth. sed nouo iure, nu. 82. & seqq. C. de seruis fug.

Gasaiario) Gasaiarium vocat eum qui loco pignoris, & in causam pignoris animalia pascit, hoc est, vt gallicè loquar, cum à gallico descendat, qui tiend les bestiaux en gaigne.

Gartiones) A verbo gallico, garson, quod significat famulum minoris ætatis, est enim vocabulum homonymum, significans aliquando *æbulonem.*

Bona

Bona fidei possessor) Huius occasione quæri potest, an emens rem furtiuam teneatur ad eius restitutionem? Resp. si adquisierit illam rem bona fide, tenetur ipsam restituere, si extet, si vero bona quoque fide consumpta est, tenetur solum quatenus est factus locupletior, vt ex sententiâ Didaci Couarruias astruit, Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. furtum, nu. 26. vers. sed hic incidenter, fol. 32, col. 2.

Extraordinariè) Quod expilatæ crimen hæreditatis, extraordinariè, atque ita, iudicis arbitrio puniatur, exactissimè docet Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium, lib. secundo, centuria tertia, casu trecentesimo, fol. 252. col. 3.

Marito tenetur) Scilicet, hac actione rerum amotarum, experitur maritus contra vxorem, quando res eius amouit, æstimatque tam iudex, quanti iurauerit maritus sua interessè, hanc rem amotam non fuisse, nisi mulier ilicò res amotas restituat, atque ita clarè scriptum reliquit elegantissimus ille Petrus Loriottus Salinensis (qui inter reliquos tantum caput extulit interpretes, quantum lenta solent inter viburna cupressi) in tractatu actionum, axiomatico 69.

De tigno iniuncto) Quamuis ociosum quis alicui tignum surripuerit, & illud ædibus aut vineis iniunxerit, attamen prior dominus illud authoritate sua, vel eripere, vel euellere non potest, quia lex duodecim tabularum, non vult ædificia dirui, vel turbari culturas vinearum, sed



sed vbi tignum quis alienum vineæ, vel ædibus iunxisse conuictus fuerit, eidem lex quinque actionibus prospicit, quarū vna num tollatur per aliam, vide Bart. in L. 2. D. de tigno iniūcto.

Si familia) Ille titulus dum disponit, quod si plures serui furtum committant, quod dominus soluendo pœnam pro vno, liberetur pro omnibus, & quod omnes etiā serui liberentur, hoc, inquā, non habet locū, si criminaliter agatur, vt attestatur Riminaldus, in L. si familia, nu. 6. D. de iurisdictione omniū iudicum, Bossius in tractatu de diuersis criminibus, titulo, si familia furtum fecisse dicatur, nu. 2.

Contra dominos) Hospitij scilicet, pro furto namque commisso in caupona, nauis, vel etiam stabulo, tenentur ipsi domini cauponæ, si modo furtum commissum sit per eos quorum opera vtuntur, L. prima, D. furti aduersus nautas, caupones, stabularios, §. fin. inst. de obligationibus, quæ ex quasi delicto, sed si furtum commissum sit per ipsos caupones, tenentur ipsi actione furti, L. prima, & ibi Bart. D. furti, aduersus nautas: Porro, nunquam caupo tenetur, de re amissa in caupona, quando consignauit tibi clauem, quam habet vnicam cubiculi tui, vel si habebas famulum, qui posset eandem custodire, vel si fores in prandio, & res tuæ forent penes te in mensa, secundum Ægidium Bossium, in tractatu de diuersis criminibus, titulo, de furto aduersus nautas, caupones, stabularios, nu. 5. fol. 358. col. prima, secundum impressionem Lugdunensem, Philippi Tinghi Florentini, anno 1575.

Inuecta

Inuecta & illata) Materiam inuektorum & illatorum tractant, acutissimè, doctissimè, latissimeq; Fortunius Garzia, Franciscus Duarenus, Antonius Neguzantius, Franciscus Balduinus, & Hugo Donellus, in tractatibus super ea, materia factis, Antonius inquam Neguzantius, in tractatu de pignoribus, & hypothecis, membro quarto, secundæ partis principalis, nu. 128. Balduinus, cap. 6. Donellus, cap. 4. Duarenus, & Fortunius Garzia, in L. item quia, in princ. D. de pactis: hic, nu. 7. ille, in explicatione verborum, in vrbans habitationibus.

Esset durum) Præter extraneam iuris allegationem, qua locus hic abundabat, hiulca quoque videtur authoris argumētatio, quid enim, si inuecta & illata in prædia vrbana, tacitè sint obligata pignori, L. 4. item quia, in princ. D. de pactis, L. 11. solutum, §. 4. solutam. D. de pignoratitia act. L. 3. eo iure, D. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacitè cōtrahatur, ergo, nautæ, caupones, stabularij, etiam ignorantes, & de rebus eis non assignatis tenentur, non sequitur: vtique rationem magis quare inuecta, & illa in prædia vrbana, tacitè sint obligata pignori, quam regulam videtur expendisse: quasi dicat, ratio, quare inuecta, & illata in prædia vrbana, tacitè sint obligata pignori, inuecta verò, & illata in prædia rustica, non item, datur ab Interpretibus hæc, quia sancta rusticitas omnia palàm habet, hoc est, in prædia vrbana sæpius, inferuntur secreta, & pompa rei familiaris, quam velle inuestigare foret inuidiosum, Bart. in L. de iure, D. in quibus causis pignus, vel hypothe-



potheca tacite contrahatur, Baldus & Salyce-
tus, in L. certi iuris, C. Locati, Raphael Fulgosi-
us, in L. Pomponius, prima, nu. 2. D. in quibus
causis pignus, vel hypotheca tacite contra-
tur, Fortunius in L. item quia, nu. 7. D. de pa-
ctis: hæc autem ratio, militare debet, imò vero
militat & in eis, qui res aliorum saluas fore re-
ceperunt, etiam si non fuerint eis assignata,
nam esset durum, quod illi cauponi ostendi de-
berent, omnia talia inuenta & illata, quia si om-
nia sibi ostenderentur, de facili posset prouoca-
ri ad iniuriam, nec non detegeretur paupertas
ostendentis, quod esset valde durum, secundum
Interpretes superius allegatos, & per L. 2. C.
quando & quibus quarta pars, lib. 10. ergò, cum
eadem ratio militet utrobique, L. 2. C. quando
& quibus quarta pars, lib. 10. idem ius quoque
debet utrobique statui, per L. 108. à Titio, D. de
verb. obligat.

Si admittatur) Scilicet, ad hospitium siue
cauponam.

Post vulneratam causam) Vnde communiter
in inferiore Germania prouerbiales aiunt,
Alst calff verdroncken es 30c stopt men dē pudt/
quasi dicant, tardi venere bubulci.

Termino moto) Non solum quo ad antiqui-
tates historiæ, sed etiã quo ad ius, tã ciuile quã
Romanorum, declarat hanc materiam felici-
ter, vt solet omnia Iacobus Menochius, de arbi-
trarijs iudicum, libro secundo, centuria quar-
ta, casu 393. fol. 322. col. 3.

In furcam suspensio) Facit hic locus, vt ite-
rum meminisse debeam Clarissimi viri, D. Io-
doci

doci Damhouderij, qui, consuetudine scribit,
eadem genera pœnarum seruari: siue sacrum,
in loco non sacro: siue non sacrum, in loco sa-
cro: siue sacrum in loco sacro quis acceperit,
Damhouderius in sua praxi rerum criminaliũ,
capite centesimo & vndecimo, titulo de sacris
legio, numero sexto, vers. consuetudo ta-
men.

Sacrum de sacro) Ad hoc, vt propriè dicatur,
committi sacrilegium de iure ciuili, duo requi-
runtur, vt res furata sit sacra, deinde, vt de loco
sacro subtrahatur, & ita tenent cõmuniter Do-
ctores, vt dicit Bartolus in L. diui, numero pri-
mo, D. ad legem Iuliam peculatus, quem refert
Gritandus, de diuersis criminibus, lib. tertio,
quæstione prima, numero quinto.

Tribus modis) Tres eos modos latè profe-
quitur Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudi-
cum, libro secundo, centuria quarta, casu 389.
fol. 318. columna prima, secundum impressio-
nem Francofurtensem.

De plagiarijs) De hac materia vide quoque
Ægidium Bossium, in tractatu de diuersis cri-
minibus, titulo de plagiarijs, fol. 354. secundum
impressionem Lugdunensem, anni 1575.

Eis orbatis) Hoc est, eis qui sunt orbati: quæ-
si dicat eis, hoc est, dominis & parentibus, quia
filijs & seruis suis, carendum eis est, plagæ loco
id quodammodo esse.

Primo) De hoc genere ambitus, multa scri-
psit Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicũ,
libro secundo, centuria quinta, casu quadrin-
gêtesimo & primo: duplex enim fuit olim am-
bitio-

L

bitio-



bitionis genus: alterum, quod precibus: alterum, quod ere fieret, ac hodie fit magno nostro malo, quia qui emunt, vt vendant, necesse est, hoc est, vt pecunias in emptione honoris expositas recuperent, sequitur eos subditos torquerè ac vexare: Porro, ambitio ea, quæ sine largitione fiebat, olim vetita non fuit, quinimo existimauerunt antiqui illi viri prudentes, in Reipublicæ administratione necessarium planè, hoc ambitionis genus, vt humaniter magistratus peterent, qui illos gerere pro communi bono cupiebant: hinc, moris etiam fuit apud Romanos, vt candidati, seu magistratum petitores, non modo publicè, palamq; sed etiam sigillatim vnumquemq; orando, obsecrâdo, prehensandoq; peterent, autore Plinio, epistolarû libro secundo, epistola secunda,

De annona) Vide Damhouderium in sua praxi rerum criminalium, cap. 132. tit. de Monopolio, folio 414. secundum editionem Belleri, anno M. D. LXX.

Pacem frangendo) Non sine mysterio addit, pacem frangendo, quia de iure communi, pro furto non est imposita pœna mortis, vt ex Interpretum communi sententia superiùs affirmauimus: vnde, quod in cap. primo, §. si quis quinque solidos, de pace tenenda inter subditos, de feudis, videatur cõstitutum, quod pro furto quinque solidorum quis debeat suspendi, hoc intelligendum, quin apertè cõstitutum est, quia cum furto concurrebat etiã violatio pacis, vtiq; Paris de Puteo in suo trac. de syndicato, fo. 224. nu. 5. putat, quòd proles Frederici Imperatoris, propter

propter eam cõstitutionem, qua constituit, vt fur quinque solidorum suspenderetur: & sic, quòd homo ad imaginem Dei creatus, propter bona occideretur, putat, inquam, quòd Fredericus Imperator, & alij Reges successiuè, qui secuti sunt hanc legem, eorumq; ministri non regnauerint diu supra terram, & quòd malè vitam finiuerint, nec eorum generatio peruenerit ad tertium gradum.

Et tunc suspenditur) Hoc ipsum supplicij genus in hoc crimine per consuetudinem receptum tradit Iodocus Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium, capite centesimo & decimotertio, titulo de abigeatu, numero secundo, fol. 375.

Modica animalia) Si quis eiusmodi minora animalia furetur, existimat Iodocus Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, ca. 113. tit. de abigeatu, nu. 4. eum puniendum arbitrio iudicis, iuxta qualitatem & circumstãtiam facti & personæ: non malè, sed mirari satis nequeo, quòd anseres, gallinas, & id genus animalia, domesticas appellet, aduersus expressa Iustiniani verba, quibus anserum & gallinarum feram naturam tradit, §. gallinarum quoque, in titu. de rerum diuisione.

Errore ductus) Idem tradit Ægidius Bossius in tractatu de criminibus, titulo de abigeis, numero secundo, pagina 354. columna secunda, secundum editionem Lugdunensem.

Idem idè) Ratio est, eo quod omnino criminis expertes non sunt ex eo, quod eadem foueant, nã sine receptatorib. nemo latere diu potest, vt



ait Marcianus, libro secundo, publicorum iudiciorum, L. prima, D. de receptatoribus, & refert Ioachimus Hopperus paratitlon iuris civilis, siue de diuinarum & humanarum rerum principijs, libro secundo, titulo de extraordinarijs criminibus, cap. 63. pag. 113. secundum impressionem Coloniensem Materni Cholini, anno M. D. LXXX. quæ tantò lubentiùs cito vel allego, quia iunioribus omnino necessarius est, eò quòd dilucidè, breuiter, & ex fide, totùs ius civile Romanorum per dialogos enarret.

Banniatu res) Hoc est, in banno, seu maioris arresto ponatur, hoc enim, quod arrestatur, seu res arrestata, non potest non esse banno, seu vinculo iuris alligata.

Additio antiqua.

Quam thesaurus) Ergo, de thesauro, quòd hic dicitur, intelligitur de thesauro propriè dicto, de quo loquitur, D. de acqu. rer. do. L. nonnunquam, §. thesaurus: secus, in thesauro impropriè dicto, qui habet verum dominum, & possidetur, de quo loquitur D. familiae ercis. L. item Labeo, in principio, & ad exhibendum, L. thesaurus, cum concordantijs.

Doctor Baert.

Nil debet habere) Quia, qui pro re aliena, quam detinet, aliquid accipit, vt restituat, videtur propè quodam genere fur esse, cum prefertim, vix absque furto rem alienam quis colligat, L. falsus, §. qui alienum, D. de furtis, rem verò immobilem, absque vi, nemo occupet, L. vlt.

vlt. C. vnde vi, quæ propter oportet hac in re, prorsus gratuitam operam præstare, ne videamur ob hanc spem turpis lucri, rem alienam collegisse: eòq; facit epistola sancti Gregorij Episcopi Neocæsariensis, cognomento Thaumaturgi, id est, miraculis clari, in epistola canonica de his, qui in captiuitate Idolothyta, id est, idolis sacrata, comederunt, & alia quædam commiserunt, canone decimo, cuius sententiam ita exprimit Græcus Canonum Epitomator: *εἰ τὰ εὐρημένα ὁμολογοῦντες μηδέν τι τῶν αὐτῶν ἀπέτωσαν, μήνυτρον δῆθεν, ἢ σῶτρον, ἢ εὐρετρον.* Mandatum (inquit) hoc impleturi (mandauerat enim res inuentas restitui) absque omni lucro impleant, neque iudicij, neque conseruationis, neque inuentionis, vel quocunque alio nomine, mercedulam repetant: ergo, falluntur illi, grauiterq; labuntur, qui putant, alienæ rei inuentorem, posse à vero rei domino, petere, & quidem iure petere nummum aliquem honestum, pro fidelitate sua, & pro cura rei seruata, & benè custoditæ: Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, capite centesimo & decimo octauo, titulo de repertis, numero quarto, folio 383. columna prima. vetuit enim sanctissimus Episcopus in loco proximè citato, eos qui res dominorum barbarica incursione, ac vastatione amissas, dominis indicassent, à quibusdam possiderètur, vel etiam abs se inuentas, vel conseruatas, custoditæ sue nuntiasent, aliquã huius operæ mercedulam petere, cum totum hoc genus mercedulæ, turpi lucro annumerandum putaret.

L 3

Caput



Caput undecimum.

Qualitas armorum debet inseri libello.	numero pri.
Quæstio.	numero 2.
Terror armorum sufficit ad defensionem.	3
Melius est, ante tempus occurrere, quam post exitum vindicare.	4
Non valet consuetudo, quæ vult, quòd se defendendo quis occidere non possit.	5
In defensione iustus metus interuenire debet.	6
In incertis est locus coniecturæ.	7
Quæstio.	8
Interdum locus aut tempus non patitur plenius deliberandi consilium.	9
Defensio fieri debet per modum tuitionis.	10
Defensio fieri debet cum moderamine inculpatae tutelæ.	11
Moderamen inculpatae tutelæ circa tria consideratur.	
numero 12	
Quæstio.	13
Quæstio.	14
Regula.	15
Arma venationis habere licet.	16
Cuius arma portare quotidie non licet.	17
Obiectio.	18
Quilibet tenetur ad exercitum iustum & licitum.	19
Quæstio.	20

Cum suo gladio seu pugnali euaginato.

Et sic qualitas armorum est in libello inserenda, videlicet si sunt immediatè parata ad occidendum: & modus inuadendi, qui a talia reddunt iniuriam lenem vel atrocem, ut D. de sicarijs, L. prima, §. diuus, cum ibi notatis, super verbo percussit, & C. de

C. de sicarijs, L. is qui cum telo, iunctis his, quæ notantur inst. de interdictis, §. armorum, & D. unde vi, L. 3. sed nunquid si aliquis me inuadet cum gladio, seu pugnali euaginato, vel cum alijs armaturis, debeo expectare, quòd primò me percussit, antequàm inuadam? dicit glossa, quòd non habes expectare: quia sufficit terror armorum, sic notatur C. unde vi, L. prima, D. ad legem Aquil. L. sed & si quemcunque, in princ. super verbo, ferro se petentem, & est casus, D. de vi, & de vi ar. L. idem, §. qui armati, & inst. de interdictis, §. armorum, super verbo, lapides, iunctis his quæ notantur, D. de furtis, L. penult. & ad Turpil. L. senatus, in princ. contrarium notatur D. ad legem Aquilam, L. si ex plagis, §. primo, circa finem, super verbo, rixatus esset, & ext. de homicidio, cap. si furiosus, in Clementina. Tu dic, circa hoc inspicere conditionem personarum, quia talis inuadens, aut est homo malitiosus, & famosus percussor, & talis, qui facere consuevit sicut dicit, & eius dicta & facta sunt unum, & pro tali communiter habetur & reputatur: et tunc, est verum, quod habent prima glossa, & iura ibi allegata, & est ratio, quia melius est ante tempus occurrere, quam post exitum vindicare, C. quando liceat unicuique sine iudice vindicare, L. prima, per consequens, tales impunè possunt occidi, & in istis sufficeret terror armorum, per iura superius allegata, et C. si quis Imperatori maledixerit, L. unica, et D. ad legem Aquilam, L. scientiam, §. qui cum aliter, et C. de sicarijs, L. is qui aggressorem, cum L. seq. et ibi notatis. nec consuetudo va.



5. *let in contrarium, scilicet, quod occidens se defendendo, suspenderetur, cum esset contra ius naturale, ut D. de iustitia & iure, L. ut vim, ergo. non valet, inst. de iure natur. §. ex non scripto, & §. sed naturalia, & facit ad hoc quod sit naturale, D. ad legem Aquiliam, L. scientiam, §. qui cum aliter, circa principium cum ibi notatis, iuncto cap. unico, ext. de homicidio, in Clementinis, cum ibi notatis, & ext. de sententijs, & re iud. cap. pastoralis, §. nec predicta suppletio: aut est bonus homo, mitis, pacificus, & talis, qui dicit, et dicere consuevit multa verba sine facto, & talis, qui non esset ausus occidere unam gallinam, nec est assuetus talia facere: et tunc habet locum glossa contraria, quia propter talem terrorem, & facilitatem animi, non sunt tales occidendi: quia iustus metus, seu iustus terror interuenire debet, D. quod metus causa, L. metum, la 2. et D. ad legem Iuliam maiest. L. famosi: nec praesumitur, quod talis nunc de nouo incipiat, C. ad legem Iuliam repetund. L. fin. & D. de accusat. L. si cui, §. primo, & de senatoribus, L. Cassius, & D. de re militari, L. non omnes, §. à barbaris, & sic, in hoc casu, non est dicendum, ipsum primo inuadere, nisi, aliquantulum appareat de eius animo, ex agitatione armorum, & ipsum velle occidere, inuadere, vel vulnerare: quia tunc secus, per iura supra primo allegata: quia in incertis, non certis, est locus coniecturis, ut D. de verb. obligat. L. continuus. §. cum ita: quid autem in dubio sit credendum? certe, tunc, attendi debent verba, modus, et qualitas terrorum, armorum: et sic, quando posset, vel non posset primo inuadi,*

Ex agita-
tione ar-
morum.

inuadi: nam interdum locus, tempus, non patitur plenius deliberandi consilium, ut D. de exercitoria actio. L. prima, circa princip. & hac defensio, habet fieri de iure, per modum tuitionis, non inuasionis: & cum moderamine inculpata tutela, qua circa tria attenditur. Primo, ut si cum armis inferatur violentia, cum armis repellatur, & cisdem, vel similibus armis: si sine armis, simili modo, sine armis repellatur, attenda conditione personarum, L. 3. §. cum igitur, D. de vi, & de vi ar. Secundo, ut incontinenti, flagrante adhuc maleficio, violenter inuasor repellatur. Tertio, quod ad defensionem, non ad ultionem, ut de hoc plenè notatur C. unde vi, L. prima, & ext. de homicidio, cap. unico, in Clementinis, sufficit et enim tibi per omnia, ad perfectam fortitudinem, & lex & imperij fauor, ut in Auth. de mandatis principum, §. patrocinia, in fine, collatione tertia, iuxta hoc queritur, nunquid inuasus & provocatus teneatur fugere, si potest, ad hoc, ut non videatur fecisse causa ultionis? dic quod sic, D. ad legem Aquiliam, L. scientiam, §. qui cum aliter, & D. ad legem Corneliam de sicarijs, L. furem, nec esset verecundia, et dedecus fugiendi: quare dic de hoc, ut in theorica de iudicijs, qua incipit, sed queritur, sed nunquid est licitè tenere arma tuitionis seu defensionis? dic quod sic, ut D. de iustitia & iure, L. ut vim, & D. ad legem Aquil. L. scientiam, §. qui cum aliter, & C. unde vi, L. 1. & D. de vi publica, L. penult. §. finali, quia conceditur tutio, per iura superius allegata: ergo, arma tuitionis. nam, cum quid alicui conceditur, et ea concessa

L 5

viden-

9.
10.
Tuitionis:
11. 12.
Circa tria.

Inconti-
nenti.

13.

Si potest.
Quod sic.

Dedecus
fugiendi.

14.

15.



- videntur sine quibus illud explicari non potest, ut
D. de iurisdictione omnium iudicum, L. 2. D. de
16. procurat. L. ad rem, & L. ad legatam: item, per-
missum est, habere arma venationis, ut D. de vi pu-
blica, L. qui dolo, §. exceptus: ergo, & defensionis,
C. de sacrosanctis Ecclesiis, L. sancimus, et in Au-
thent. multo magis, & D. de administrat. tutor. L.
17. ex pluribus, in fine, & hac vera, quod quis possit te-
nere & habere arma defensiva in domo sua, sed non
portare quotidie, nisi appareret de presenti & im-
minenti periculo, & inferret aliquis violentiam, ut
D. de iustitia & iure, L. ut vim, cum ibi notatis,
alias, esset res mali exempli, & quamvis dolosè non
faceret, esset tamen in culpa, & teneretur, ut D. de
pœnis, L. si quis aliquid, §. qui abortionis, et ad le-
gem Iuliam de vi publ. L. 3. §. primo, & C. de si-
18. carijs, L. is qui cum telo, nec obstat Authent. de ar-
mis, §. primo, cum ibi notatis, & C. de fabric. L.
iure, lib. 11. quia loquitur in casu, ubi certa persona
erant electæ & deputatæ ad exercitum, ut D. de re
militari, L. qui cum vno, §. filium, hodie tamen
19. quilibet tenetur ad exercitum licitum & iustum,
iuxta textum & glossam D. de iustitia et iure, L.
20. ex hoc iure. iuxta præmissa queritur, nunquid ali-
quis possit facere turrim in domo sua, et muros cir-
cumquaque? dic, ut habes in magna papyro, D. de
rerum divisione, L. circa muros, et adde hinc theo-
ricam, si seruitus vindicetur, quæ incipit, non licet,
et aliam, quam habes de seruitutibus, quæ incipit,
nota quod non licet: et aliam quam habes. si seruitus
vindicetur, quæ incipit, nota ius est solum, item ad-
de hinc

de hinc, quæ habes de seruitutibus et aqua, L.
alium.

Doctor Baert.

Quod non) In hanc sententiam plurimos ad-
fert Iulius Clarus receptarum sententiarum,
libro quinto, §. homicidium, num. 33. vers. sed
quomodo, folio 47. secundum impressionem
Francofurtensem Nicolai Bassæi, anno 1576.
tandè refert & Ioannem de amicis conf. 116. nu-
mero quinto, qui putat hoc procedere, quando
facto quis minatur: est enim iusta causa timo-
ris, quod veniat animo percutiendi: etiamsi nõ
expectetur percussio, secundum glossam, in
cap. si perfodiens, in verbo secularibus, ext. de
homicidio: eam verò glossam sequuntur con-
muniter Doctores, ut dicit Alexander de Ne-
uo, inter consilia criminalia diuersorum, conf.
77. numero quarto.

Consuevit) Cùm enim sit animus, & dolus
ex animo proueniens, intrinseca quædam pas-
sio, seu qualitas, quæ directo probari non pos-
sit, sed tantùm per qualitates exteriores, ut ait
Ludouicus Carerius, in sua practica noua, cau-
sarum criminalium, in repetitione L. obserua-
re, numero trigesimo, fol. 52. columna quarta,
secundum impressionem Venetam, anni 1556.
in primis, ex genere armorum, ex circumstan-
tijs, & qualitatibus præcedentibus: rursus, ex
consuetudine delinquendi, probatur animus
occidendi, nisi clarè probetur contrarium: ut,
quia occisus erat sibi amicus, consanguineus:
amicitia enim & consanguinitas faciunt præ-
iurium



sumi homicidium casuale, vt per Felynum, in cap. fin. ext. de homicidio: notat glossa in L. prima, C. de sicarijs, cum multis alijs, vt per Ioannem de Arnouo, in epitome 65.

Ex agitatione armorum) Scilicet ex qualitate armorum cognoscitur animus, iuxta L. primam, §. diuus Hadrianus, D. ad legem Corneliam de sicarijs, cap. significasti, in fine, ext. de homicidio: vnde, si habens gladium in manu, percutit cum fuste aut cum pugno, videtur nõ habuisse animum occidendi, adeò, quod licet, sequatur mors, non tamẽ videtur, quòd pœna legis Corneliæ, de sicarijs, habeat locum, per notata in L. omne delictum, §. si quis commilitonem, D. de re militari, Felynus in cap. significasti, columna quarta, vers. secũdo limita. ex. de homicidio, vbi plenẽ, simul exactẽ tractat hanc materiam: per consequens, eum vide diligenter.

Tuitionis) En tibi casum vnum, quo homicida excusatur ab homicidio, puta, si probet homicidium se fecisse ad sui defensionem, hoc est: en son corps defendant, vt Gallici loquuntur, est enim certissima iuris regula, quod homicidiũ fieri possit ad sui defensionem, cum licitum sit vnique, vim vi repellere, iuxta L. vt vim, D. de iustitia & iure, L. scientiam, §. qui cum aliter, D. ad legem Aquiliam, cap. significasti, ext. de homicidio, cap. dilecto, de sententia excommunicationis, in vi: scilicet, ita natura comparatum est, vt omnes sibi melius esse malint, quàm alteri: nec enim nostræ utilitates omittendę sunt, & alijs tradendę, prout ait Cicero,

Cicero, officiorum libro tertio: rursus in libro de Diuinat. Nemo (inquit) est tam demens, tamque parũ de se cogitans, qui alienam vitam aut comoda magis, quàm sua diligit: & idem Philippica secunda, & duodecima, Qui multorum (inquit) custodem se proficitur: cum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere: charitas enim benẽ ordinata, incipit à seipso, secundum Apostolum Paulum, quę dicta memoratu digna recenset etiam Ferdinandus Valquius, illustrium controuersiarum libro primo, cap. 18. num. 9. & cap. 32. numero septimo. sed cæteris locis elegantius Cicero, in oratione pro Tito Annio Milone, de defensione loquens, ita scribit: Est enim iudices, hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verũ ex natura ipsa arripimus, haufimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in aliquas infidias, si in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis: silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei, qui expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda: rursus, officiorum libro primo: Principio (inquit) generi amantium omni est à natura tributum, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ ei nocitura videntur, omniaq; quę sunt ad viuendũ necessaria, inquirat, vt patũ & latibula: nec his obstat vllõ modo, quod in Euangelio, Lucæ cap. 6. dicitur, si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei & alteram: quia

rursus



curfus alibi dicitur in Euangelio, eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis: & par pari referre, quin præoccupare licet.

Circa tria) Modum, scilicet, tēpus, & causam, prout optimè noster hic ea declarat, & Hippolytus Riminaldus, in repetitione L. vt vim nu. 180. de iustitia & iure, folio trigesimo secundo, columna prima, secundum impressionem Venetam Francisci de Portonarijs, anni M. D. LXX. Blancus in sua practica criminali, fol. 146. numero secundo. Bolognetus, conf. 36. columna quinta, vers. verum si dicatur: Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. homicidium, num. 34. ver. scias tamen, fol. 48. columna prima, secundum editionem Francofurtensem.

Incontinenti) Incontinenti fieri dicitur, si fiat, antequam diuertatur ad actus extraneos, ad eum planè modum, quo pacta incontinenti facta, stipulationibus inesse creduntur, L. quadragesima, lecta, vers. dicebam, D. de rebus cre. in tantum verò incontinenti fieri debet, vt etiam probari debeat & articulari, quod fecerit in ipso actu siue flagranti crimine: per consequens aduocatus (vt stylo curiæ loquar) articulari debet, quod percussit, durante rixa, non verò post: aliàs, diceretur magis ultio, quàm defensio, secundum Ludouicum Carerium, in sua practica nouarum causarum criminalium, §. circa, nu. 109. fol. 109. col. 3. secundum impressionem Venetam, anni 1556. Illud quæritur, aliquem si quis aggressus fuerit, & ilicò fugerit, & percussus insequatur, & occidat eum, an dicatur

dicatur fieri incontinenti, sic vt dici possit, id ipsum fecisse ad defensionem sui corporis? & videtur quod sic, ex quo non diuertit ad actus extraneos, qua de re latissimè Ludouicus Carerius, in sua practica noua causarum criminalium, §. circa, numero 107. & multis seqq. vers. circa secundum, fol. 109. secundum impressionem Venetam:

Si potest) Non sine mysterio dicit, eum debere fugere, vt annotarunt Ludouicus Carerius, in sua practica noua causarum criminalium, §. circa, num. 131. circa finem, vers. iure autem canonico: Damgouderius in sua praxi rerum criminalium, cap. 76. titulo, cui permissum occidere, numero nono, siquidem probabiliter dubitaret, ex fuga se moriturum, puta, quia aduersarius cursu magis valet, aut quia lubrica sit via, per quam fugere deberet, atque ita timeret sibi à casu, vel ab insecutione: tunc, omnino non tenetur fugere, secundum Felinum, in cap. suscepimus, in fine, ext. de homicidio.

Quod sic) Hanc eandem sententiam sequitur excellens I. V. Doctor. ac eques auratus, D. Iodocus Damhouderius, in sua praxi, rerum criminalium, cap. 76. titul. cui permissum occidere, numero septimo, vers. quocirca præfata venia, per L. scientiam, §. qui cum aliter, D. ad legem Aquiliam, per Clementinam, vnicam, de homicidio, cum ibi notatis à Zenzelino & Ancharano, & per cap. primum, 23. quæstio. 3. vbi Christus dicitur, à facie Herodis aufugisse in Ægyptum, cum tamen potuisset se defendere, vel, occultu instinctu, manus Iudæorum in He-



rodem conuertere, prout ait glossa in cap. suscepimus, ext. de homicidio: eam quoque sententiam videtur amplecti Ludouicus Carerius in sua practica noua causarum criminalium, §. circa, numero 131. circa finem, vbi tradit, quod in foro conscientiae, teneatur fugere, per ea, quae notat Anania, in cap. suscepimus, ext. de homicidio, & Panormitanus in cap. significasti, ext. de homicidio: Vnde, si quis inferat, ergo, nunquam prouocatus excusari poterit: quia, semper verum erit dicere, quod fugere, seu fuga sibi consulere potuerit: ecquis enim sic ab alio prouocatur, qui, si velit, aliquas inuenire latebras fugiendi, non possit? vti que casus hic Coloniae nuper accidit, ex comitatu namque Reuerendissimi Iulij Episcopi Herbipolensis, nobiles duo Germani, Rhenum traicere cum vellet, in medio Rheni, à nautis, qui eos Tuitiura vehendos susceperant, inuadebantur: ecquis autem Rheni sic hospes, qui non videat eo casu nullum fugae locum fuisse? praeter ea, quae superius attulimus exempla, in quibus fugae locum non dedimus.

Dedecus fugiendi) Huius occasione forsitan Bart. in L. vt vim, D. de iustitia & iure, & ibidem Aquensis, numero 123. Riminaldus, num. decimo nono, Baldus in L. prima, collatione 5. C. vnde vi, rursus in capite primo, §. primo, de pace tenenda, in feudis, Aretinus in §. ius autem gentium, inst. de iure naturali, Ludouicus Carerius, in sua practica noua causarum criminalium, §. circa, num. 131. vers. tandem Bartolus & Aegidius Bossius in tractatu criminum, titulo, de ho-

de homicidio, num. 86. distinguunt, an sit persona nobilis, an verò ignobilis, puta rusticus, aut ex plebe: si quidem rusticus sit, aut plebeius, haud ei fuerit (inquiunt) ignominiosum fugere: secus, in nobili, quae propter nobilitatem (inquiunt) omnino non tenetur fugere: sed Andreas Tiraquellus de nobilitate, capite vigesimo, num. 64. Bertrandus, conf. 290. nu. 10. lib. tertio, parte prima: rursus, conf. 128. numero primo, libro septimo, Didacus Couarruias, in repetitione Clementinae, si furiosus, numero quarto, Vasquius illustrium controuersiarum, libro primo, capite decimo octauo, numero vigesimo, Petrus Placa, in epitome delictorum, libro primo, capite vigesimo octauo, numero decimo, & seq. postremò, Iulius Clarus, receptarum sententiarum, libro quinto, §. homicidium, numero duodecimo, circa finem, negat, in personis aliquam differentiam poni debere: quia, siue nobilis, siue rusticus ille fuerit, eadem ratio militat: ergo, idem ius, L. à Titio, D. de verborum obligat.

Caput duodecimum.

Certus locus in libello inferi debet. numero primo.
Loca reddunt iniuriam atrocem vel leuem. num. 2.

In maxilla eius dextra.

Et sic vides, quod certus locus, in quo iniuriatus est percussus, est in libello inferendus, & sic intelligo iura superius allegata: aliàs, non valeret; quia talia loca reddunt iniuriam atrocem vel leuem; sic D. de iniurijs, L. vulneris magnitudo, & L. prator edixit,

AA

xii,



178 PRACT. CRIMIN. DE
 xit, in principio, & §. finali, iunctis his, que notan-
 tur, C. de iniurijs, L. atrocem, circa principium.

Caput decimum tertium.

Quæstio. numero primo.
 Conatus non nocet, nisi sequatur effectus. num. 2. & 9
 Differunt actus & homicidij potentia. 3
 Ei qui se purgat, incurabit probatio purgationis. 4
 Nemo præsumitur habere suum sanguinem exosum. 5
 Præsumptio contra reum. 6
 Negatiua directè probari nequit. 7
 Indirectè quomodo negatiua probetur. 8

Et ipsum interfecisset.

1. *An autem iste, qui extraxerit gladium, & non occidit, seu vulnerat, teneatur pœna legis Cornelia, de sicarijs? videtur quod non per iura, que dicunt, de sicarijs? videtur quod non per iura, que dicunt,*
 2. *conatum non nocere, nisi effectus subsequatur, ut D. quod quisque iuris, L. prima, §. finali, & de pœnis, L. respiciendum, §. pen. & L. aut facta, §. fin. & de parricidis, alijs, patricidis, L. prima, in fine, cū ibi notatis, in qualibet legum prædictarū; in contra-*
 voluntas, *rium videtur, quia in talibus, voluntas, non exitus, non exitus*
inspicitur, ut d. L. prima, in fine, D. quod quisque iuris, & D. de sicarijs, L. diuus, & de calumniat. L. 3. & de falsis, L. si quis legatum, & de postulando, L. prima, §. ad bestias, & C. de sicarijs, L. is qui cum telo, & de furtis, L. fin. & L. si quis seruo, & de episcopali audientia, L. nemo, est lex 15. & de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, L. presenti, circa principium, & de Episcopis & clericis, L. si quis non dicam rapere, cum notatis in qualibet legū prædictarum, & de hoc planè notatur in feudis, de
 pace

pace tenenda inter subditos, & iuramento fir. §. homicidium quoque, super verbo, homicidium, et super verbo membrorum; tu dic, quod, aut non occidit, quia noluit; & tunc, non tenetur, sic notatur in d. L. diuus, & L. penult. D. de sicarijs, & de falsis, L. qui falsam, & de furtis, L. qui ea mente, in princ. & de pœnis, L. aut facta, §. euentus: aut non occidit, quia non potuit; & tunc, tenetur, sic intelligitur, textus D. de sicarijs, L. prima, in princ. & §. qui hominem, & d. L. si quis non dicam, C. de Episcopis & clericis, & L. presenti, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt; & in hoc casu, in quo non occidit, quia non potuit, non punitur, sicut si delictum perfecisset, imò mitius; ut est textus notabilis, D. de extraordinarijs criminibus, L. prima, §. fin. in fine; probare autem debet talis innuens, se non habuisse animum occidendi, ut C. de sicarijs, L. prima, alijs, daretur occasio malignandi, si crederetur simplici verbo eius, vel ipsius iuramento; cum nemo, se, seu sanguinem suum odio habere præsumatur, ut D. de bonis eorum, L. prima, et de falsis in hoc casu præsumatur deierare, ut est textus ad legem Iuliam pecul. L. fin. circa finem, quia præsumitur contra eum, per facti qualitatem, id est, quia sic fecit, præsumitur animum occidendi habuisse; propter armorum qualitatem, videlicet, si sunt immediatè parata ad occidendum, ut D. de sicarijs, L. prima, §. diuus: cum ibi notatis, super verbo percussit, licet, negatiua directè probari non possit, ut C. de probationibus, L. actor; probatur ut indirectè; hoc modo, quia amicus erat, vel filius,

M 2

vel

Negatiua



vel quia credebatur alium inuasorem percutere, vel quia sic leuiter percussit, vel cum posset percutere cum ferro percussit cum hasta, ut notatur in d. L. prima, §. diuus, super verbo, percusserit, D. ad legem Corneliam de sicarijs, ad legem Aquiliam, L. scientiam, §. qui cum aliter, & hoc probato, non liberatur ab omni poena, sed à poena legis Corneliae de sicarijs, ut C. de sicarijs, L. prima, & D. de sicarijs, L. 3. §. primo; ex quibus deciditur dubium, quod si associem aliquem volentem delinquere, qui non delinquit, non teneor, ad quod D. de furtis, L. si quis uxori, §. neque verbo, nam sola cogitatio non facit delictum, D. de furtis, L. prima, §. inde sola, & L. vulgaris, §. qui furti, & de poenis, L. cogitationis, & ext. de ordinarijs criminibus, L. prima, §. fin. in fine; quod intellige verum, nisi contra certam personam irent cum armis, vel ad certum maleficium perpetrandum, quia tunc tenerentur omnes, etiamsi non occidissent, sic intelliguntur iura superius allegata, & C. de sicarijs, L. is qui cum telo, & D. de act. et obligat. L. seruus, in fin. iunctis his quae notantur, D. de sicarijs, L. diuus, & L. fin. & ad legem Aquiliam, L. item Mela, §. si cum plures, super verbo, cum sit poena, & de vi publica, L. qui dolo, §. hac lege, & de iure immunitatis, L. 2. & 3. & ibi casus; item ex praedictis colligite, quod melius & utilius est cum gladio euaginato percutere aliquatim aduersarium, saltem cum manubrio gladij, vel cum ceruice, vel leuiter vulnerare, vel cum gladio euaginato scindere igna, vel virgulas, manus remouere, seu aliquid aliud simile facere (quemad-

mo-

modum solent facere homines caute) quam gladium extrahere, & nihil exinde facere, per L. primam, §. diuus, cum ibi notatis, D. ad legem Corneliam, de sicarijs.

Doct̃or Baert.

Conatum non nocere) Huius articuli meminit etiam superius hoc eodem libro, capite tertio, numero 75. rursus, infra, libro tertio: nos & ibi quid adferemus.

Voluntas, non exitus) An, & quando sola cogitatio puniatur, tam de iure scripto, quam de iure regni, prosequitur admodum late Ludouicus Carerius, in sua practica noua causarum criminalium, in repetitione L. obseruare, numero octauo, vers. in tantum requiritur dolus, & numero decimosexto, vers. an autem, pag. 52. columna prima, secundum impressionem Venetam, anni M. D. LVI.

Negatiua) Hac de re, plura scribit infra, libro secundo, circa finem, commodius & ibi nos aliquid adferemus.

Caput XIII.

Nisi per circumstantes prohibitus fuisset.

Nota hic de metu iniusto & iniusto, & materiam securitatis, quae est de his, qui ad Ecclesias confugiunt, L. denunciamus, & ibi tractatur.

M 3

Caput



Caput XV.

Quæstio.

Ignorans non obligatur, sed sciens.

Non cessanti, nihil officit.

numero primo.

numero 2

num 3

Ad animum suum reuocauit.

Sed quando poterit hoc dicere iniuriatus? si forsitan absenti (quod fieri potest, L. item apud, §. conuicium, & ibi gloss. super verbo, te absente, D. de iniurijs, & C. eodem, L. siquidem auiam) iniuria dicta sit, aut facta? dic, quod sufficit, quod à tempore scientiæ ad suum animum reuocet; sicut dicimus in alia materia, C. qui admitti ad bonorum possessionem, L. 2. & D. de appellat. L. prima, §. biduum, & C. de liberali causa, L. si is qui, cum ibi notatis, & de excusat. tutor. L. quinquaginta, & quomodo, & quando index, L. ab eo; nam scientiam, non ignorantiam obligare constat, ut C. de tabularijs, L. generali, lib. 10. & non potenti agere, nihil officit, ut C. de inofficioso test. L. contra maiores, cum ibi notatis, & D. de calumniator. L. annus.

Caput XVI.

Et adhuc reuocat.

An autem hoc sit necesse ponere in libello? dic

Remoueat iratus.

Orationē dominicā.

quod non, quia sufficit, si remaneat iratus, ut notatur, inst. de iniurijs §. finali, super verbo, reuocauerit; quomodo ergo poterit iste dicere orationem do-

minicam,

minicam, vel corpus Christi dignè sumere, vel celebrare, si sit sacerdos? nunquid erit necesse, primò talia remittere, & rancorem deponere? dic de omnibus istis et similibus quæstionibus, ut notatur ext. de celebratione Missarum, cap. de homine, iunctis bis que notantur in d. §. finali, instit. de iniurijs.

Doctor Baert.

Remaneat iratus) Hac de re diximus aliquid in superioribus, hoc eodem libro, capite tertio, numero sexagesimo secundo.

Additio antiqua.

Orationem dominicam) Quid sit oratio dominica? est, Pater noster. & cur dicitur oratio dominica? quia Dominus docuit nos orare.

Caput XVII.

Iniuriæ sunt æstimandæ per iniuriatum, num. primo.
Qualis æstimatio fieri debeat, numero 2
Quæstio. 3
Non est par, eademque ratio, emittere debita, & lucra non capere. 4
Æstimatio iniuriarum fit per iuramentum in litem. 5
Quæstio. 6
Maleficia non debent manere impunita. 7
Qui non habet in ære, luit in corpore. 8
Quæstio. 9
Quæstio. 10
De pluribus currentibus ad metam, pro præmio consequendo. 11. 13. 15. 17. 19. 25. 27. 29. 32.
De sacerdote consecrante plures hostias. 12
Difficultas iuris ciuilis. 14
Quædam licitè retinemus, quæ tamen petere nõ possumus. 16

M 4

Lau



Laus seruitutis, & lauer.	numero 18.30
Præsumptio iuris pro iuniore.	20.24
Fœmina tenerioris ætatis censetur, quàm masculus,	numero 21
Fœmina præsumitur primò mortua.	22
Masculus præsumitur primò natus.	23
Fortiora iura allegans, est audendus.	26
Bonus iudex variè ex personis, causisq̃ue definit.	28
In incertis locus est coniecturis.	31
Quæstio.	33
Quæstio.	34
Quæstio.	35
Forma libelli actionis, quòd metus causa.	36
Agit de concurrentia actionum.	37

Et eas tantum æstimat.

Æstimãde Hic vides, quòd iniuriæ sunt æstimandæ per in-

1. iuriatum, ut D. de iniurijs, L. iniuriarum æstimatio,
2. tio, cum ibi notatis, & debet fieri talis æstimatio, iuxta qualitatem & conditionem persona iniuriatæ, loci ubi fuerit iniuriatus, eorum quæ dicuntur, & personarum præsentium, ut notatur in feudis, de pace tenenda inter subditos, et iuramento fir. cap. primo, §. iniuria, & est textus in finali, C. de obsequijs patrono præstandis, L. penult. & C. unde vi, L. si quis, in fine, iunctis his, quæ notantur D. de negotijs gestis, L. Pomponius, La 2. in fine gloss. & de probat. L. cum de indebito; sed nunquid est necesse dicere, quòd mallet tantum amisisse de suo proprio patrimonio? dic quod sic; nam non sufficeret dicere, quòd nollet pro tanto, quia non est par, eademq̃ ratio, amittere siue admittere debita, & lucra non capere, ut C. de Codicillis, L. finali, & de iure deliberandi, L. fin. & ideo, tales æstimaciones habent

habent fieri per iniuriatum, medio iuramento, facta prius taxatione per indicem, & infra illam poterit iniuriatus iurare, non ultra, sic intelligo notata in d. L. iniuriarum æstimatio, D. de iniurijs, C. de sententijs quæ pro eo quod interest profertur, L. unica, & C. de sumptuum recuperatione, L. unica, lib. 10. quòd si iniuriatus sit pauper mendicans, nihil habens in bonis, an & ille iurabit hoc modo? cum talis non possit dicere, quòd mallet tantum de suo proprio patrimonio amisisse, cum nullum patrimonium habeat, est tamen aliàs probus homo: ut quilibet frater minor, dic quod iurabit sic; quòd mallet tantum amisisse, si haberet, vel uero tanta summa, siue pecunia caruisse, & hoc ideo, ne maleficium remaneat impunitum, D. ad legem Aquiliam, L. ita vulneratus, §. primo. sic glossa in L. iniuriarum æstimatio, D. de iniurijs, & similis; quid si iniuriatus nihil habeat, luet in corpore: sed nunquid actio iniuriarum queritur furioso? seu infanti? videtur quod non, cum talis non habeat animum, cum quo suas iniurias valeat æstimare, & eas ad suum animum reuocare, per iura antedicta, dic contra, quia licet contra ipsos agi non possit actione iniuriarum (cum eorum delicta remaneant impunita) eis tamen datur & acquiritur, ut D. de iniurijs, L. 4. quid autem in alijs actionibus, an eis detur, vel contra eos? dic, ut notatur D. de actionibus & obligationibus, L. si à furioso; quis autem æstimabit iniuriam factam tali furioso vel infanti? videtur quòd nullus; quia qui agit, debet æstimare, ut legibus allegatis; sed isti non habent animum, cum

M s

quo



quo estimant; ergo: sed videtur, quod eius curator, D. de furtis, L. interdum, §. qui tutelam, imò videtur, quod nullus, ratione incertitudinis et ambiguitatis; iuxta notata D. de pactis, L. veteribus, in fine glosse, et de usufructu, L. quoties, vers. si verum duo, et L. sed & si quis, §. adhuc, eodem titulo, et de in diem adiectione, L. cum duo serui, cum sua glossa, & de tritico, vino, & oleo legato, L. questum, §. si quis, & de manumissis testamento, L. cum ex pluribus, & de acquirendo rerum do. L. quicquid, in fine, de stipulatione seruorum, L. si ita, aliàs incipit, si frumentum, aliàs, si tormentum, & C. de seruitutibus, L. in pertractandis, circa principium, & de fide instrumentorum, L. questum, §. si quis, et quibus modis usufructus amittatur, L. 2. in fine, et de seruitutibus rusticorum prediorum, L. itinere, et de rebus dubis, L. qui fuerit, et de testamentaria tutela, L. duo sunt Titii, et de rei vindicat. L. idem Pomponius, circa finem glosse, et C. de fide instrumentorum, L. scriptura, et de codicillis, L. cum proponas, & de edicto diui Adriani tollendo, L. fin. tu dic verius, quod index dictas iniurias, infanti seu furioso factas, estimabit, sic fit in lege Cornelia, ut D. de iniurijs, L. constitutionibus, in fine, & habebitur ratio interesse furiosi seu infantis, D. si quis cautionibus, L. penult. ex predictis legibus, potest studiosus, volens arguere seu respondere, sic incipere; domini, quia nemo debet procedere sub incerto; ut mihi videtur, presentis questionis dubitatio potest colligi in compendio sub his verbis, & c. vel sic; quia in disputandis questionibus

nibus, est vis questionis primitus declaranda, ut D. de acquirenda possessione, L. quorundam, vlt. resp. iunctis his qua notantur, D. ad legem Rhodiã de acta, L. finali, in fine glosse; ideo, & c. rursus, ex predictis legibus et glossis deciduntur ista dua questiones, & eis similes; una videlicet, si preconizetur, quod primò currenti ad mutonem, detur mutus; & duo insimul intersunt, quod nullus habere debeat, ratione incertitudinis, per iura suprã proximè allegata; imò videtur, quod ratione incertitudinis sit veritas inquirenda, ut D. si quis cautio: L. si eum, circa principium, cum ibi notatis: alia, de sacerdote habente intentionem consecrandi decem hostias duntaxat, in casu, in quo erant viginti, quod nulla sit consecrata, ratione incertitudinis, per iura superius allegata: sed reuertendo ad priorem questionem, videtur, quod in prima questione fieri debeat diuisio inter eos, ut D. de legatis 2. L. Titio aut Seio, §. fin. & in procerio Digestorum, §. in reliqua, cum ibi notatis, super verbo Græco, & de vulgari et pupillari subst. L. ex duobus, in princ. & de legatis 2. L. que filiabus, §. primo; imò videtur, quod ambo admittantur, ut D. de testamentaria tutela, L. si quis filiabus, & L. si quis ita, §. primo, et C. de fideiussoribus minor. L. cum inter veteres, C. de donationibus, L. scimus, et de transaction. L. finali, imò videtur, quod sit locus gratificationi, ut D. de regulis iuris, L. fin. in princip. cum legibus ibi allegatis, circa principium glosse (ex ista autem theoria iuris, potest quicunq; perpendere, & in mente sua recolligere, quanta subtilitas sit in iure civili; et ideo

11.

Veritas inquirenda.
12.
De sacerdote.

13.

Ambo.

14.



ideo, non mirum, si iurisperiti, de quaestione dubia, diuersi diuersa dicant, cum tot vias, & tot capita habeat ius civile) quod si vnus illorum sit de parentela illorum, qui illud fecerunt praekonizari, & alter non, quod ille de parentela, sit praefendus, per theoricam undecimam de adoptionibus, imò, videtur è contra, per contraria dicta theorica, imò videtur, quod forte dirimatur, ut D. de iudicijs, L. sed cum ambo, C. communia de legatis, L. si duobus, & inst. de legatis, §. sed ex constitutione nostra, super verbo, forte; imò videtur, quod debeant eligere vnum procuratorem, ut D. de liberatione legata, L. huius, §. finali, et de usufructu, L. si cuius, §. denique, & de adilitio edicto, L. quod si nolit, §. si plures, cum legibus ibi allegatis, adde hic octauam theoricam, de statu hominũ, quae incipit, nota quod quis habet per alium; imò videtur, quod debeat compelli per iudicem, quod communicent inter se, ut D. de usufructu, L. equissimè, cum ibi notatis, super verbo, impedierit, & de arbitris, L. si in seruum, §. si iudex, & in Auth. de mandatis principum, §. denique, cum ibi notatis, super verbo, pacem, collat. 3. & ut litigantes iurent, §. quia verò causa, collat. 9. & inst. de satisfactione tutorum, §. si autem ipsi tutores, super verbo, partes; imò videtur, quod dignior habere debeat, ut D. de statu hominum, L. prima, & 2. & C. de officio rectoris prouinciae, L. potioris, & D. de eo quod certo loco L. 3. §. proinde; imò videtur, quod ille, qui primus erat scriptus in registro currentium, ut D. de usufructu, L. quoties, cum ibi notatis, et de heredibus, inst.

inst. L. qui soluendo, & de legatis 2. L. cum pater, §. penult. & pro huius intellectu, pone theoricam secundam in proemio Digestorũ, in parua papyro; imò, quod si vnus sit extraneus, aliter propinquus et vicinus, videtur, quod ille, qui propinquus est & vicinus, habere debeat, ut D. de iustitia et iure, L. veluti, quia omnis charitas bene ordinata, incipit à seipso, secundum Apostolum; imò è contra, quia plus forte laborauit extraneus, & dic de hoc, ut habes, C. ne filius pro patre, Auth. habita in magna papyro; imò videtur, quod nobilior, L. unicuique, C. de proximis sacrorum scriniorum, lib. 12. imò videtur, quod pauperior, ut C. de Episcopis et clericis, L. si quis ad declinandam, in princ. et §. ibi autem indistincte pauperes, et L. nulla, et D. de officio praesidis, L. illicitas, §. finali, cum ibi notatis, et D. mandati, L. si procuratorem, §. si ignorantes, in fine, et de excusationibus tutor. L. propter paupertatem, et ext. de testibus, capite primo, in principio, imò videtur, quod ille, qui magis utilis est toti societati, debeat illud habere, ut D. de seruitutibus urbanorum praediorum, L. in re communi, et D. pro socio, L. actioni, §. Labeo, et C. de libertis et eorum lib. L. secunda, cum concordantijs; imò videtur, quod ille, qui reperitur in possessione rei, quia possidentis potior est conditio, ut D. de rei vindicatione, L. si à Titio, et L. sine, §. si duobus, cum ibi notatis, et de actio. empt. L. si eares, §. fin. et de pignoribus, L. si debitori; sic intelliguntur iura, quae dicunt, quod quadam licite retinemus, quae perire non possumus, ut habetur in theorica de iurcurando, quae incipit, nota

16.
17.
Licite retinemus.



nota quadam retinemus; imo quod ditior, ut D. de fide instr. L. fin. cum legibus ibi allegatis, super verbo, bonorum, iunctis his que notantur extra de appellation. cap. constitutus, super vers. impotentiam, & D. de pactis, L. maiorem, cum legibus ibi allegatis, super verbo, dignitate, ad quod D. de rebus dubijs, L. utrum, §. fin. & de collatione bonorum, L. si emancipatus, & in Auth. de defensoribus ciuitatum, §. primo, iunctis his que notantur, D. pro socio, L. societatem, & de rebus dubijs, L. utrum, §. finali, & C. de impuberum, & alys subst. L. prima, & C. de apochis publicis. L. fin. & de muneribus patr. L. fin. lib. 10. imo videtur, quod senior preferatur, ut D. de fide instr. L. fin. nam semper veneranda est & preferenda senectus, ut D. de iure immunitatis, L. semper, iuncta L. cum quis, cum ibi notatis, D. si certum pet. & argumento D. de Albo scribendo, L. prima & 2. et de vacatione et excusatione muner. L. una, in fine, et in Auth. de appellat. §. illud. collat. 4. & C. de officio rectoris provincie, L. potioris, & de captiuis & postliminio reuersis, L. Postliminium, in fine, et C. de decurionibus, L. Alexandrum, in fine, libro decimo, & C. de postulando, L. providendum, & D. de tabulis exhibendis, L. finali, & in Auth. de monachis, §. cogitandum, & in feudis, hic finit lex Frederici, §. imò videtur, quod iunior, quia in dubio, secundum iuris presumptionem, de eo est magis presumendum, quod citius fuerit, cum sit leuior & facilius ad currendum; sic lex presumit in masculo et foemella, quia foemina est magis tenera etatis, quam masculu-

18.
Senectus.

19.

20.

21.

masculus, ideo, inquam, presumit lex in dubio, quod citius fuerit mortua foemella, quam masculus, ex quo non appareat, quis ipsorum prius decesserit; & 22.
ita presumit etiam lex, quod masculus, prius natus 23.
fuerit quam foemella, ut est casus D. de religiosis, L. si possessor, cum ibi notatis, super verbo, decesserit, iuncta L. precipiunt adiles, D. de adilitio edicto, & iunctis his que notantur D. de statu hominum, L. idem, sic et D. de rebus dubijs, L. si fuerit, §. fin. quod autem iunior, leuior & facilius presu- 24.
matur in dubio, textus est expressus in d. L. precipiunt adiles, circa principium, D. de edilitio edicto, & apparet ex illis, que notantur D. de act. onibus & obligation. L. si idcirco, §. proinde, super verbo, salua facere, in fine glossa, & idem D. de preser. L. aut damnum, §. quicumque: imò videtur, quod si vnus illorum incipit de nouo currere, quod ille habere debeat, & preferatur alteri qui alias cucurrit ad mutonem, ut in Auth. de monachis, §. ordinatione, super verbo, tempus, collat. prima, iunctis his que notantur in Auth. de defensoribus ciuitatum, §. audierit, super verbo, iudicet; imò videtur, 25.
quod ille, qui pro se habet plures rationes, fortiores, & equiores, ut D. de inofficioso test. L. nam etsi, circa principium, & in Auth. de consanguineis et 26.
uterinis fratribus, §. fin. et de adoption. L. cum in adoptiuis, nam fortiora iura allegans, in dubio est audiendus, ut C. communia de successionibus, Authen. itaque, et de edicto diui Adriani tollendo, L. 3. et istam credo veriore, iuxta textum in feudis, hic finit lex Frederici, & incipit regni consuetudo, 27.
cap.



cap. primo, §. ad hoc quantumcunque, ubi dicitur,
 28. quod bonus index variè ex personis causisque defi-
 29. niat, & ideo dic, quod prima via habet locum, &
 etiam secunda, ubi non apparet aliàs de voluntate
 ordinantis, et ordine scriptura, quia, nisi inter se
 consentiant, videtur, quod nullus habere debeat, ra-
 tione incertitudinis, sic loquitur d. L. quoties, cum
 sua glossa, D. de usufructu; tertia habet locum, ubi
 negotium posset expediri sine praiudicio alterius, et
 inter illos qui certant de lucro, & qui sunt aequales;
 quo casu, est locus gratificationi: aliàs, non, ubi cer-
 tarèt de damno vitando, et essent inaequales, sic intel-
 ligitur glossa in L. fin. D. de religiosis & sumptibus
 funerum: cum iuribus pro et contra ibidem allega-
 tis; quarta via habet locum, ubi ius tertij non lade-
 retur, & ius esset incertum, factum verò certum; sic
 loquitur L. sed cum ambo, D. de iudicijs, et C. com-
 munia de legatis, L. fin. si autem ratione proprij iu-
 ris, quod erat commune; & commiscendo, ius tertij
 ladi posset, nō dirimitur sorte, sic loquitur d. L. quo-
 tiens, cum ibi notatis, D. de usufructu, & idem es-
 set, si ius tertij non laderetur, & ius esset certum, fa-
 ctum verò incertum, ut notatur C. uti possidetis,
 L. vnica, super verbo, prohibebitur, in fine, & idem
 esset, si non ratione proprij iuris, sed officij, quod esset
 commune, quia tunc, sorte etiam non divideretur,
 ut institut. de satisfactione tutor. §. sin autem, cum
 glossa prima; quinta via habet locum, cum aliàs per
 plures negotium commodè sine praiudicio, alterum
 expediri non posset, & omnes certant de lucro, &
 sunt aequales; sexta via et septima habet locū, ceteris
 paribus

paribus, secus autem si iuniores essent meliores, quia 30.
 in dubio, pro senectute esset interpretandum, ut D.
 de albo scribendo, L. vnica, in fine, secus tamen esset,
 ubi constaret de contrario, quia in incertis, & non 31.
 certis, est locus coniecturis, ut D. de verb. obligat.
 L. continuus, §. cum ita: octava habet locum, ubi 32
 apparet questio ex sequela rei. & tunc, semper in-
 dubio magis antiqua causa, praefertur in ordine, ut
 D. de solutio: L. prima, & L. nec enim: noua via
 intelligitur, ubi in nobilitate generis, virtutum no-
 bilitas, vitaeque honestas, reperitur, ut ext. de pra-
 bendis, cap. penult. & C. de decurionibus, L. sub-
 eunda, lib. 10. alia via, quod, videlicet, dignior habe-
 re debeat, intelligitur, nisi sequatur absurditas, ut
 D. de separat. L. debitor, in princ. sed quae est diffe-
 rentia, inter actionem iniuriarum, & Aquiliae? dic,
 ut notatur, D. de procuratoribus, L. licet, §. primo,
 super ver. publica, sed qualiter formetur libellus,
 super actione iniuriarum? dic, ut notatur, D. de in-
 iurijs, L. prator edixit, in princ. sed nunquid actio
 iniuriarum, & quod metus causa concurrunt? dic,
 quod non, quia actio quod metus causa, non habet
 locum, nisi quando metum patiens fuerit compul-
 sus, ad aliquid faciendum: vel dicendum, secus in
 actione iniuriarum, unde, in actione quod metus 36.
 causa, formatur sic libellus, ait talis contra talem,
 quod per metum, ipsum impulit vendere, & trade-
 re talem suum librum, quare petit, ut sibi tradat,
 & si differat vsque ad sententiam, petit ipsum
 sibi condemnari in quadruplum, ut C. locati &
 conducti, L. conductores, sed actio quod metus cau- 37.
 sa,

32.
Differētia34.
Formetur
libellus.

35.

36.
Ait talis.

37.



sa, doli, & aquilia bene concurrunt, quia ubicun- que habet locum actio, quod metus causa, vel de do- lo, similiter & actio legis Aquilia habet locum, sed non è contra, ut notatur, D. ad legem Aquiliam, L. qui occidit in sine glossa, super verbo, fecisse vi- detur.

Doctor Baert.

Æstimande) Illud quæritur, an necesse sit omnino, quod iniuriatus, cum iuramento taxet in libello iniuriam sibi illatam? respondeo, quod non: sed sufficit, quod in libello exprimat aliquam summam, salva taxatione iudicis, qui postea edoctus de iniuria, ante sententiam moderabitur & taxabit eandem iniuriam, deinde deferet iniuriato iuramentum in litem, prout ait inferius, nu. 5. porro iniuriatus, habebit iurare minus, vel vsque ad summam taxatam, non verò ulterius, ut in eodem capite, num. 5. rectè tradit Iacobus hic noster de Bello Visu, & est communis theoricæ, secundum Bertrand. consil. 74. nu. 6. lib. 8. & Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. iniuria, nu. 6. vers. sed nunquid, folio 63. col. 2. secundum impressionem Francofurtensem Nicolai Basæi, Anni 1576.

Nihil) Hunc articulum latè prosequitur ex neotericis, Fredericus Schenck ex Baronibus de Tautenberch, in sua triade forensi, titulo, de liberto actore vel reo, cap. 4. & Iodocus Damhouderius, eum referens, in sua praxi rerum criminalium, cap. 19. titulo, de relaxatione carcerum

carceratorum, num. 15.

Luet in corpore) Per L. ult. D. de iniuria vocans do, & L. primam, §. generaliter, D. de pœnis, qua de re tractat, idem hic noster Iacobus de Bello Visu, infra lib. 3.

Veritas inquirenda) Ita P. Scipio, qui nomine victæ abs se gentis est nobilitatus, expugnata Carthagine noua, cum muralis corona danda esset ei, qui primus murum ascendisset, duoque profiterentur, Q. Trebellius, centurio legionis quartæ, & Sex. Digitius, socius naualis, nec ipsi tam inter se acriter contenderent, quàm studia excitauerant, vterque sui corporis hominum: socijs, C. Lælius, præfectus classis: legionarijs, M. Sempronius Tuditanus, aderat: ea contentio cum prope seditionem veniret, Scipio, tres recuperatores cum se daturum pronunciaffet, qui cognita causa testibusque auditis, iudicarent, vter prior in oppidum transcendisset, C. Lælio, & Sempronio, aduocatis partis vtriusque, P. Cornelium Caudinum, de medio adiecit, eosque tres recuperatores, considerare, & causam cognoscere iussit, cum res eo maiore ageretur certamine, quod admoti tantæ dignitatis, non tam aduocati quam moderatores studiorum fuerant: C. Lælius, relicto consilio, ad tribunal ad Scipionem accedit, eumque docet, rem sine modo ac modestia agi, ac prope esse, ut manus inter se conferant: cæterum, etiamsi vis absit, nihilominus detestabili exemplo rem agi, quippe, vbi fraude ac periurio decus petatur virtutis: stare hinc

N • legio-



legionarios milites, hinc classicos, per omnes deos paratos iurare magisque velint, quã quã sciant vera esse, & obstringere periurio, non se solum suumque caput, sed signa militaria, & Aquilas, sacramentique religionem, hæc se ad eum de sententia P. Cornelij, & M. Sempronij deferre: Scipio, collaudato Lælio, ad concionẽ vocavit, pronunciauitque, se satis compertum habere, Q. Trebellium, & Sex. Digitium, pariter in murum ascendisse, seque eos ambos virtutis causa, coronis muralibus donare, Lilius historiæ Romanæ, lib. 26. seu decade 3. lib. 6.

De sacerdote) Hanc quæstionem Theologis examinandam relinquo, ne sutor vltra crepidam.

Ambo) Sic enim Cumani, cum Hetruscis, superi maris accolæ, suis sedibus à Gallis pulsos, cum his Umbros, & Daunios, aliosque nonnullos Barbaros deuicissent, pace reddita, & sacro dijs peracto pro victoria, sepultisque honorificè, qui in pugna ceciderant ciuibus, magna contentione certaretur, cuiam deberetur prima corona ob rem fortiter gestam (nam synceri iudices Aristodemum, hoc honore dignabantur, plebe quoque fauente, potentiores autem ciues, & Senatus propensiores erant, in Hippomedontem magistrum equitum) cum inquã ex hoc ambitu, oriretur quodammodo seditio, veritatu maiores (penes quos optimates, tunc erat Cumana Respub. plebs autem non multum poterat) ne in arma & cædes exiret contentio, persuaserunt vtrique factioni, vt ambo viri ex æquo honorarentur.

Licite

Licite retinemus) Hac de re copiosius egit hoc eodem libro, cap. 10. nu. 58. diximus, & nos aliqua superius ibidem super verbo, nil debet habere, meminit & Antonius Contius, acerrimi politissimique iudicij vir, disputationum iuris ciuilibus, libro 1. cap. 14. vers. sed tria illa.

Senectus) Quanta fuerit olim senectutis ratio habita, passim declarant historiographi, quin apud Lacedæmonios quasi capitale fuit, si iuuenis vetulo non assurrexisset, aut si barbato cuicumque puer.

Differentia) Dic esse differentiam, quia actio legis Aquiliæ, pertinet ad damnum culpa datum, sed actio iniuriarum tendit, ad contumeliam vindicandam, L. item apud Labeonem §. si quis seruo, iuncta glossa ibidem in verbo, altera, & in L. prætor edixit, §. primo, in verbo, actionem, D. de iniurijs.

Formetur libellus) Quomodo formetur libellus actionis iniuriarum, & quid iniuriatus probare debeat, admodum latè tradidit in superioribus, idem hic Iacobus noster de Bello Visu, cap. 3. num. 35. & 82. vers. vnde, in ista actione.

Aut talis) Hæc sunt ipsa formalia verba, libelli actionis quod metus causa, secundum sententiam nostri Iacobi de Bello Visu.

Caput XVIII.

Aestimatio iniuriarum facta per partem, taxatur per iudicem. numero primo.

Quæstio. 2

iudicij est facienda fides. 3

N 3

Salua



Salua iudiciali taxatione.

- i. **Refrenari.** *Qui talis taxatio facta per partem, debet re-
frenari per iudicem, iuxta notata, C. de sumptuum
recuperatione, L. unica, lib. 10. & D. ad legem A-
quiliam, L. sed et si quemcumque, §. primo, super
verbo, contumelia, iuncta L. cum apud, circa medi-
um, vers. expenses, C. de bonis auctoritate iudicis
possidendis, & C. unde vi, L. si quando, sed nunquid
libellus iniuriarum, est iudici ostendendus antequam
recipiat? dic quod sic, quia sub iudice lis est, iuxta
notata, C. de pignoratitia act. L. si creditor, super
verbo, perdidisse, ad quod, C. si quis Imperatori ma-
ledixerit, L. 1. in fine, cum ibi allegatis in fine glossa,
& D. ad legem Aquil. L. item apud, §. ad iudicem, et
L. sed si unus, §. ait prator, & L. lege Cornelia, §. 1.
& finali, in fine, iuncta L. nullus, vers. cum aliquan-
do, C. de iudicijs, & de accusationibus, L. qui expli-
candi, sic intellige iura que dicunt, quod iudici est
fides facienda, id est, libellus tradendus, ut D. de pro-
bat. L. 50. cum ibi notatis, & de questionibus, L. ma-
ritus, & C. qui bonis cad. L. 1. cum ibi notatis, super
verbo, iudicibus, & de testibus, L. eos, & de non
numerata pecunia, L. 1. in princ. glossa, iunctis his
que notantur, ext. de libelli oblatione, cap. 1. & D. de
officio assessoris, L. 1. cum ibi notatis.*

Doctor Baert.

*Refrenari) Vide Bertrand. conf. 74. nu. 6. lib.
8. & Iulium Clarum receptarum sententiarum,
lib. 5. §. iniuria, nu. 6. vers. sed nunquid in libello
fol. 63. col. 2. secundum impress. Francofurtens-
sem Nicolai Bassai, anni 1576.*

Osten-

*Ostendendus) Illud etiam quæri posset, & ma-
gis ad propositum, videlicet, an libellus fieri
debeat in scriptis? Bartholomeus enim Salyce-
tus, in L. penult. num. 2. C. de accusationibus,
putat in scriptis accusatorium libellum non esse
proponendum, sed sufficere verbalem accusa-
tionem, quæ tamen à tabellione redigatur in
scriptis, iuxta formam, L. libellorum, D. de ac-
cusat. Contra Bart. in extrauagante ad reprimendum,
in verbo, per inquisitionem, nu. 33. omnino vult in
scriptis libellum iniuriarum porrigi, quicquid autem sit de iure, ego praxim
cuiusque iudicij, seu stylum curiæ, diligenter
obseruandum, quin ei standum puto.*

CAPUT XIX.

Condemnatus de iniuria vel pactus, est infamis. nu. 1
Exceptio. numero 2
Exceptio. 3
Quæstio. 4

Finaliter condemnari.

*Vnde, cōdēnatus de iniuria, vel pactus, dando pe-
cuniā, est infamis: aliā, nō: si gratis, vel ratione iu-
ramēti, vel iussu iudicis cōposuerit, ut C. ex quibus
causis infamia irrogetur, L. nō dānatus, cū ibi not.
& D. de his qui notant infamia, L. furti, §. pactus,
cū ibi notat. & in L. athletas, in fin. glos. qua est ad
hoc notabilis, & in quib. casibus, cōdēnatus infame-
tur? dic, ut in prædict. glos. notatur: & hoc verū, nisi
causa ducatur p̄ procuratorē: quod fieri potest, ut D.
de iniurijs, L. non solum, §. agere iniuriarum, & L.
sed si unus, §. procuratorem, & §. idem Iulianus, et
D. de his qui notantur infamia, L. furti, §. si quis*

1.
Infamis.

2.

3.
Quod fieri
potest.

N 4

aliena,



aliena, quia tunc fertur sententia, contra procura-
torem praesentem, ut D. de procuratoribus, L. licet,
& si plures, & L. qui proprio, in princ. & de negoti-
is gestis, L. liberto, §. primo, & C. de sententijs, &
interlocutionibus omnium iudicum, L. prima, &
hoc verum, si procurator praesens fuerit in tota
causa, vel factus fuerit dominus litis, per litis con-
testationem, sic notatur, in d. L. prima, C. de senten-
tijs & interlocutionibus omnium iudicum, & fuit
opinio Ioannis, & pro hoc, D. de procuratoribus, L.
qui proprio, in princ. nec erit aliud in sententia qua
in libello, quia dominus erit cum effectu condemna-
tus, contra quem fiet executio, ut notatur in d. L.
liberto, §. primo, D. de negotijs gestis, & D. de his
qui notantur infamia, L. furti, §. si quis alieno, &
sic non obstat, L. ut fundus, D. communi diuidun-
do, quia ad petita condemnabitur, & factum non
mutatur, licet quaedam qualitas seu forma sit mu-
tata, D. de noxalibus, L. in delictis, §. si de racta,
iuncta L. si marito, §. si voluntate, D. soluto matr.
& pro hoc, D. de euictionibus, L. si id-o, §. primo, si
autem procurator fuerit praesens in sententia dun-
taxat, vel post litem contestatam, & dominus ab-
sens, & tota causa fuit agitata per dominum, vel
litis cum eo contestata: tunc, dominus est vocandus
tempore sententiae, & si non veniat, procurator pra-
esens, & dominus absens sunt condemnandi, & sic
dominus est infamis, in causa iniuriarum, sic intelli-
gitur, C. de sententijs, & interlocutionibus omnium
iudicum, L. prima, cum ibi notatis, & D. de nego-
tys gestis, L. liberto, §. primo, cum ibi notatis, &
quia

Non ob-
stat.

qua notantur in d. L. qui proprio, in princ. D. de
procurat. nec obstat, inst. de satisfat. §. plaris, ubi
habetur, quod procurator tenetur facere, quod do-
minum representet tempore sententiae, quo ad hoc ut
contra ipsum feratur sententia, quia id potest intel-
ligi in illis, in quibus non potest proprie adaptari,
condemnatio in personam procuratoris, seu senten-
tia, propter naturam actionis, ut est causa matri-
monialis, & causa fractionis, & redintegrationis
saluegardiae Regiae, & similes: quia in illis potest
concedi, quod etiam feratur contra dominum: un-
de, de facto seruatur, & secundum usum curiarum, De facto
seruatur.
quod uterque condemnetur, ut omnium seruetur
opinio, ut notatur in d. L. prima, in fine, C. de sen-
tentijs & interlocutionibus omnium iudicum, ad
quod, in Auth. ut omnes obediant iudici prouincia,
& si vero alter, cum ibi notatis, collat. s. secundum
autem iura Canonica, non est vis, in eius persona
sententia feratur, ut notatur, extra, de probat. cap.
licet, in fine, alibi tamen dicit glossa, quod tutius est,
quod uterque condemnetur vel absoluetur, ext. de
electione, cap. querelam, in magna glossa: unde, pro-
curator rei, debet tantum facere, ut iudex nullam
mentionem, faciat de domino absente in condemna-
tione iniuriarum, ut in Auth. ut omnes obediant
iudici prouinciae, §. sine igitur, & prodest ut ita
fiat, propter illa quae notantur, D. de iniurijs, L. di-
uus, in principio glossae. sed quae sit poena in ista inu-
riarum? dic, ut D. de minoribus, L. fin. cum ibi no-
tatis, & notatur, C. de dignitatibus, L. 2. lib. 12. de
alijs verbis libelli, dic, ut plene dixi in alio tractatu,

N s

quem



Ciuiti.

quem modo feci, qui solamen aduocatorum nuncupatur, & huc vsque fuit actum de ciuili, nunc de criminali est agendum.

Doct̃or Baert.

Infamis) Hoc intellige vt procedat, quando iniuria fuerit atrox: aliàs enim, non efficitur infamis, & ita tenent omnes Doctores, vt ait Angelus in L. infamem, in primis verbis, D. de publicis iudicijs, prout illum refert, Aug. ad Ang. de maleficijs, in verbo, dictum Sempronium, sub nu. 4. & in verbo, verba iniuriosa, post nu. 17. sed certe Angelus, ibi non ita dicit: sed primò ait, quod damnatus pro graui iniuria, secundum omnes, efficitur infamis: deinde subdit, sed & pro modica damnatus, videtur infamis, & sic apertè inclinatur, in eorum sententiam qui dicunt, quod etiam damnatus pro modica iniuria, efficiatur infamis, Felynus in cap. cum te, nu. 9. ext. de re iudicata, Corsetus de minimis, in 2. parte, vers. 26. quem refert practica Conradi, fol. 408. nu. vigesimo primo.

Quod fieri potest) Quando, procurator pro reo criminoso accusato, vel inquisito interuenire possit, & quando reijciatur? explicant latissimè simul elegantissimè, Ioannes Robertus Aurelius, sententiarum iuris libro secundo, cap. 3. folio 97. Iulius Clarus, receptarium sententiarum libro quinto, §. vlt. practica criminalis, quæst. 32. in princ. & Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium, lib. 1. quæst. 80. fol. 54. col. 4. rursus, libro secundo, centuria tertia casu 264. folio 237. col. 4. secundum impressionem Fran-

Francofurtensem, Anni M. D. LXXVI.

Nō obstat) Cōmodè videtur hæc obiectio vergere ad hoc, quod antea proximo capite dixit, in actione iniuriarum fieri, condemnationem ad æstimationem iniuriæ illatæ, poterat enim quis instare, sententia libello conformis esse debet, L. vt fundus, D. communi diuidendo, sed pretium, non est res: nec è contra, prout admodum latè declarauimus in libello nostro, quem inscripsimus extraordinarias lectiones, in explicatione L. vnice, C. de sententijs, quæ pro eo quod interest proferuntur, in prolegomenis, nu. 9. rursus, nu. 15. pag. 21. & 24. secundum impressionem Coloniensem Materni Cholini, anno 1579. ergò, si condemnatur ad æstimationem iniuriæ, videtur ad aliud condemnari, prout admodum latè diximus in eodem nostro libello, in explicat. L. vinū, nu. 18. & seqq. super verbo, æstimatio, pag. 175. D. de reb. creditis, quod est contra L. vt fundus, D. cōmuni diuidendo, & L. fin. D. de fideicommissarijs libertatibus.

De facto seruatur) Hodie de stylo curiæ seruatur, vt in omni causa dominus ipse condemnatur, & illius solius tam condemnatio, quàm mentio fiat, quia procuratores & aduocati, tanquam media seu maui instrumenta, tantum seruiunt ad causam defendendam.

Ciuili) Transitem facit ad sequentem tractatum, quem priusquam aggrediamur, operæ pretiū fuerit ante diligenter examinare, quid iudicium ciuile, quid criminale vocetur, nullis enim vocabulis, Iuris interpretes, eosq; secuti pragmatici, frequētius vtuntur, quàm iudicij ciuilibus, & iudicij



dicij criminalis: exinde, non satis inter eos conuenit, quid sit iudicium civile, quid criminale? nam Constantinus Harmenopulus, in suo iuris promptuario, libro primo, titulo secundo, rubrica, quid civile sit, quid item criminale? civiles controuersias esse putat, quotquot pecuniariam pœnam seu multam ijs, qui eas patiuntur irrogant, & cū Constantino Harmenopulo sentit Rota, decis. 10. de appellat. in antiquis, ubi decidit iudicem appellationis, datum super causa criminali, non cognoscere super causa criminali ciuilitate intentanda, ut cum pœna pecuniaria fisco applicatur: alij, causam capitalem, siue iudicium capitale vocant illud, in quo vita alicui adimitur, ut vltimum supplicium, vel quod ciuem Romanū de ciuitate eximit, ut aquæ & ignis interdictio, L. 2. D. de publicis iudicijs, §. capitalia, inst. de publicis iudicijs, criminalem vero causam vocant, quæ verè à capitali distinguitur, & est, cum pœna pro perpetrato delicto imposita fisco defertur, quemadmodum è contra, civilis illa dicitur, quando pœna parti lae conceditur, ita glossa, Martinus, & Bárt. in L. 3. D. de sepulchro violato, Marcus Antonius Blancus, in sua prætica criminali, parte quinta, incipit, visis iudicijs per reum, nu. 158. Decius in rubrica, ext. de iudicijs, nu. 9. Gomefius, inst. de actio. in princ. nu. 19. Boërius, quæst. 394. nu. 2. Duarenus anniuersariarū disputationū, lib. 1. cap. 35. Ioannes Robertus Aurelijs, sententiarū iuris, lib. 4. cap. 9. Menochius de arbitrarijs iudicijs, lib. 2. cent. 3. casu 265. fol. 238. colum. 1. secundū impress. Francofurtensem, anni 1576.

LIBER

SECUNDVS.

Caput primum.

Quæstio.	numero primo?
Iudex ex officio suo punit delinquentes.	2
Nemo sine accusatore damnandus est.	3
Confessio facta per clericum coram iudice seculari, quatenus valeat.	4
In causis criminalibus requiruntur, probationes lucem meridiana clariores.	5
In iudicijs nil quærendum nisi iustitia.	6
Prætica procedendi contra criminofum, qui ciuilitate fuit condemnatus.	7. & 15
Cautio idonea intelligitur, dato fideiussore vel pignore.	8
Quæstio.	9
Quæstio.	10
In causis criminalibus, procurator fisci semper debet esse præfens.	11
Instantia causæ est indiuidua.	12
Litis contestatio, fit per affirmationem & negationem.	13
Tribus modis finitur litis contestatio.	14

Nunc restat videre vel tractare, de causis criminalibus criminaliter intentandis, iuxta quod est videndum, nunquid probato isto crimine furti, vel falsi, vel lenocini, plenè, super actione civili, possit ex eisdem actis & probationibus, talis ciuilitate condemnatus, iterum criminaliter condemnari & puniri? & videtur quod non, L. fin. D. nante carpones



Non ad in-
stantiam
partis.
Nolit.

Nemo sine
accusato-
re.

nes, stab. tū dic, quod sic: ex officio iudicis, non ad in-
stantiam partis (dum tamen civiliter condemnatus,
nolit stare probationibus productis, & confessatis in
causa civili) cum hodie iudex ex officio suo puniat
delinquentes iuxta L. quartam, & L. congruit, D.
de officio praesidis. & in Auth. de collat. § iubemus,
Auth. omnes, C. de episcopis & clericis, L. si quis, L.
fin. & D. de varijs & extraordinarijs cognitioni-
bus, L. 3. Quamvis videatur contra, cum nemo sine
accusatore, vel denunciatore puniatur, ut D. de
muneribus & honoribus, L. rescripto, §. si quis ac-
cusatorem non habet, & de custodia reorum, L. pri-
ma, & ad legem Corneliam de falsis, L. siquidem:
primum, de facto servatur, nam aliquando iudex
superpositus diuerse pronunciat, ergo multo fortius
pronunciare poterit, ubi est idem vel quasi, D. de ad-
ulterijs, L. denunciasse, & D. de edictio edicto, L. bo-
nem, §. aliquando, & de officio praesidis, L. fin. & de
publicanis, L. licitatio, §. quod illicitè, & videtur
expressum, D. de furtis, L. interdum, §. qui furem,
& C. de conditione ob turpem causam, L. quod
evitandi, sic intelliguntur notata, C. ad legem
Aquiliam, L. ex morte, & de probatio. L. penult.
& fin. & de testibus, L. nullum, & L. fin.
& de iniurijs, L. lex Cornelia, & glossa C. de fi-
de instrumentorum, L. fin. circa princ. super ver-
bo aestimans, & sic intelliguntur dicta per Docto-
res, in cap. at si clerici, vers. adulterij, ext. de iudi-
cys ubi tenent, quod licet confessio clerici, facta
eoram iudice seculari, non teneat, ad hoc, quod
ex illa possit per suum iudicem competentem
condem-

condemnari: tamen, si velit stare dictis confessatis,
& probatis coram eo, poterit per suum iudicem
ex illis condemnari vel absolui, & compelletur in
suo foro competente stare sponte confessatis, coram
iudice seculari, ut notatur ext. de electione, cap.
per inquisitionem, & cap. quia tua diligentia,
& ibi Doctores, pro quo facit, C. ad legem Iuli-
am, de plagiarijs, L. non valet: alias autem,
nisi condemnatus civiliter, velit stare probationi-
bus, productis & confessatis in causa civili,
non condemnatur criminaliter ex eisdem actis,
cum in causa criminali, de maiori periculo aga-
tur, ideo in ea clarius, diligentius & perspi-
caciuss est agendum, cum probationes in causa
criminali, clariores luce meridiana esse debe-
ant, C. de appellationibus, L. addictos, circa
medium, & C. de probationibus, L. penult. &
fin. cum ibi notatis, & de poenis, L. cum res, &
de dolo, L. dolum, & videtur expressum, C. de
vi publica vel priuata, L. si quis à se fundum,
cum ibi notatis, super verbo destinatus, & ex-
tra, de ordine cognitionum, cap. penultimo,
cum ibi notatis, ad quod C. de accusationibus, L.
penult. & de edendo L. si is apud quem, & de con-
trahenda & committenda stipulatione, L. opti-
mam, circa finem, & de his qui latrones vel alijs
criminibus reos occultauerint, L. fin. nam, quan-
do in causa criminali agitur, tunc probationes clarae,
& lucidae esse debent, tam per confessionem propriam,
quam per testes idoneos, omni exceptione maiores,
sicut se convictum quodammodo fateri debeat, nec
infici-

Clarius.
5.



Iudices
criminum.

infruari possit ea, qua commisit: & istud tempera-
mentum ante oculos habere debent iudices crimi-
num, antequam procedant, ad ferendas sententias
capitales, ut est textus notabilis, C. de poenis, L. qui
sententiam, & C. de requirendis reis, L. 2. & quo-
rum appellationes non recipiuntur, L. 2. iuncta, L.
6. sicuti, C. de quaestio: cum nihil aliud in iudicijs, qua
iustitia, sit querendum, ut C. de appellat. L. eos, §.
primo, in fine, & de iudicijs, L. placuit, cum ibi no-
7. tatis, & ext. de accusat. cap. qualiter & quando, l.
2. & ideo, condemnatus civiliter, est super crimine
euocandus, quo presente, est totum negotium sibi ex-
plicandum, argumento ext. de accusationibus, cap.
qualiter & quando, §. debet igitur, & demum est à
iudice interrogandus, an velit stare productis ac
probatas actitatis, & confessatis in causa civili, con-
tra ipsum, & pro ipso, & si dicat quod non, est ilico
arrestandus, donec petitioni responderit, & idoneè
cauerit, de iudicato soluendo, attenda criminis qua-
litate, & est incarcerandus, non tamen ligandus, ut
C. de exhibendis reis, L. prima, & 2. cum ibi nota-
tis, & in hoc casu debent cauti esse iudex & pro-
curator fisci & notarius, ut faciant bonum proces-
sum, & providere, an conuentus sit minor, vel ma-
ior, ut si minor, vel adultus, cum auctoritate tuto-
rum, vel curatorum procedatur, ut C. de auctori-
tate prest. L. clarum, cum ibi notatis, cautio autem
idonea, debet esse cum fideiussore, vel pignore, ut no-
tatur, D. de pignoraticia act. L. quamuis, & de in-
reiuirando, L. 3. §. quia, & qui satis dare cogantur,
L. prima, circa finem glossæ: nec sufficeret, dare cu-
ratorum

An velit
stare.

ratores post litem contestatam, vel, per eum, acta
& gesta ante litem contestationem, ratificari, & con-
firmari, sed ab initio litis debet sibi dari; alias, non
valet, & hoc dicit et innuit textus C. qui dare tu-
tores vel curatores possint, L. in vniuersis, ibi. cum
dicit, initiatur litis, ad quod C. qui petere tutores
possint, L. prima, cum concordantijs: sed an patris
9. auctoritas requiratur in criminibus, dic, quod non;
sic intelligitur C. de bonis que liberis, L. fin. §. in-
tra, cum ibi notatis, ad quod D. de noxalibus, L.
quoties, & ad Trebellianum, L. nam quod, in prin-
& institut. de noxalibus actionibus, §. fin. & D. de
adulterijs, L. lex, et de his qui sunt su. vel alieni iu-
10. ris, L. antepenultima, sed an sententia lata pro mi-
nore, valeat, si non habeat curatorem? dic quod sic;
per notata, C. de procuratoribus, L. non eò minus,
quauis, lata contra ipsum, non valeat, ut ibi in glossa
notatur, et notatur C. qui petere tutores, L. 1. in
principio, & qui legitimam personam habent stan-
di in iudicio, L. prima, circa principium, super ver-
bo, aduersus, & de auctoritate prest. L. clarum, et
qui dare tutores possint, L. in vniuersis, & D.
de re iudicata, L. cum querebatur, & L. acta, §.
fin. super verbo, contra; & debet esse presens pro-
11. curator fisci in quolibet articulo cause, alias, non
valeret, ut C. de aduocato fisci, L. fin. cum ibi nota-
tis, et, si aduersus fiscum, L. 2. in fine, & de bonis
vacantibus, L. fin. lib. 10. & posito quòd non defe-
serit, nisi in vno articulo, de substantialibus, retra-
ctatur sententia contra ipsum lata, quia instantia
12. causa quodammodo est indiuidua, ut C. qui dare
tutores



13. *Per negationem.* *zutores possint, L. in vniuersis, et de iudicijs, L. nulli, secus, si pro ipso feratur, ut dixi in pupillo & adulto, per iura superius allegata, & D. de fideicommissarijs libertatibus, L. eum quem, in princ. lis autem contestatur in ista causa noua criminali, per negationem vel affirmationem, ut C. de litis contestatione. L. prima, & de iudicijs, L. rem non nouam, §. patroni, & ext. de litis contestatione, cap. primo: porro, siur, per exceptionem rei transacta, iudicata, & per acceptilationem, D. de condict. indebiti, L. eleganter, §. si quis post; & sic dicitur finita tribus modis, per sententiam, solutionem, & renuntiationem; et istis tribus modis videtur quoque tolli condictio furtiua, ut notatur D. de condictioe furtiua, L. parum; in glossa, & iuramentum de calumnia, ut C. de iuramento propter calumniā dando, L. prima, in princ. cum ibi notatis, iunctis his, qua notantur, C. de fide instrum. L. fin. circa princip. simulatq; verò contra reum criminofum, lis contestata fuerit, est ilicò arrestandus; vel, si sit in casu recredientia, cum idonea cantione recredendus, iuxta criminis qualitatem, prout admodum latè diximus in superioribus hoc eodem capite, numero 7. & dicitur infra latius; & tunc dicitur receptis inter reos per litis contestationem, ut notatur C. de adulter. L. adulteram.*

Doct̃or Baert.

Criminaliter intentandis) Sicut enim possumus agere ciuilit̃er actione iniuriarum, estimatione iudicis faciēda pro contumelia, L. consti-

constitutiones, D. de iniurijs: ita etiam criminaliter, & extra ordinem, ut glossa ibidem, in verbo estimatione declarat, & Ægidius Bossius, in suo tractatu de criminibus, titulo de iniurijs, numero primo, & seq. Ioannes Millæus in praxi criminis persequendi, pag. 420. Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. iniuria, numero quarto, vers. scire debes, Ioannes Robertus Aurelius, sententiarum iuris, libro quarto, capite nono, Duarenus annuversariarum disputat. lib. primo. cap. 35.

Non ad instantiã partis) Horum verborum declarationem, latè prosequuti sumus in libro primo, supra, capite tertio, numero 40. in verbo, curia.

Noli) Ita legunt omnia exemplaria, quæ mihi videre contigit: at ego duas habeo causas, quare putem legendum, velit: in primis, quia sensus hic aliter constare non poterit: tum, quia inferitis hoc eodem capite, numero quarto, sub finem, contextus ita legendum suadeat: ait enim prosequendo hunc articulum, nisi, condemnatus ciuilit̃er, velit stare probationibus productis, & confessatis in causa ciuili, non esse eum ex eisdem actis condemnandum criminaliter: ergo præsupponit initio capitis huius identidem quod affirmarit, esse condemnandum criminaliter ex eisdem actis, si modo velit stare probationibus productis & confessatis in causa ciuili: vt ut sit, inter affirmationem & negationem tanta differentia est, vt ilicò lectionem mutare noluerim, sed ingenio potius cuiusuis eam reliquero.



Nemo sine accusatore) Cùm enim iudicium confultat ex tribus: iudice, scilicet, actore siue accusatore, & reo, cap. forus, ext. de verborum significatione, sit & iudex interpret iustitiæ, ad quem veluti ad iustum animatum, secundum Aristotelem, libro quinto ethicorum, recuratur: omnino nequit in criminibus aliquem condemnare, nisi prius ab alio fuerit accusatus: est enim iustitia hominis, non ad eundem ipsum, sed ad alterum: satis etiam rei publicæ consulitur, si qui delinquant, accusationi cuiusvis exponantur, illi dico accusationi, quam pœna solet illic sequi: quin beatus Ambrosius super ea sententia Apostoli, quæ est de fornicatione, epistola prima ad Corinthios, capite 5. Non est, (inquit) iudicis, aliquem damnare sine accusatore, quia Dominus Iudam, cùm fuisset fur, eod quod accusatus haud erat, non abiecit: & Actuum Apostolorum, capite vigesimo quinto, Non est (inquit Iesus) consuetudo Romanis, damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentem habeat accusatores, locumque se defendendi accipiat, ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur: hinc illud Ciceronis, antequam iret in exilium, Eijcior (inquit) non solum sine teste, sine iudice, sine crimine, sed etiam sine accusatore, sine etiam scelere: quasi grauius id esset sine accusatore, quam sine iudice eijci: quod idem repetit in oratione pro domo sua. Vbi accusator, (inquit) vbi testes? quid indignius, quam qui neque adesse sit iussus, neque citatus, neque accusatus, de eius capite, liberis fortunis omnibus, conductos, & sicarios, egen-

tes,

tes, & perditos suffragium ferre, & eam legem putare: rursus, paulò post. Nunc verò, cùm me in iudicium populi nemo omnium vocarit, condemnari non potuerim, qui accusatus non sum: quod ipsum, quam foret iniquum, si quis absque accusatione dānaretur, innuit Iesus Christus Saluator noster, Ioannis octauo capite, cùm mulierem in adulterio deprehensam rogauit, vbinam eius accusatores essent? & cùm nullus appareret, quæsiuit rursus an quis eam condemnasset? ea negante, nec ego, inquit, te condemno, vade, posthac ne peccaueris: Interim Duarenus anniuersariarum disputationum libro primo, cap. 38. putat aliquem sine accusatore damnari posse, propter vnum locum Plinij, libro decimo epistolarum, quo loci Traianus Imperator vult Christianos conquirendos non esse, sed si deferantur & arguantur, puniendos: eò magis, quòd leges velint, vt magistratus conquirant latrones, & eos qui quietem publicam turbant, L. prima, §. quies, D. de officio præfecti vrbs, L. 4. D. ad legem Iuliam peculatus, L. tertia, D. de officio præsidis, §. vitimo, de collat. in nouellis, L. prima, C. de custodia reo. L. si quis in hoc, C. de Episcopis & clericis, præterea dicit, hanc opinionem communiter approbari per consuetudinem, cùm tamen in nostris inferioris Germaniæ regionibus aliter obseruetur, quinimò videmus, in omnibus ferè curijs esse stationarios, irenarchas, nuntiatores, & procuratores, quos vulgo regios, hodie fiscales appellamus: ideoque magis amplector communem Interpretum sen-

O 3 tentiam



tentiam, quam probant & latius quoque sequuntur Ægydius Boscius in tractatu criminum, titulo de accusatione, numero primo, & Iohannes Robertus Aurelius sententiarum iuris, libro quarto, capite duodecimo, & omnium doctissimè, simul acutissimè Dominicus Soto, de iustitia & iure, libro quinto, quæstione quarta, articulo tertio, folio 157. secundum impressionem Lugdunensem.

Clarus) Idem tradit ex professo Damhoderius in sua praxi rerum criminalium, capite 49. titulo de plena probatione, in materia criminali, numero octavo, ubi, præter consuetudinem, citat hunc nostri Iacobi de Bello Visu locum.

Iudices criminum) Eadem ratione Marcellus Iureconsultus admonet iudices & magistratus, ut in criminibus exquirendis & iudicandis, prudètes sint & circumspecti, nec enim alia res vlla, maiori opus habet diligentia atque consideratione, quàm causa criminalis, in qua de hominis fama, sanguine, vita, corpore, ac anima, sæpius agatur, quæ certè omnia sunt eiusmodi, ut semel amissa, postea reparari nequeant.

An velit stare) Huius occasione discuti posset ille articulus, an si in vna causa produxi aliquem testem, qui & ab alio in eadè causa contra me producat, an, inquam, quatenus contra me facit, possim eum reprobare? rursus, an alicuius testis depositio possit pro parte probari, & pro parte reiici? qua de re consulendus est Ægydius Boscius in suo tractatu criminali, titulo,

titulo, de publicatione processus & testium, numero decimoquarto, & seq. folio 296. col. prima, secundum impressionem Lugdunensem, anni M. D. LXXVI.

Per negationem) Litis contestatio quid sit, & quando fiat, admodum latè diximus in libello nostro, quem inscripsimus, Extraordinarias lectiones, in explicatione L. 22. vinum, D. de rebus creditis, super verbo, lis contestata, numero vigesimo octavo, pagina 181. secundum impressionem Colonensem Materni Cholini, anno M. D. LXXIX.

Caput secundum.

Non valet depositio testis, quantumcunque magnæ authoritatis, nisi præsens iuret. numero primo.
 Exceptio. num. 2
 Quæstio. 3
 Quæstio. 4
 Practica deponendi pro testibus. 5. & 7
 Contraria depositio testis semper est reiicienda. 6.

Et tunc procurator fisci nominat testes in causa civili (an duos vel plures nihil refert) ut nunc de nouo mittatur ad eos, & audiantur: & etiam idem facit pars præuenta, super suis defensionibus: qui testis qualiter, quid, & quando iurare habeat? dic, ut notatur, C. de testibus, L. iurisiurandi, in principio, et non valet depositio testis, quantumcunque magna authoritatis, nisi præsens iuret, ut ext. de testibus, cap. cum à nobis, nisi expressè de consensu partium remittatur, ut notatur ext. de testibus, se.

1.
2.
Præsens
iuret.
Nisi expres

3. *stibus, cap. nuper, & cap. tuus, quod intellige, ut notatur in d. L. iurisiurandi, C. de testibus: sed nūquid primi testes in causa civili iurati & auditi, de nouo iterato iurare, deponereq; habent in causa criminali.*
4. *licet dicit glossa, quod sic, L. fin. circa principium, C. de testibus: sed nunquid tenetur iterato deponere in causa criminali? videtur quod sic? ut d. L. fin. circa principium, C. de testibus, & hoc verum, si de primis depositionibus non possit haberi copia; aliās, non; cum tunc sufficiat dicere, se velle stare sua prima depositioni, aliās super eisdem facta, & nunc deponit, ut ibi; quod est utile dicere, propter periculum varietatis, et timorem falsitatis committende, argumento D. de legatis tertio, L. uxorem, §. legauit, cum ibi notatu, & de penu legata, L. nam quod liquide, §. penultimo, et finali, cum ibi notatis, & de penu leg. L. dominus, §. penultimo, & de liberis & posthumis, L. Gallus, §. penultimo, vnde etiam L. si non sortem, §. si libertus, cum ibi notatis, D. de conditione indebiti: nam si posterior depositio foret contraria prima, non staretur illi, tanquam variaz & diuersa, ut est textus cum glossa ext. de testibus, cap. in nostra: ideo consueuerunt prudentes viri protestari in hoc casu, quod ipsi volūt stare sua prima depositioni: & si errore, vel aliās, viderentur aliqua dicere, qua videri possent sua prima depositioni contrariari, seu in aliquo variare. illa, tanquam erroneè dicta et proposita, pro non dictis habeantur, & volunt haberi.*

7.
Confue-
uerunt.

Doctor

Doctor Baert.

Presens iuret) Idem repetit inferiùs hoc eodem libro, capite quarto, numero secundo, & septimo.

Nisi expresse) Idem quoque repetit inferiùs hoc eodem libro, capite quarto, numero vndecimo.

Consueuerunt) His adiunge cautelam, quā suggerit Ægidius Bossius in tractatu criminū, titulo de publicatione processus, & testium, numero trigessimoprmo, vers. & ideo non semel vidi, folio 297. secundum impressionem Lugdunensem Philippi Tinghi Florentini, anno M. D. LXXV. rursus in titulo de oppositionibus contra testes, numero octauo, vers. & ad effugiendas difficultates contrarietatis, fol. 301. columna prima.

Caput tertium.

Quæstio.	numero primo.
Impetrans adiunctum tenetur ad expensas.	num. 2
Quæstio.	3
Quæstio.	4
Cautela pro testibus expensas desiderantibus.	5
Exceptio.	6
Quales expensæ debeantur.	7.9
Sumptus æstimantur arbitrio boni viri.	8
Datis sumptibus, testes venire coguntur.	10
Exceptio.	11
Quæstio.	12
Priuilgium in corpore iuris clausum, iudex ignorare non debet.	13
Testis debet ferre testimonium pro vtraque parte.	14.
& 16. & 18.	

O s

Qui



Qui contribuunt & qui parare debeant expensas, no-
mer 15. 17. 19.

- Expensas.**
1. Sed quis facit expensus in hoc casu in quo debe-
bunt audiri testes? dici potest, quod ille ad cuius in-
stanciam rursus audiuntur, quia sua interest prin-
cipalis actionis, C. de appellationibus, L. eos §. si
quis, in fine, cum legibus ibi allegatis, super verbo,
occultam, & D. de testibus, L. 3. & C. de testibus,
L. quoniam, iuncta L. nimis graue, eodem titulo,
ex quibus legib. deciditur, quod si quis impetraue-
rit iudicem, qui adiungatur iudici ordinario, que
habet suspectum, quod iste iudex impetratus, habeat
venire ad expensas impetratis, ad quod D. de eden-
do, L. prator, §. fin. & depositi, L. si in Asia, in prin.
& de erogatione militaris annonæ, L. cum sepe; sed
 2. nunquid testes tenentur venire, antequam sumptus
eis soluantur? dic, quod non tenetur ante mouere pe-
dem, in nulla causa, civili vel criminali, sic intelligo
 3. iura proximè superius allegata; sed quid erit dicen-
dum, si testis citetur ad aliquem locum remotum,
sub certa pœna? ut quidam iudices & commissa-
rii malitiosè facere consueverunt? dic, quod non te-
netur aliàs ire, nisi solutis expensis; sed ad cautelam,
est bonum, quod dum talis citabitur, dicat, se ino-
pem, & talem, qui commodè ad illum locum ire non
posset, nisi sibi prius exoluantur expensæ, quibus sibi
solutis offert se paratum ire & facere, prout in lre-
ris citationis continetur: & aliàs, commodè non
 4. posset, de quibus petat sibi fieri publicum instrumē-
tū, & hac vera, nisi citetur pro iure principis, quia
tunc seruatur contrarium de facto, et sunt faciendæ
modera-

moderate, & consueta expensæ, & illa deducenda,
quas quis in domo fecisset, ut C. de erogatione mili-
tariis annonæ, L. fin. circa medium, & ad exhiben-
dum, L. sed si hereditas, in princ. & §. primo, &
de petitione hereditatis, L. sed si lege commissoria,
§. quod autem quis, & de edictio edicto, L. idem si
serui, in fine, & commodati, L. in rebus, §. possunt,
iunctis his que notantur D. mandati, L. idemque, §.
idem Labeo, super verbo, oportere; et hac vera, nisi
esset talis persona, que in domo fuisset lucrata ex-
pensas operibus suis, ut d. L. sed si hereditas, §. pri-
mo, in fine, D. ad exhibendum, & D. de rei vindi-
cat. L. si res mobilis; et etiam esset talis persona, qua
aliàs consuevit suas operas locare, nam tunc potest
etiam illas consequi, D. de furtis, L. si seruus, §. au-
tem, & C. de operis libertorum, L. fin. & etiam si
talis consueuerat ire, equitando, soluantur etiam
mercedes et expensæ equi; aliàs non, sic intelliguntur
iura superius allegata, nam attenditur circa hoc
consuetudo patrisfamilias, iuxta notata D. de nego-
tys gestis, L. si negotia, & de seruitutibus urbano-
rum prædiorum, L. Olympico, & L. binas, & de
pignoratitia actione, L. uniuersalium, & commo-
dati, L. si ut certo, §. quod verò, & de usuris, L.
qui semissem, §. primo, super verbo, fœnerauit, &
C. de pignoratitia actione, L. pignus, & de episco-
pali audientia, L. nemo, in principio glossæ, iunctis
his que notantur in d. L. idemque, §. idem Labeo,
super verbo, oportere, D. mandati, & D. de acqui-
ren. rer. do. L. naturalem, §. in his, & de annuis le-
gatis, L. si cui, in prin. et de vino, tritico, oleo, legato,
L. cum



- L. cum de Lunionis, §. a sinā molendinaria, in princ. & ext. de celebra. missar. cap. cum Marthe, super verbo probabilius; et his attentis, estimabuntur tales sumptus arbitrio boni viri, ut D. de alimentis legatis, L. cum unus, §. fin. et de impensis, in rebus dotalibus factis, L. omni modo, & L. ante omnia, solum tulares autem res, & alia quæ dicti testes, eundo & redeundo amittunt non emendantur, ut notatur C. de testibus, L. quoniam, in fine, & D. ad legem Rhodiam de iactu, L. 2. §. primo; et hoc verum, quod testes venire debeant, datus sumptibus, nisi sint persona egregia quia tunc, index vel notarius, ex commissione sibi per iudicem facta, vadit ad recipiendum eorum iuramenta & depositiones, iuxta L. ad personas egregias, D. de iure iurando cum ibi notatis, et C. de episcopis & clericis, Auth. sed index, & de rebus creditis, L. penul. §. his de presentibus, cū ibi notatis super verbo sub actoris; et nisi index serauerit eis hunc honorem, remouetur ab officio, & in viginti libras auri condēnatur, ut in Auth. de sanctissimis episcopis, §. nulli indicum, coll. 9. ad quod, C. de episcopis & clericis, Auth. statuimus; licet quidam dixerint puniri capitaliter, ut C. de officio diuersorum iudicū, L. prima; alij, extraordinariē, C. de professor. & med. L. maximē lib. 10. sed nunquid si tales persona egregia citetur, tenetur venire? saltem suū privilegium allegare? videtur quod sic, ut D. de iudicijs, L. si quis ex alieno, tu dic prout notatur ext. de accusationibus, cap. cum in tua, & 15. quest. 4. cap. placita, & per doctores, ext. de integrum rest. cap. coram, et de procuratoribus, ca. cum*

Personæ
egregiæ.
Vadit.

pro

pro causa, & de dilationibus, cap. praterca, & de rescriptis, cap. cum ordinem, in fin. glo. et cap. super literis, in glossa antepen. & de officio delegati, cap. prudentia, in prima glossa: unde aliqui Doctores tenent quod tales non tenentur venire; dum tamen sit certum, eas esse tales, & pro talibus communiter reputentur; nec valet sententia contra eos lata, cum privilegium istorum sit in corpore iuris clausum; unde, non licet iudici, nec alicui alteri illud ignorare, ut D. de institoria actio, L. sed si pupillus, §. proscribere palam, et hoc notatur ex. de officio delegati, cap. primo, lib. 6. sic intelligitur quod notatur, D. si quis in ius vocatus non ierit, L. 2. circa princ. et de iudicijs, L. non videtur, & L. si quis ex alieno, & de ferijs, L. prima, super verbo nullius momenti, et C. ne filius pro patre, Auth. habita, circa finē, quæ est notabilis, & D. de re iudicata, L. contumacia, in fine glossæ, nec tenetur procuratorē mittere in hoc casu per iura superius allegata, iunctis his quæ notantur, D. si quis cautio, L. 2. §. simili modo, super verbo non potuit, & de exceptione rei iudicate, L. fin. & si sit index incompetens, et pronunciet se iudicem competentem, ab eo iustē poterit appellari, ut notatur in d. Auth. habita in fine, C. ne filius pro patre, et si competens fuerit, agentē poterit condemnare in expensas, C. de erogatione militaris annonæ, L. tam collatores, §. erat autem, & §. fin. lib. 12. & nihilominus vocatus, poterit agere actione iniuriarum contra vocantem, ut notatur D. qui satisfare cogantur, L. si verò pro condemnato, in fin. gloss. et de iniurijs, L. iniuriarum, §. si quis iniuriam, et licet

pro vira-



pro utraque parte testis ferre habeat testimonium, ut C. de episcopis et clericis, Auth. si iudex, cum ibi notatis, super verbo, neminem, iunctis his qua notantur in Auth. de testibus, §. si verò, super verbo, veritatis, non tamen propter hoc utraq; pars contribuit in expensas, quia nimis graue esset, ut C. de testibus, L. nimis graue, quia principaliter deponis pro producente, et secundo et ex consequenti, pro aduersario, arg. C. de impensis in rebus dotalibus factis, L. fin. cum ibi allegatis, et ex istis iuribus et alijs superius allegatis, cū queritur, quis faciet expensas, potes colligere, quod salarium habeat preparari per notarium, seu personam adhibentem, D. ne quis in loco publico, L. 2. §. idem Labeo, et ad legem Rhodiā de iactu, L. nauis aduersa, et videtur textus cum glossa, D. de edilitio edict. L. debet, quia, licet testis interueniat ad commodum utriusq;, hoc non venit ex necessitate seu principaliter, sed ex consequenti: proptereaq; (ut praedictum) non attenditur, argumento D. de usufructu, L. item si fundi, §. senatus, et §. seq. cum ibi notatis, et D. de vulgari substitutione, L. quod liberis, §. hac verba, et de legatis praestandis, L. tertia, §. primo, et de iuris, L. finali: alias autem, in actu necessario utriusq; parti, et qui respiceret utriusque commodum principaliter et equaliter, uterque contribuit, per iura superius allegata, et D. de adulterijs, L. si postulauerit, in principio, et D. finium Regundorum, L. 4. §. si messor, et C. de iure deliberandi, L. fin. §. in computatione.

Doctor

Doctor Baert.

Expensas) Ut ea, quæ sequuntur melius intelligantur, operæpretium fuerit inuestigare, an testis licitè possit pretium aliquod accipere, ut testimonium pro rei veritate dicat? ab omnibus enim traditur, testem, liberè etiam non requisitum, debere testimonium dicere, teste diuo Thoma & Caietano, in secundo secundæ, quæstione 70. quia Pontifex alibi scribit, venale testimonium non esse testimonium veritatis, cap. non sanè, 14. quæst. 5. ideoque pœna arbitraria testem, qui pecuniam, ut testimonium dicat, accipit, esse puniendum, refert elegans Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicijs, lib. 2. centuria quarta, casu 310. fol. 259. col. quarta, secundum impressionem Francofurtensem, anni 1576. quæ sanè pœna cessat (inquit idem) quando testis pecuniam accipit, loco mercedis suorum laborum, & expensarum, iustissimè enim eam exigere, & recipere potest, cap. statutum, §. pro ferendo testimonio, de rescriptis in 6. cap. venturis, 4. quæst. tertia, L. quoniam liberi, C. de testibus, Crotus in tractatu de testibus, quæstione 15. Decius conf. 189. nu. 12. Didacus Couarruias in cap. peccatum, parte 2. §. 3. num. 3. de regulis iuris, in sexto, eamq; sententiam Duaci Catuacorum sæpius in gubernantia seruari vidi, scilicet ei loci iudex inspecta qualitate personæ, circumstantiarumq; habita ratione, solet impensas taxare, taxatas etiam, pars ut soluat, iniungere, quin si recuset, ad hoc ipsum cogere.

Fecisset)



Fecisset) Testi namque solui debent impensa, quas fecit eundo, redeundo, simul & vectura equi, si sit talis qualitatis, vt ait Salycetus, in L. quoniam liberi, columna prima, C. de testibus, an verò sibi satisfieri debeat pro operis, quas amittit, & quid si in itinere spoliaretur, an sibi debeat satisfieri, & quantum, & qualiter, vide Felynum in capite primo, ext. de testibus, Florianum in L. tertia, §. Sabino, D. de testibus, vbi etiam dicit, quod debet solui merces dierum, & pariter solui debet iudici & notario, si mittantur ad examinandos testes: & si produscens est pauper, an pars vel iudex teneatur subministrare expensas, vide Aretinum in cap. si qui testium, ext. de testibus, col. tertia, & seq. & ibidem Felynum col. 3. prout eos allegat Ægidius Bossius in tractatu criminum, titulo de oppositionibus contra testes, numero 132. & seq. fol. 313. col. prima, secundum editionem Lugdunensem Philippi Thinghi Florentini, anno M. D. LXXV.

Persona egregia) Quæ dicatur, aut sint egregiæ personæ declarat, & (vt solet omnia) diligenter admodum tractat Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicum, libro secundo, centuria prima, casu 70. numero secundo, & seq. fol. 106. col. tertia, secundum impressionem Francofurtensem anni M. D. LXXVI. quibus addendum puto, quod egregij dicantur, quasi qui extra vulgi gregem nati sunt.

Vadit) Scilicet, egregiæ personæ non coguntur ire ad iudicium, causa ferendi testimonium pro aliquo, sed domi interrogandæ sunt, vt

vt ait glossa in cap. si qui testium, & ibi Panormitanus, Felynus, & alij, ext. de testibus, & Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicum, libro secundo, centuria prima, casu 70. num. 1. circa principium, fol. 106. columna tertia.

Caput quartum.

Testes coguntur in præsentia partiū iurare. nu. 1. 7. & 9	
Exceptio.	numero 3
Quid iurare debeant.	2
Protestatio partium.	4
Regula.	5
Quæstio.	6
Causarum merita, partium assertione panduntur.	8
Non comparere, & illicitè recedere æquiparantur.	10
Iuramentum calumniæ non remittitur, nisi de expresso consensu partium.	11
Quilibet potest renunciare iuri pro se introducto.	12
Obiectio cum solutione.	13
Quod vni testi credatur fieri potest ex consensu partium.	14
Quæstio.	15
Quæstio.	16
Quæstio.	17
Quæstio.	18
Quæstio.	19
Testis debet esse notus iudici.	20
Quæstio.	21
Qui semel dicit falsum, semper præsumitur dicere falsum.	22
Quæstio.	23
Quæstio.	24
Testis reuelans suam depositionem, punitur arbitrio iudicis.	25
Quæstio.	26
Quæstio.	27
Quæstio.	28. & 32
	Compel-



Compellitur aliquis testimonium ferre.	29
Ex quo quis debet puniri, ex eo præmium non habet.	30.
Quæstio.	31
Pater non tenetur præstare alimenta filio ingrato.	32
Qua ratione pater teneatur alere filium, & è contra, filius patrem.	33
Amor patrum est versus filios, non è contra.	34
Quæstio.	35. 41. & 42.
Quod pro se quis admittit, & contra se admittere debet.	36
Quod approbo non reprobō.	37
Quæstio.	38
Consilium mutare licet quando non fit, in alterius præiudicium.	40
Nemo potest dominis simul inferuire duobus.	42
Amicus, testis esse potest.	44
Quæstio.	45
Quæstio.	46
Ea quæ incontinenti fiunt, videntur inesse.	47
Quæstio.	48
Quæstio.	49
Infamis repellitur à testimonio.	50
Liberi contra parentes, nec è contra, parentes contra liberos testes esse possunt.	51
Tanto validior est probatio, quanto maiore utitur auctoritate.	52
Quæstio.	53
Nemo sanguinem suum odio habere præsumitur.	54
Qui nõ potest accusare, nec testimoniũ ferre potest.	55
In civili causa trater contra fratrem testis esse potest, secus in criminali.	56
Testificari est munus publicum.	57
Vxor vt domestica persona repellitur à testimonio.	58
Quæstio.	59
Quæstio.	60
Quæstio.	61

Obie-

Obiectio cum solutione.	61
Regula.	63
Quæstio.	64
Iudex est minister legis.	65
Delictum perimit hominem, non iudex.	66
Iudex de facto nihil supplere potest.	67
Actore non probante reus absolvitur.	68
Regula.	69
Quæstio.	70
Quæstio.	71
Quæstio.	72
Exceptio.	73
Quæstio.	74
Sola sententia iudicis efficit aliquem infamem, infamia iuris.	75
Quæstio.	76

Interim, suis expensis & alios testes utraque pars, de nouo producit in causa criminali, prout in causis appellationum fieri consuevit, in qua, non possit in causa principali, ponuntur: & non probata, probantur: non autem eadem, vt C. de appellationibus, L. eos, §. primo, & arg. C. de testibus, L. fin. & de temporibus appellat. L. per hanc, cum ibi notatis, iunctis his quæ notantur, C. de testibus, Auth. qui semel, circa principium. super verbo, productionem, & quod notatur, C. de iudicijs, L. properandam, §. primo & secundo, & ext. de testibus, cap. fin. in Clementinis, & omnes testes hinc inde produ-

1.
2.
1.
2.

Et, tam veteres quam noui, habent in partem præsentia iurare, quod dicent & deponent puram, & iurare meram veritatem pro iure utriusque partis, super his, super quibus fuerint interrogati, vt C. de testibus, L. si quando, cum ibi notatis circa

R a finem.



- finem, & in Auth. si quis, ibi posita, & L. iurisu-
randi, cum ibi notatis, eodem titulo, & C. de rebus
3. creditis, L. penult. §. his de presentibus, vers. licenti-
am, & hoc posset esse verum, nisi persona cui iura-
mentum deferretur, esset multum nobilis, quia tunc
non curaretur de eius presentia, ut in Auth. ut li-
tigatores iurent, §. primo, sed non nego quin posset
mittere procuratorem, ut d. vers. licentiam, §. his
4. de presentibus, L. pe. C. de rebus cred. & tunc debet
utraque pars protestari, quod testes contra se produ-
ctos, admittere non intendit nec recipere, nec appro-
bare in totum, nec in parte ut idoneos, nisi de iure
fuerint admittendi, imò de contrario protestatur,
Protestatur & ut ei liceat obijcere, contra eos & eorum dicta,
loco & temporis opportunis, si eidem expediens vide-
atur, ut ext. de testibus, cap. presentium, & si sine
protestatione vellet obijcere, post publicationem, mi-
nimè audietur, nisi iuraret quod causa malitia, hoc
5. non petit, ut d. cap. presentium, ext. de testibus &
sunt hinc inde articuli, & defensiones, & interro-
gata super quibus testes, hinc inde producti audian-
tur, & si quid super illis omissum fuerit eorum, cul-
pa inquirentis seu malitia, possent, etiam publicatio-
ne facta, petere, iterum eos examinari super eis &
6. audiri, ut ext. de testibus, cap. per literas tuas, iuxta
hoc queritur, quibus articulis seu positionibus non
sit respondendum? dic de hoc, ut habes D. de in inte-
gram restit. in theorica, quae incipit, nota quod ca-
ptio, in papyro veteri, & adde hic theoricam de in-
utilibus stipulat. quae incipit, nota quod in alterna-
tina: unde, aliqui testes in principio repelluntur, ali-
qui

qui ex post facto, ut notatur, C. de testibus, Auth. si
dicatur testis, in fine glosse, & eodem titulo, L. si
quis, & in Auth. de testibus, §. & quoniam, super
verbo, instrumentum, collat. 7. & ext. de testibus,
cap. ex parte, debet etiam pars vocari specialiter, 7.
super dicta receptione iuramentorum dictorum te-
stium, & in presentia partium, seu in eius contu-
macia, iurare, aliàs, non valeret, sic intellige iura-
superius allegata, & D. de re iudicata, L. con. um-
cia, & C. de testibus, Auth. si quis ab aliquo, iunctis
his quae notantur, D. de iudicijs, L. & post edictum,
§. fin. & de accusationibus, L. inter eos, & C. quo-
rum appellationes non recip. L. prima, & D. de ad-
optionibus, L. nam ita, cum ibi notatis, nam causa-
rum merita partium assertionibus panduntur, ut
C. si per vim vel alio modo, L. fin. & adde hic theo-
ricam 12. de adoptionibus, quae incipit, nota, quod 9.
quando rescripta: & valet, si pars comparuit, &
occulte, illicentiata recesserit, nam non comparere, 10.
& comparere sed illicentiata recedere, equiparan-
tur, ut C. de cursu publico, & angarijs & paran-
garijs, L. eventionis, lib. 12. & in hoc casu servatur
sibi ius obijciendi, per curiam, iuxta notata, C. de
testibus, L. si quando, circa finem glosse, & L. finali, 11.
eodem titulo, sed nunquid tale iuramentum possit
per testes, remitti de eorum consensu expresso? dicit Expres-
glossa, quod sic per L. iurisu-
randi, circa principi-
um, & ibi glossa, C. de testibus, & notatur, D. de fe-
rijs, L. prima, & ext. de testibus, cap. tuus, ad quod
D. de iurciurando, L. non erit, §. finali, cum L. seq.
& C. de temporibus appellationum, L. finali, §. fi-
nali,



- nali, cum quilibet possit iuri suo renunciare, ut C. de pactis, L. penult. & D. de pactis, L. pactum, in fine, cum ibi notatis, super verboliceat, nec obstat C. de iureiurando propter calumniam dando, L. 2. §. sed quia veremur, quia illud iuramentum tangit iudicem, D. de postulando, L. quod prohibet, & quia dolus remitteretur propter quæ præstat, D. de pactis dotalibus, L. convenire, item ex consensu partium potest fieri, quod uni testi credatur, ut D. de dote prælegata, L. Theopompus, & C. de confessis, L. unica, sed nunquid valet pactum factum per debitorem creditori, quod debitor non valeat probare solutionem, nisi per scripturam? dic, quod non, ut notatur in Auth. ut sine prohibitione matres debitrices, & creditrices tutelam gerant minorum, §. quia verò, collat. 7. sed nunquid si testis non iuratus deponat, & post iuret omnia vera esse quæ deposuit, valet sua depositio? dic, quod non: per L. iurifurandi, in princ. C. de testibus, sed nunquid testis depositio est scribenda? dic, quod sic, si sit negotium satis magnum, & agatur in scriptis, ut in Authen. de testibus, §. quia vero, & §. illud, collat. 7. secus, si sit modicum & vile, & non agatur in scriptis, ut D. de testibus, L. ad testium, cum ibi notatis, & D. de probationibus, L. cum de indebito, cum ibi notatis, sed nonne eo ipso quod notarium scribit dicta testium, sunt publica? glossa tenet quod non C. de testibus, L. solam, circa medium, licet attestaciones in perpetuum fidem faciant, ut notatur D. de iudicijs, L. & post edictum

& quo

& quæ in fraudem creditorum, L. 3. aliàs est, L. in-
super: sed queritur, an contra criminofum sit te-
stis adhibendus, si dicat se eius nomen ignorare,
dicit tamen quod possit eum cognoscere si videret
eum? videtur, quod sic: officio iudicis, non tamen
ad instantiam partis, ut C. ad exhibendum, L. 2.
cum ibi notatis, & D. ad exhibendum, L. 3. §. si
quis noxali, & de publ. L. cum exhibuisset, & de
seruis fugitiuis, L. diuus, & L. ad publicum, §. si.
& in Auth. de testibus, §. si verò ignoti, cum ibi no-
tatis, collat. 7. & dic de hoc, ut ext. de testibus, cap. 20.
cum causam, lo. 2. nam testis debet esse notus iudicij
& parti, aliàs, eius testimonium non valet, ut no-
tatur D. de testibus, L. 3. §. primo, & C. de
testibus, L. penult. & de heredibus instituen.
L. extraneum, sed nunquid testis sit admittendus,
licet prius fuerit infamis, si fecerit pœnitentiam,
de commisso delicto? videtur quod non, ut notatur,
C. de nuptijs, L. imperialis, circa princip. super
verbo, macula: dic, quod si fuit infamis, eo, quia
commisit falsum, facta pœnitentia, adhuc est re-
pellendus, quia præsumitur adhuc falsum dice-
re, ut D. de accusationibus, L. si cui, §. primo, &
dere militari, L. non omnes, §. à barbaris, & de
senat. L. 2. sic notatur, D. de his qui notantur infam-
ia, L. Lucius, & est expressum, ext. de hereticis,
cap. accusatus, §. licet vero periuri, lib. 6. si autem
fuit infamis, quia commisit aliud delictum: tunc,
peracta pœnitentia, non est repellendus, sic intelli-
gitur, d. L. imperialis, C. de nuptijs, & est ra-
tio, quia magis est repellendus à testimonio

P 4

qui



qui deliquit circa officium testimonij, quam qui
 extra, C. ubi senatores vel clarissimi, L. prima, &
 de iurisdictione omnium iudicum, L. magisterio,
 concordat C. de cohortalibus, L. si quis ex grege, lib.
 12. iuncta L. quamuis, §. fin. eodem titulo, & D.
 nante, carpones, stabularij, L. 3. & de pœnis, L.
 quedã delicta, licet videatur cõtra, D. de ritu nup-
 23 tiarum, L. palam, §. nõ solùm, iunctis his qua notan-
 tur, D. de postulando, L. cui, in medio glossæ, sed nõ
 quid uni testi sit credendum? dic ut in quarta the-
 orica, de rerum dimissione, qua incipit, nota quod
 auctoritates, item adde hic quartam theoreticam, de
 24. officio prefecti urbis, qua incipit, nota quod credi-
 tur relationibus: sed quaritur, qualiter puniatur
 falsus testis? dic quod multis modis, vno modo, pœna
 falsi quando accusatur per viam ordinariam, ut
 notatur D. de testibus, L. qui falso, & D. de falsis,
 L. prima, in princ. item punitur officio iudicis, &
 tunc punitur extraordinariè, ut C. de testibus, L.
 nullum, in fine, & notatur in L. qui falso, in fine, D.
 de testibus, nam antequam sua depositio scripta fue-
 rit, si index videt ipsum vacillantem. potest ipsum
 ponere ad chordam, & punire suo arbitrio, ut d. L.
 nullum, C. de testibus, & in hoc casu, potest index
 inferre sibi minas mortis, & questionem, ut D. de
 questionibus, L. vnius, §. testes, & C. de Episcopis
 & clericis, L. presbyter, cum ibi notatis, & D. de
 testibus, L. prima, cum ibi notatis, super verbo va-
 cillat, & qua reddunt testem suspectum notatur, D.
 de testibus, L. 3. circa princ. item quandoque puni-
 tur lege Cornelia, de sicarijs, ubi falsum testimoni-
 um

Falsus te-
 stis.

um dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei
 capitalis damnaretur, ut D. de sicarijs, L. prima, §.
 primo, & ad legem Iuliam repetundarum, L. lege,
 & hoc in laico. in clerico autem habes, C. de Episco-
 pis & clericis, L. presbyteri, cum Auth. ibi posita,
 et debent testes tenere in secreto quod deposuerunt,
 25. alias puniuntur proprio motu iudicis, ut D. de te-
 26. stibus, L. qui falso, cum ibi notatis, sed qua pœna te-
 netur ille, qui subornat testes? dic: quod illa, qua te-
 netur ille qui dicit falsum testimonium, ut C. de he-
 reticis et Manichæis, L. omnes, circa princ. et C. de
 maleficis et Mathematicis, L. culpa: iuxta hoc
 27. queritur, qua pœna puniatur periurus? dic ut in
 theoretica, de det. qua incipit, nota quod pœna periu-
 ri, sed nunquid potest opponi contra testes, ubi pecu-
 28. niam acceperunt, ut falsum testimonium dicerent,
 ex quo falsum testimonium non deposuerint? vide-
 tur, quod non: D. de iniurijs, L. item apud, §. si cu-
 raverit, et D. quod quisque iuris, L. prima, §. fin.
 et inst. de iniurijs, §. non solùm: contrarium vide-
 tur, quia idem est in teste sicut in iudice, ut D. de
 conductione ob turp. L. . in fine, quia tale testimoni-
 um factum per pecuniam, non valet, quantumcun-
 29. que verum, ut notatur, D. de falsis, L. prima, in
 princ. quia testificari quis compellitur, D. de tabulis
 exhibendis, L. 3. §. hoc interdictum, iunctis his qua
 notantur, D. si quis cautio. L. 2. §. simili modo, et
 iunctis his qua notantur, D. de falsis, L. prima, in
 principio glossæ: et hoc verum, si testimonium dicit
 30. pro illo, qui pecuniam dedit, ex eo enim ex quo quis
 debet puniri, non debet pramium habere, D. de in-
 terdi-

P S

terdi-



verdictis & relegatis, L. relegatorum, §. fin. in fi-
 ne, & D. de negotijs gestis, L. siue hereditaria,
 circa finem, & D. soluto matrimonio, L. si ab ho-
 stibus, sic intelligitur glossa, ext. de probationibus,
 cap. licet: secus si pro illo qui non dedit, quia ad-
 versarius, propter delictum meum, non debet puni-
 ri, D. quod vi aut clam, L. 2. iunctis his que notan-
 tur, D. de eo per quem factum erit, L. fin. et quod
 metus causa, L. si cum exceptione, §. Poedius, et
 de dolo, L. itaque, non tamen perdit ea que dedit:
 dum tamen alias probare possit, intentum suum ut
 notatur, C. si ex falsis instrumentis, L. fin. et
 idem dicitur de illo qui est precibus corruptus,
 quia tenet, sed repellitur, si autem sit pretio
 corruptus, nullum est ipso iure, cum determina-
 tione antedicta, ut est in iudice, ut D. ad Trebellia-
 num, L. seruo inuito, §. cum prator, et C. quan-
 do pronocare non est necesse, L. venales senten-
 tias, et D. de re iudicata, L. diuus, cum ibi
 31. notatis, iuxta hoc queritur, quidam produxit
 testem quem venire fecerat, de partibus remotis,
 corruptus, fecit falsum testimonium contra produ-
 centem, petit expensas, quas fecit in itinere, ab
 eo qui eum venire fecerat, nunquid possit? videtur
 32. quod non, cum ex hoc videatur factus ingratus, et
 sicut pater non tenetur prestare, alimenta filio in-
 grato, iuxta notata C. de alendis liberis, L. si pa-
 trem, et ibi glossa super verbo promerueris, ita
 nec iste producens, falso testi seu corrupto, sed sibi
 imputet, quia ipse est causa sue perditionis, sic
 in Authen. ut cum de appellatione cognoscitur,
 §. cau-

& causas: alias, pater tenetur prestare alimenta fi- 336
 lio, & ad hoc astringeretur iudicis officio, idque de
 iure naturali, nisi filius per se esset sufficiens, iuxta
 notata, D. de iustitia & iure, L. prima, §. pe-
 nultimo, licet ius, quo filius tenetur patri ad ali-
 menta, non sit naturale, sed ratione naturali in-
 roductum, D. de liberis agnoscendis, L. si quis 342
 à liberis, §. parens, quia amor parentum est ver-
 sus filios, non e contra, ut D. de verborum
 sig. L. liberorum, sic & iste testem producens: ali-
 as, de iure gentium teneretur ad expensas, per iu-
 ra allegata, sed nunquid si testis fuerit per unam 351
 partem productus, & de eo usa fuerit in prima
 causa civiliter agitata, deinde per suum aduer-
 sarium, in causa criminali producat, poterit
 pars que de eo usa fuit in causa civili, obicere
 contra eum? & dic breuiter, quod non, nisi osten-
 derit inimicitias inter se, & illum testem po-
 stea emerfisse, ut C. de testibus, L. si quis testibus,
 in principio: nam quod pro te admittis, & contra 361
 te debes admittere, ut D. de iureiurando, L. si
 duo, §. penultimo, cum ibi notatis, & de postu-
 lando, L. Publia, §. fin. & 4. questio. 3. cap. 2. vers.
 item si quis, & ibi glossa, quia quod approbo non 371
 reprobato, ut D. de negotijs gestis, L. Pomponius,
 la prima, cum ibi notatis, sed nunquid iudex ex 381
 officio suo puniat, corruptentem sicut corruptum,
 iuxta L. nullum, in fine, C. de testibus? dic quod
 sic, per iura superius allegata, quia pari poena tene-
 tur, ut D. de falsis, L. prima & secunda, &
 L. culpa, C. de maleficis & Mathematicis,
 & vi-



39. *¶* videtur expressum, ex. de officio ordinarij, cap. 4 lib. 6. sed nunquid erit idem, si produxit et non fuit usus? dic quod sic, ex quo eum per se semel produxit et approbavit, ut D. quod quisque iuris, L. 3. in princ. et § primo: et hoc verum, nisi antequam iurasset, dixit se nolle uti illo, et ita relevavit partem, D. de iureiurando, L. eum qui, in princ. *¶* in Auth. de triente et semisse, §. primo, quia re integra licuit ei poenitere, ut D. de conditione causa data, causa non secuta, L. si pecuniam, circa principium, cum ibi notatis, super verbo poenitere, et de pactis, L. ab emptione, sic intelliguntur iura quae dicunt, quod licet mutare consilium, dum tamen non sit in alterius detrimentum, ut C. de acq. possess. L. fin. §. autem, *¶* D. de regulis iuris, L. nemo, *¶* C. de negotijs gestis, L. fin. sed nunquid pars quae obijcit contra testes in prima causa civili, poterit eos producere per se, in secunda causa criminali? dic quod non, C. de rebus cred. L. si quis iusiurandum, innotis his quae notantur, D. de arbitrio, L. litigatores, in princ. ex quibus iuribus dicitur, quod qui pendente uno officio ad aliud aspirat, salariam primi perdit, ut videtur expressum, C. de cohortalibus, L. fin. in fine, et L. Salariorum, circa finem, lib. 12. ad quod C. de testibus, L. consulta, *¶* de Episcopis *¶* Clericis, L. repetita, *¶* C. de adfessoribus, L. fin. et D. de statu hominum, L. queritur hermaphroditum, cum ibi notatis, et D. de pactis, L. si plures, circa medium, ibi: cum dicitur, nam est difficile. iuxta hoc queritur, nunquid quis possit tenere officium duorum? dic ut in theorica tertia, de adoptionibus, qua

Se nolle vi
illo.

que incipit, nota quod si illud, sed nonne quod dictum est in teste, habet locum in instrumentis? ut, si sum usus super una causa instrumento contra te, tu vero deinde velis uti eodem super alia contra me, an possim reprobare? dic quod sic, si volo reprobare propter defectum actoris, dum tamen illud capitulum sit separatum à primo, ut D. depositi, L. Publia, §. fin. et C. de transact. L. si ex falsis: sed, quid si illa inimicitia non venerunt prius inter illum qui usus fuerat, et testem, quia antea erant abscondita? dico, quod perinde est ac si prius intervenissent, et ideo notanter dicit textus, in d. L. si quis testibus, in princ. C. de testibus, postea emerfas, non dicit factas, nec erratas, sed emerfas, quia non apparebant illae tunc, D. de confirmando tutore, L. in confirmando, et L. utilitatem, et de vacatione muner. L. prator, §. si post causam, et hoc tenetur iurare, Auth. de testib. §. si vero edicatur, et ibi glossa, super verbo, iuraverit, quia hoc ignorare iuste potuit, *¶* ideo non est sibi imputandum: quin, inimicus à testimonio repellitur, ut D. de testibus, L. 3. in princ. *¶* de questionibus, L. prima, §. praeterea inimicorum, *¶* in Auth. de testibus, §. si vero dicat quis odiosum, collat. 7. ⁴⁴ amicus autem in testem admittitur, ut D. de usuris, L. sciendum, *¶* de istis questionibus *¶* multis aliis circa istam materiam testium, dic ut notatur in Auth. de testibus, §. quia vero multi, super verbo, sacramento, et super vers. productionum, et super vers. non habebit, et §. multa autem, super vers. abundantia, et §. si vero dicatur, super vers. instrumentum, collat. 7. sed, quid si testis per se redierit, *¶* ve-

43.
Per se re-
dierit.



& velit corrigere dicta sua, nunquid stabitur dicto
 primo, vel ultimo? dic, ut habes in *Auth. de testibus*,
 cū ibi notatis, in fine quod nulla est fides ei adhiben-
 da, si cum aliqua parte fuerit locutus, vel dic, quod si
 ipso momento dum examinatur, velit dictum suum
 corrigere seu emendare, potest, argumento *D. de ma-
 numissis testamento*, *L. fiscus*, & *de hered. inst. L.
 si ita scriptum*: alias si ex intervallo, non potest: siue
 sit locutus cum partibus siue non, argumen. ext. de
 accusationibus, cap. cum dilectus, in fine: imò,
 in hoc casu, tanquam sibi contrarius, repellitur,
 iuxta notata, *D. de minoribus*, *L. si filius eman-
 cipatus*, & *de petitione hereditatis*, *L. si testamen-
 tum*, & *C. de furtis*, *L. prima*, & *de honorum
 possessione secundum tabulas*, *L. prima*, nisi hoc
 fecerit de auctoritate iudicis, & parte presente,
 ut in *Auth. de testibus*, §. penult. & *D. de testibus*,
L. producti, & argumen. *D. de questionibus*,
L. repeti, glossa tamen notat alibi, quod potest er-
 rorem suum corrigere, ext. de accusationibus,
 cap. qualiter & quando, lo primo: sed, nunquid
 46. testis semel examinatus possit iterum examinari,
 dic, quod aut fuit examinatus extra iudicium:
 & tunc, sic: *C. de testibus*, *L. finali*, aut in iudicio:
 & tunc, si non fuit plenè examinatus, super inter-
 rogatorijs traditis, vel malè fuit examinatus:
 & tunc, potest iterum examinari, argumento,
D. de operis libertorum, *L. secunda*, & est ex-
 pressum, ext. de testibus, cap. per tuas, in fine,
 alias autem per partem non potest peti iterum
 examinari, potissimè, cum didicit testifica-
 ta,

ta, ut notatur in *Auth. de testibus*, §. quia nec, col-
 lat. 7. iudex tamen ex officio suo per se, quando ei
 visum fuerit, potest eos iterum & iterum exami-
 nare, si minus plenè fuerit interrogatus, argumento
D. de interrogatorijs actionibus, *L. ubicunque*, &
 notatur in *d. cap. per tuas literas*, ext. de testibus,
 & est expressum ext. de fide instrumentorum, cap.
 cum Ioannes, testis vero potest per se petere ite-
 rum examinari, si dicat se errasse in sua depositio-
 ne, dum tamen non fuit locutus, cum aliqua parti-
 um, & hoc facit incontinenti, ut predictum est, &
 notatur in *Authen. de testibus*, §. illud, & in
d. cap. per tuas literas, ext. de testibus, quia que in-
 continenti fiunt, inesse videntur, ut *D. si certum
 petatur*, *L. lecta*, vers. dicebam, cum ibi notatis, &
 sunt nouem casus, in quibus possunt iterari testes,
 unde versus, obscurum dictum, ut ext. de testi-
 bus, cap. per tuas literas, varius modus, extra de
 testibus, cap. 2. altera parsque, ut ext. de testibus,
 cap. constitutus, defectus veri, cap. praeterea, extra
 de testibus, desidia iudicis, ut ext. de testibus, cap.
 per tuas literas, articulus nouus, ut extra de
 testibus, cap. fraternitatis, & capite, cum causa
 que inter œconomum, si iudicium variatur,
 ut extra de testibus, capite presentato, coniugij
 causa, ut extra de testibus, capite series, & ibi
 glossa, super verbo, iuri contraria, in fine, si predi-
 cta causa fuere, de probationibus, cap. fin. casibus
 his nouem possunt testes iterari: sed, quid si testis
 dicat se non deposuisse prout in sua depositione
 scriptum reperitur? dic, quod statur notario, 42.
 si sit

Ex officio
luo²Inconti-
nenti.

47.

Obscurum
dictum.

42.



si sit honesta persona, nec aliàs aliquid sinistrum facere consuevit, nam tunc sibi in dubio creditur propter officium publicum, ut ext. de rescriptis, cap. ad audientiam, & ext. de accusationibus, cap. cum dilectus, in fine, ad quod D. de accusationibus, L. magis puto, §. et illud, et L. ea quidem, et ext. de probationibus, cap. quoniam contra falsam: item, quia tales sunt in eorum depositionibus singulares, cum secretè sint examinati, et ideo non probant, ut C. de testibus, L. iurisiurandi, et d. cap. cum dilectus, in fine, ext. de accusationibus, si autem notarius, effectus talis persona quæ consuevit falsa scribere, tunc staretur testi. ut D. de suspectis tutoribus, L. 3. §. si mater, & de accusationibus, L. si cui, §. primo, vel dic quod debet inspicere modus & consuetudo, ut D. de liberali causa, L. diui fratres, & dic de hoc, ut notatur per Doctores ext. de fide instrumentorum, cap. cum Ioannes, & qui testes sint à testimonio repellendi, dic ut notatur, C. de testibus, L. etiam, & L. quoniam, & ext. de testibus, cap. ex parte, et cap. sicut à nobis, et cap. seq. et ext. de probationibus, cap. licet causam, et D. de testibus, L. 3. §. lege, & L. inuiti, & ad legem Iuliam repetundarum, L. eadem lege, & C. de here. L. & plus, circa finem glossæ, in quibus dicitur quod infamis repellitur de iure nostro, nisi fuerit emendatus, sic notatur, C. de nuptijs, L. imperialis, varietas enim locorum & temporum reprobant testes, ut notatur, D. de testibus, L. carmen, in fine: liberi vero contra patrem vel matrem, & è contra, nec pro se, nec contra se, etiam volentes, admittuntur, ut C. de testibus, L. parentes, & D.

49.

50.

Infamis.
Nisi fuerit
emendatus.

51.

Liberi.

& D. de testibus, L. lege Iulia, iuncta L. quod prohibet, D. de postulando, & est sciendum quòd ratio validior est probatio, quàm maiore utitur auctoritate, iuxta notata D. de edendo, L. si quis ex argentarijs, §. primo, & de testibus, L. 3. eiusdem, & ibi glossa super verbo, dignitas, & C. de testibus, L. eos, & L. iurisiurandi, Auth. de testibus, §. sancimus, collat. 7. sed, nunquid frater contra fratrem, in causa fratris, potest esse testis? dic quod non in causa criminali; argumento D. de questionibus, L. prima, §. si seruus, & D. de testibus, L. 4. cum ibi notatis, quia, in causa criminali est suspicio, quòd non deponeret contra fratrem, cum nemo sanguinem suum odio habere presumatur, propter vituperium generis, C. de senatusconsulto Claudiano tollendo, L. unica, & ad legem Iuliam peculatus, L. finali, circa finem, et de fideicommissis, L. cum acutissimi, cum ibi notatis, in fine, iunctis his quæ notantur D. in ius vocati, ut eant, L. 2. & de rerum diuisione, L. fin. et de bonis eorum, L. prima, cum legibus ibi allegatis; ampliùs, si non potest accusare; nec testimonium ferre, D. de bonis quæ liberis, L. qui cum maior, §. sed si non accusauerit, & C. qui accusare possint, L. si magnum, et idem posset dici si esset questio de omnibus bonis, vel dimidia parte, & essent in parte vnius, vel haberent bona communia, iuxta notata C. de testibus, Auth. si testis, et D. de excusationibus tutorum, L. propter litem, in principi. de excusatione tutorum, §. item propter litem, sed in civili potest esse testis, ut notatur C. de testibus, L. parentes, & notatur ext. de officio delegati, cap. cum

52.

53.

frater cō-
tra fratrem
in causa
criminali.

54.

55.

Omnibus
bonis.

56.

in civili.

Q

R &



- R. & licet admittatur, non tamen compellitur
 57. secundum aliquos Doctores, quia testificari est mu-
 nus publicum, ut tutela, à qua excusatur, ne sit con-
 tra fratrem, ut D. de testibus, L. lege Iulia, & ad
 Turpilianum, L. secunda, et de accusationibus, L.
 58. secunda, item dic, quòd uxor est domestica persona,
 Vxor. D. de pœnis, L. respiciendum, §. furta domestica, &
 ideo, à testimonio repellenda, iuxta notata D. si quis
 cautionibus, L. sed et si quis capitalis, §. illud, super
 verbo, domestico; et sic de omnibus alijs, qui dicuntur
 domestici, ut L. penus. D. de testibus, ad Sylleianum,
 L. prima, §. fin. ad quod C. de his qui ad Ecclesiam
 confugiunt, L. fin. §. sanè, cum legibus ibi in glossa
 allegatis, & C. de testibus, L. etiam, & de questio-
 nibus, L. pridè; sed, quid si domesticus seu familia-
 ris alicuius sit deiectus, & fraudulosè, ut pro ipso
 Deiectus. possit ferre testimonium? dic, quod non valet; et præ-
 sumitur fraudulosè deiecisse, eò quod, pendente causa
 eum à se deiecerit; vel, eo quod deiectus, facto testimo-
 nio, ilicò ad eum diuertisset, ut D. de adulterijs, L.
 si quis, §. primo, & de priuilegijs creditorum, L. si
 ventri, & pro hoc D. de questionibus, L. prima,
 §. item, & §. si quis seruus, & de repudijs, L. 3. &
 de in rem verso, L. si pro parte, §. ver sum, & de
 captiuis, L. Postliminium, §. captiuis, & videtur
 expressum, ext. de renunciat. capite secundo, circa
 60. medium, libro sexto. sed nunquid ratione paupertatis
 Paupertatis. repellatur testis? dic, ut in septima theoricā, de
 adoptionibus, quæ incipit, nota, quod plus, item ad-
 de theoricā de testibus, quæ incipit, nota, quod
 61. pauper; sed queritur, quando testis habeat deponere de

re de scientia? & quando de credulitate? & de om-
 ni genere iurandi & deponendi? dic, ut notatur D.
 de iureiurando, in rubrica, & C. de testibus, L.
 testium, super verbo, præsto, nam de omni scien-
 tia potest ferre testimonium, dum tamen se referat,
 ad id, de quo agitur, ut in Authent. de heredibus
 & Falcidia, §. si verò absunt, collatione prima, &
 D. de periculo, & commodo rei vendita, L. prima,
 §. primo, & de contrahenda emptione, L. quod sæ-
 pe, §. finali, & de testamento militari, L. diuus, &
 de officio præsidis, L. sæpe, & de libero homine ex-
 hibendo, L. tertia, §. primo, & instit. de gradibus,
 §. si quis, & §. antepenultimo: nec obstat L. si non
 speciali, & L. si unus, C. de testibus, quia loquun-
 tur, ubi plenè non possunt audire, vel cogere testato-
 rem: quia aliàs valeret, ut legibus allegatis; &
 ubi cunq; quis iurat de arte sua, ministerio, officio,
 conscientia, seu de intrinsecis, & de causa, quæ est
 propinqua ad actum, admittitur iuramentum, &
 depositio de credulitate, ut C. de proximis sacrorum
 De credulitate.
 scriniorum, L. unicuiq; & notatur C. de professori-
 bus & medicis, L. magistris, libro 10. & notatur
 extra. de presumptionibus, cap. ex litteris, & ext.
 de rescriptis, cap. statutum, §. accessorum, lib 6.
 de iureiuran. cap. mulieri, in fine, & D. de iureiurando,
 L. iusiurandum, circa princ. & de testibus,
 L. testium, circa prin. et D. de iuramēto calumnia,
 L. finali, §. quod obseruari, super verbo, scire pos-
 sunt, quod nota; & in his, quæ sunt nota iudici ut
 iudici, quorum probatio constat in sola conscientia,
 nec exterius aliter apparere possunt, ut si agatur, an
 Nota iudici.
 ali- ci.

aliquis sit bonus vel malus, & sic de alijs; habet index iudicare secundum conscientiam, sic intelligitur D. de testibus, L. tertia, §. tu scire magis potes, & §. fin. & de questionibus, L. quæsum, & de minore, L. maior viginti quinque annis adhibito præside, & finium regundorum, L. si emptione, circa finem, & qui admitti ad bonorum possessionem, L. bonorum, in fine, & de iudicijs, L. si quis ex aliena, & C. qui & aduersus quos, L. prima, & de ferijs, L. eadem oratione, in fine, & de petitione hereditatis, L. finali, in fine, & ext. de exceptionibus, cap. primo, in fine, lib. sexto, iunctis his que notantur D. de procuratoribus, L. filiusfamilias, §. veterani, super verbo, prætermisam, & de administratione tutorum, L. lex que, circa medium, & in talibus, sufficit deponere de credulitate, & in hoc casu ei statur & creditur, licet aliàs testis habeat deponere de certa scientia. sic intelligo notata, D. de iureiur. in Rubrica, & sic intelligo veram opinionem Martini, & glossas proximè allegatas: quedã sunt etiã, que exterius probari possunt, et cõstare possunt exterius, et tunc, quedã sunt, que constant ei, ut iudici in iudicio; et tunc in istis debet index procedere secundum probata, & non secundum conscientiam, ut D. de officio præsidis, L. illicitas, §. veritas. in istis his que notantur C. de transactio. L. agi, & ut que desunt aduocatis, L. unica, et de temporibus appellationum, L. 2. & ext. de officio delegati, cap. pastoralis, §. quia verò sepe, cum ibi notatis, super verbo, eandem, & de officio iudicis ordinarij, cap. primo, & sic intelligitur opinio Joannis & Accursij.

Et in talibus.

Sic intelligo.
Martini.

qua verior est. eo namque casu lex imponit necessitatem iudici, ut secundum iura iudicet, ut in Authent. iusiurandum quod præstat ab his, per totum, collat. 2. & in Auth. de mandatis principum, §. patrocina, collat. 3. ergo est excusatus, quia lex ipsum condemnat, non index, cum ipse index non sit nisi minister legis; sic dicitur, quod delictum perimit vel punit hominem, non index, iuxta notata D. de probationibus, L. cum probatur, D. de his qui notantur infamia, L. iuris fastium, & D. ad Turpilianum, L. prima, §. calumniatoribus, & ad municipalem, L. ordine, aliàs, index suppleret de facto, quod non debet nec potest facere, C. ut que desunt aduocatis partijs, L. unica, & C. de temporibus appellationum, L. fin. circa princ. quedam verò sunt que sunt notoria iudici, ut iudici extra iudicium, & tunc, index quandoque non attendit probata, sed supplet, ut si dicat esse aliquod testamentum, vel cõsuetudo, vel sit punctus iuris, ut C. ubi & apud quos, L. prima, & L. fin. & sic intelliguntur iura per Martinum & Petrum allegata, aliàs autem, ubi nihil probatur, nihil debet iudicare, ut C. de edendo, L. qui accusare, & notatur in L. admonendi, D. de iureiurando; ad propositam materiam de testibus redeundo, dico, quod si proponatur factum, quod sit antiquissimum, non tenetur testis deponere de anno, nec de certo tempore, ut D. de aqua pluuiarum arcenda, L. 2. §. idem Labeo, & in hoc casu recipitur testimonium de auditu; quod est speciale in ista actio. De auditu, ne, ut notatur D. de probationibus, L. si arbiter, ut notatur in d. §. idem Labeo, L. 2. D. de aqua pluuiarum arcenda,



arcenda, ubi dicitur, quod tria requiruntur in hac actione, ad hoc ut opus destruat; item, reus habet probare alia tria ad sui defensionem; itē, potest addi pro quarto, ut absoluat reus si probet quod aqua non pluuialis damnum det, ut D. de aqua pluuiā arcenda, L. prima, §. in suam, & L. opus, in princ. & §. primo; item, quinto, si probet quod opus factum sit causa agri colendi, & sine animo nocendi vicino, ut d. L. 1. §. de opere, D. de aqua pluuiā arc. iij. sexto, si probet quod damnum det prædio urbano, et non rustico, ut d. L. 1. §. item sciendum, D. de aqua pluuiā arcenda; item septimo, si probet, quod opus fiat in loco publico, ut L. opus, §. aqua, & L. si in publico, D. de aqua pluuiā arcend. item, octavo, si probet quod præsentis aduersario opus fiat, ut L. 2. §. Labeo, D. de aqua pluuiā arcenda; item, nono, si probet quod auctoritate publica fiat, ut L. 1. §. Cassia, D. de aqua pluuiā arcen. sed quando est antiquum, tunc tenetur deponere de anno, non de certo tempore, ut D. ad Sylleianum, L. prius; sed ubi factum non est multum antiquum, nec multum recens: tunc, de anno et mense, non de die et hora dici, ut D. quod vi aut clam, L. aut qui aliter, §. primo, ista autem incumbunt iudicis arbitrio, ut D. de testibus, L. 2. §. tu magis, & §. seq. sed nunquid testes tenentur dicere causam sui dicti? dic quod sic; si super hoc interrogatur, ut notatur C. de testibus, L. 2. et 3. circa finem, et L. testium, et ibi gloss. super verbo præsto fuerint, & notatur D. de transact. L. cum hi, §. in causa, super verbo, audiat, & de his qui notantur infamia, L. 2. super verbo, cur miles, et de edendo, L. prima, & de

& de question. L. repeti, & de noui operis nunciacione, L. prima, circa principium, super verbo, per nunciacionē, & de doli exceptione, L. 2. et mandati, L. si per procuratorem, in princ. & C. de bonis qua liberis, L. fin. super verbo, filij nomine, et in Auth. de exhibendis reis, §. sancimus, collat. 6. & in Auth. de testibus, §. si enim scriptum, collat. 7. & extra de rescriptis, cap. si quando, sed nunquid si testis fuerit productus, super certis articulis, & deponat super alijs, valeat eius depositio? dic quod non; ut notatur D. de iureiur. L. si duo, §. item Iulianus scribit, super verbo, pro verbo, probare, et L. admonendi, in fine, C. qui legitimam personam standi habent in iudicio, L. momentaneè, & D. de petitione hereditatis, L. si quis, §. fin. & C. si sepius in integrum restitutio petatur, L. 2. iunctis his que notantur D. de quest. L. repeti; hoc verum, nisi articuli super quibus deposuit, descendat, ex primis, argum. D. de questionibus, L. prima, §. diuus, & de minoribus, L. etiam, §. primo. C. de temporibus appellationum, L. per hanc; sed, an testis semel falsum dicens repellatur, si ab aliquo producat? dicit glossa quod sic; si iudex notauit eum infamia; alias non, puta, si simpliciter suo dicto non credidit, ut C. de fide instrumentorum, L. secunda, circa finem glosse, nam sola sententia iudicis aliquem efficit infamen infamia iuris, iuxta notata, de his qui notantur infamia, L. Athletas, §. finali, & de furtis, L. furtum in fine glosse; & ex quibus causis testi non sit standum? dic ut notatur D. de his qui notantur infamia, L. Lucius, iuncta L. Cassius, cum ibi notatis

L 4

D. de



D. de senatoribus, & ad Turpilianum, L. prima, §. primo, de testibus, L. tertia, §. ideoque diuus Adrianus, & ibi glossa, super verbo, impuberes, in fine, & de accusationibus, L. si cui, super verbo, ad irritandum eum, iunctis his quæ notantur ext. de iudicijs, cap. at si clericus, super verbo, probatione, & ext. de testibus, cap. decenter laicis, sed, quid si aliquis testis productus & examinatus, & c. dic de hoc, ut in prima theorica, in ius vocati ut eant.

Doctor Baert.

Iurare) Idem dixit suprâ, capite 2. numero primo, quibus adde Ægidium Bofsius, in tractatu criminum, titulo, de oppositionibus contra testes, num. 36. & 37. folio 304. rursus, num. 82. 83. 84. fol. 308. columna secunda, secundum impressionem Lugdunensem Philippi Tinghi Florentini anno M. D. LXXV. Iacobum Menochium, de arbitrarijs iudicium, libro primo, quæstione 26. fol. 17. colum. 4. rursus libro secundo, centuria prima, casu 108. numero 30. secundum impressionem Francofurtensem, anni M. D. LXXVI. postremò Didacum Couarruias variarum resolutionum libro secundo, cap. 13. num. septimo, vers. ex quo apud me.

Dicent) Nota formam iuramenti, quia, aliqui distinguunt, an testis iurauerit dicere veritatem, an verò simpliciter respondere ad interrogata, prout admodum latè profequitur Ægidius Bofsius in suo tractatu criminum, titulo de falsis, num. 139. vers. tamen si tacet verum, fol. 252.

Prote-

Protestatur) Quantæ virtutis & efficaciz sit hæc protestatio, declarat Ægidius Bofsius, in suo tractatu criminum, titulo, de publicatione processus & testium, numero decimo, vers. & circa dictum cap. præsentium, fol. 295. columna secunda, siquidem pars protestetur contra personas testium ante publicationem, vide licet, quo tempore pars citatur ad videndum iurare testes, iuxta caput secundum, ext. de testibus, & L. si quando, C. de testibus, tunc, non obstante publicatione postea facta, potest probare contra eorum personas: aliàs, post conclusionem, in causa non licet examinare alios testes contra personas testium: imò, nec post solam publicationem testium, nisi secundum formam, cap. præsentium, ext. de testibus.

Expresse) Idem superiùs affirmavit hoc eodem libro, capite secundo, numero secundo.

Si fecerit pœnitentiam) Hoc ipsum repetit inferiùs hoc eodem capite, nu. 74. latèq; profequitur Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro primo, quæstione 27. numero sexto, & seqq.

Falsus testis) De teste, qui falsitatem admittit, tam circa substantialia causæ, quàm circa accidentalia, vide Ægidium Bofsius, in tractatu criminum, titulo de falsis, numero 144. folio 252. rursus titulo de tortura testium, num. 31. & seqq. fol. 145, columna prima, & Iacobum Menochium de arbitrarijs iudicium, libro secundo, cent. 4. casu 306. & casu 307. per totum.

Falsum testimonium) Schola cõmunis putat eum testem, qui pecuniam accipit, vt testi-

Q 5

moni-



monium dicat, puniri poena falsi, Bar. in L. prima, §. primo, D. ad legem Corneliam de falsis, & ibi Marfilus, num. 5. Panormitanus in cap. primo, ext. de crimine falsi, Felynus in cap. licet causam, numero 30. ext. de probation. Iason in L. diuus, num. 27. D. de re iudicata: verum, maximè dubia est hæc opinio, vt admonuit Decius in capite primo, numero secundo, ext. de testibus: & Didacus Couarruuias in cap. quamuis pactum, parte prima, §. 7. num. 5. de pactis in sexto, nam falsum committi tunc dicitur, cum rei veritas immutatur: atqui ille qui opinionem accipit vt testimonium dicat, haud immutat rei veritatē: ideoq; magis existimo eum puniri debere arbitrio iudicis, vt eleganter ostendit Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, lib. 2. centuria 4. casu 310. numero septimo, folio 259. columna 4.

Periurus) Qua poena puniatur periurus, admodum latè tractat Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. periurium, num. 2. 5. 6. & 7. fol. 72. columna prima, secundum impressionem Francofurtensem Nicolai Bassei anno M. D. LXXVI.

Se nolle uti illo) Quod ille, qui falsos testes produxit, etsi deinde dicat, se nolle illis uti, teneatur tamen de falso, primus affirmavit Bartolus in L. si falsos, C. de falsis, & Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo, falsario, num. quadragesimo secundo, vers. & scias, Paulus de Castro in L. secunda, C. de fide instrumentorum: Ruinus cons. 86. numero tertio, libro quarto, quia verè, quantum in se fuit,
falsum

falsum commisit, vt ait Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria quarta, casu 316. numero decimo quarto, folio 262. columna .2. & num. 30. fol. 263. col. prima.

Per se redierit) Quæritur in primis, an testis per se redire possit, vt depositionem suam corrigat? Bart. in L. repeti, in principio, D. de quaestionibus, ita distinguit: vt si testis motu proprio reuertatur incōtinenti, possit seipsum corrigere: secus, si ex interuallo, cap. praterea, ext. de testibus cogendis, qua de re plura tradit Ægidius Bossius in suo tractatu criminum, titulo de publicatione processus & testiū, nu. 28. & multos seqq. fol. 297. col. 1. & 2. rursus, titulo de tortura testiū, nu. 23. & seqq. fol. 144. col. 2. ex quo diligenter adnotandū est, quod postquam testes deposuerunt, hoc est, testimonium tulerunt, quod iterato debeat eis sua depositio legi, vt si quid errauerint in deponendo, possit error tolli, per consequens ipsorum depositio, suppleri, mutari, vel etiam contrahi, prout id ipsum seruatur in gubernantia Duaci Catuacorum.

Ex officio suo) Idem tradit ex professo Ægidius Bossius Patricius Mediolanensis, in tractatu criminum, titulo de publicatione processus & testiū, numero 22. vers. & conclusio est, fol. 290. rursus in titulo de tortura testiū, nu. 34. fol. 145. & Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. finali, practica criminalis, quaestione sexagesima prima, numero quinto, vers. quero nunquid post publicatas, folio 304. & seq. vbi subiungit, hoc ipsum iudicem facere posse



posse ad instantiam partis ex consuetudine generali, secundum Guilielmum Durandum, vulgò dictum Speculatorem, patrem omnis practicæ, in titulo de teste, §. satis vtiliter, numero quarto, & post eum Alexander ab Imola, cons. 238. numero sexto, volumine sexto.

Incontinenti) Quando censeatur testis incontinenti reuocare errorem suum, disputat admodum latè, quin & anxie, Patricius Mediolanensis Ægidius Bossius, in tractatu criminum, titulo de publicatione processus & testium, numero 28. & multis seqq. folio 297. columna prima & secunda, tandem probat eorum sententiam, qui dicunt incontinenti testem se corrigere, quando nòdum exiuit conspectum iudicis: vel si exiuerit, nondum locutus est parti, nisi aliud qualitas personæ suadeat. vnde, multò magis incontinenti testis errorem suum reuocare dicetur, si ipso momento, vel in examinis puncto reuocet errorem, secundum Ægidium Bossium, in tractatu criminum, titulo de tortura testium, numero 23. & multis seqq. folio 144. columna secunda.

Obscurum dictum) Hos versus vt restaurare possem, vidi Cardinalem Hostiensem, qui plerunque carmine materias elegantiores recitat, & glossam in omnibus allegatis capitulis hic in contextu, sed inuenire nequiui.

Infamis) Idem confirmat Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, pract. criminalis, questione decimaquarta, numero vndecimo. vers. secundus est casus, folio 124. columna secunda, & quest. 24. nu. 13. vers. item

item infamis, fol. 156. siue sit infamis infamia iuris, siue sit infamis infamia facti: & est communis opinio, secundum Albericum in tractatu de testibus, libro primo, §. consequenter, numero septimo, & seqq. Porro singulos enarrare qui sunt infames, haud est operæ pretium, quia latissimè refert eos Iodocus Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium, capite 50. titulo de reprobatione, num. 26. & seqq.

Nisi fuerit emendatus) Hunc eundem locum paulò plenius exposuit in superioribus, hoc eodem capite, numero vigesimoprimo, vers. sed nunquid testis.

Liberi) Idem tradit ex professo Patricius Mediolanensis Ægidius Bossius in tractatu criminum, titulo de oppositionibus contra testes, nu. 61. folio 306.

Frater contra fratrem) Franciscus Duarenus anniuersariarum disputationum, libro primo, cap. 28. tenet indistinctè contra receptam opinionem, de iure ciuili fratris testimonium non esse admittendum, quia scilicet iure scripto improbatur domesticum testimonium, L. 24. testes, D. de testibus, L. etiam, C. de testibus, domesticus autem testis (inquit) non istatim dicitur, qui in eadem domo habitat, sed & qui eiusdem familiæ, gentis, & agnationis est, L. respiciendum, §. facta, D. de pœnis, Theophilus in instit. libro secundo, titulo de testamentis, L. item eorum, D. quod cuiusque vniuersitatis nomine, L. prima, C. de emen. prop. allegat in eandem sententiam locum Ciceronis, in oratione pro Roscio Amerino, vbi, talem testem



254 PRACT. CRIMIN. DE
testem, qui de domo accusatoris producitur,
Cicero (inquit) mutum accusatorem vocat, à
Duareni parte stant etiam Lanfrancus ab Orias
no, in suo tractatu de positionis testium, seu de
testibus, numero sexto, Damhouderius in sua
praxi rerum criminalium, cap. 50, titulo de re-
probatione, numero decimo, fol. 107. secundū
impressionem Antverpiensem Ioannis Belleri
anno M. D. LXX. Contrà Iacobus Reuardus
elegans me herclè Iureconsultus, variorum, si-
ue de iuris ambiguitatibus, libro secundo, cap.
8. eorum (inquit) qui de familia producebātur,
testimonia, non vsquequaque olim fuisse neg-
lecta, docet actionē tertia in Verrē Cicero, vbi
C. Verrem Malleoli tutorem sic alloquitur, cur
sodalis (erat hic Malleoli pater) vxorem, sodalis
focrum, domum deniq; totam sodalis mortui
contra te testimonium dicere? cur prudentissi-
mas lectissimasq; fœminas in tantum virorum
conuentum insolitas inuitasq; prodire cogis?
huic etiam adiungi potest, quòd sic de Iulio Cæ-
sare Suetonius scribit, in P. Clodium, Pompeiæ
vxoris suæ adulterum, atq; eadem de causa pol-
lutarum ceremoniarum reū, testis citatus ne-
gavit se quicquam comperisse, quamuis & ma-
ter Aurelia & soror Iulia apud eosdem iudices
omnia ex fide retulissent: ideoque verisimilius
est (inquit) eos duntaxat testes de domo produ-
ctos cenferi, qui in accusatoris sunt potestate,
sic enim domesticum testimonium Græci in-
terpretantur: amplius (inquit vterius) nō pos-
sunt, non probare Interpretis eximij Theodori
Balsamonis sententiam, qui canonem synodi
Cartha-

BELLO VISV, LIBER II. 255
Carthaginensis 132. interpretans, quo testes,
quos de domo producit accusator, non esse au-
diendos, etiam traditum est, domesticos testes
accusatoris appellari dicit omnes, qui cū eo ha-
bitant, & quibus ipse potest imperare, ea nimi-
rum ratione qua, furta quæ serui faciunt do-
minis, liberti patronis, & mercenarij ijs, apud
quos degunt, domestica dicuntur, L. ii. respici-
endum, §. primo, D. de pœnis, eamq; sententiã
puto veriore, nempe, fratrem pro fratre, cō-
sanguineum pro consanguineo, regulariter, in
causis ciuilibus testimonium ferre posse, glossa
in cap. parentes, causa quarta, quæstione tertia,
in cap. primo, 3. quæstio. 5. Baldus in L. paren-
tes, numero tertio, C. de testibus, Ioannes Ro-
bertus Aurelius, sententiæ iuris, libro quar-
to, capite 2. Iacobus Menochius de arbitrarijs
iudicium, libro secundo, centuria 2. casu 104.
numero primo, fol. 133. colum. prima: dico re-
gulariter, quia patitur ea regula exceptionem,
quando simul habitaret, item quando non ha-
bitaret, sed magna foret inter eos affectio: rur-
sus, vbi grauis & ardua foret admodum causa:
quæ simul omnia relinquuntur arbitrio iudi-
cis, vt ait Menochius, de arbitrarijs iudicium, li-
bro secundo, centuria secunda, casu 104. nume-
ro 2. 3. 4. & 5. fol. 133. col. prima, & secunda.

In causa criminali.) Illud interim dicam, fra-
tris testimonium recipi pro defensione fratris
in causa capitali. Felynus in cap. litteras, num.
15. ext. de præsumptionib. Baldus in L. parêtes,
nu. 4. C. de testibus, Felinus in ca. cū oporteat,
nu. 3. ver. quinto limita, ext. de accusationibus,
Decius



Decius conf. 459. num. 8. & conf. 469. num. 7. latè Crauetta, conf. 119. numero nono, Rolandus à Valle, conf. 7. num. 25. lib. primo, Gramma. conf. 12. num. decimonono, & seq. Menochius de arbitrarijs iudicum, libro secundo, centuria secunda, casu 104. num. 6.

Omniibus bonis) Idem tradit ex professo Baldus in L. parentes, numero quarto, C. de testibus, Felynus in cap. litteris, num. 11. ext. de testibus, idem in cap. cum oporteat, numero tertio, vers. fallit sexto, ext. de accusationibus, Socinus conf. 17. columna tertia, vers. quoniam ista est communio, & conf. 130. columna ultima, volumine primo: quia multorum vel omnium bonorum causa plerunque comparatur causæ capitali, Felynus in cap. litteras, numero decimo, ext. de præsumptio. & Menochius de arbitrarijs iudicum, libro secundo, centuria 2. casu 104. num. 5. fol. 133. col. 2.

In civili) Pluribus idipsum paulò superiùs auctoritatib. probavi, simul ex Menochio plures attuli.

Uxor) In maritum, scilicet, aut pro marito nam pro marito, vxorem testem esse vetat, affectionis suspicio: contra verò maritum, vxorem testimonium ferre non vult reuerentiæ dispendium, & maritalis odij augmentum, L. parentes, & ibi glossa, super verbo, parentes, C. de testibus.

Deiectus) Deiectum vocat eū, qui testimonij ferendi causa fit è familia deiectus, & comparatus aut intrusus ad testimonium ferendum quod vt faciliùs intelligatur, est sciendum, quod aliqui

aliqui purgandi sua causa soleant, aliquos subornare qui falsum, vel saltè fauorabile & quod in eorum fauorem vergat, testimonium ferant, in eumque finem, paterfamilias etiam domesticos, vt aliqui verbum hoc & præcipuè veteres interpretantur, fortè suos eijcit, vt in sui fauorem testimonium dicant, qui aliàs testimonium ferre non possent.

Paupertatis) Pauperes à ferendo testimonio repelli, duabus rationibus affirmat, Iodocus Damhøderius in sua praxi rerum criminalium, cap. 50. titulo de reprobatione, nu. 17. primò, quia pauper minus fidei præstat: secundo, quia facilius corrumpitur, in eamque sententiam plures, auctoritates allegat quas hoc affirmare non video: quinimò, Socinus in tractatu fallentiarum, regula 289. fallentia 2. Crauetta confil. 260. col. 4. vers. paupertas, ob paupertatem, ne quidem in causa criminali, testem repelli docent: & rectè, quia licet aliquis pauper sit, attamen potest esse honestæ vitæ, bonæ conditionis & famæ, sicut ait Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali practica criminalis, quæst. 14. nu. 19. vers. sed hęc etiam, fol. 128. rursus, quæstione 24. num. 11. vers. quæro etiam, folio 155. in eamque sententiam potest allegari, textus in L. 3. in princ. D. de testibus, & in cap. si quis testium, ext. de testibus, iudex autem secundum qualitatem personæ & causæ, arbitrabitur an ob paupertatem suspectus ille dici possit, vt ait Abbas in cap. si quis testium, in fine, ext. de testibus, Iason in L. si constante, nu. 156. & ibi Ripa, nu. 34. D. soluto matr.



Crauetta conf. 249. nu. 12. Albericus in tractatu testium, titulo, quando repellantur testes ratione defectus personæ, nu. 15. Didacus Couaruias variarum resolutionum, libro secundo, cap. 6. vers. qualiter paupertas. Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria prima, casu 96. nu. 2. 3. & 4. fol. 128. columna quarta: quibus, vt maximè dissentiat, addere poteris hunc eundem nostrum Iacobum de Bello Visu, infra lib. 3.

De credulitate) Ad hanc rem vide libellum nostrum, quem inscripsimus extraordinarias lectiones, in explicatione L. vnicę, C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur, nu. 138. vers. interim quod interfit, pag. 140. secundum impressionē Coloniensem Materni Cholini, anno 1579.

Nota iudici) Hanc materiam noster Iacobus de Bello Visu resumit infra, libro tertio.

Et in talibus) Hæc inseruimus huic loco ex libro tertio, vbi eandem tractat materiam, quia scilicet alias, hæc materia huic loco non ita conueniret, vt prima facie cuius apparere potest, agit enim hoc loco de testibus, ad quorum declarationem nihil per se facit, inquirere, an iudex secundum allegata & probata iudicare debeat, an vero secundum conscientiam? sed eopposito quod hic ex eodem subiungimus, optimè vides eundem articulū huic loco quadrare.

Sic intelligo) Totum hunc locum supplēmus, ex libro tertio.

Martini) Hanc opinionem Martini, quomodo

modo, seu quibus rationibus probent Interpretes, dicam inferius libro tertio.

Nihil debet iudicare) Rationem huius dixi in mealegomenis, ad L. vnicam, nu. 138. C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur, pag. 140. quibus adde Iulium Clarum, receptarum sententiarum libro quinto, §. finali pract. criminalis, quæst. 62. fol. 305.

Ad propositam) Hæc addidimus de nostro, vsque ad verbum, antiquissimum, ne hiulca foret oratio.

De auditu) Ita affirmarunt Alexander, conf. 187. columna vltima, vol. 2. Aretinus conf. 27. in secundo dubio, Socinus conf. 205. colum. tertia, vers. quarto optimè ad propositum, vol. 4. Iason conf. 128. col. 2. vol. 1. & conf. 15. colum. penultima, volum. 3. & conf. 166. col. 3. volum. 4. Chassanæus conf. 54. nu. 18. & Parisius in conf. 7. nu. 20. vol. 4. cæterum, horum traditiones Aymo Crauetta, in tractatu de antiquitate temporum, vltima particula primæ partis, nu. 3. 4. & 5. putat solum procedere in his quæ sunt difficilis probationis, ego certè existimo hac in re nullam esse differentiam, inter probationem eorum quæ sui natura facilè probari possunt, & in his quæ difficulter admodum probari possunt, propterea quod ob temporis diuturnitatem, censeantur facta difficilis probationis, ea quæ aliàs facilis probationis erant, authore Menochio de arbitrarijs iudiciū, lib. 2. cent. 5. casu 475. nu. 10. & seq. vbi latissimè materiam testimonij, de auditu prosequitur.

R 2 Caput



Caput quintum.

Quæstio.	numero primo.	
Regula.	2. & 20	
Quæstio.	3	
Suspectus est qui se ingerit ad testimonium ferendum.	4	
Quæstio.	5	
Qualiter citationes fieri debeant.	6	
Citatio fit multis modis.	7	
Distinctio citationum.	8 & 10	
Non est necesse vt citatio peremptoria veniat ad notitiam citati.	9	
Regula.	11	
In quibus casibus citatio non valeat.	12	
Regula.	13	
Ad producendos testes dantur duæ, aut tres dilationes.	14	
Actor debet habere tot dilationes quot reus.	15	
Si nimis arctetur aut denegetur citatio, est locus appellationi.	16	
Regula.	17	
Sine termino peremptorio non valet sententia.	18	
Quæstio.	19	
Quæstio.	21	
Cautela.	22	
Quæstio.	23	
Quæstio.	24	
Publicatio attestacionum est de essentia ordinis iudiciarij.	25	
Tantum valet quod fit facto, quam quod verbis dicitur.	26	
Rebus non verbis est lex imposta.	27	
Mens & effectus prius inspiciuntur quam verba.	28	
Protestatio conseruat ius futurum.	29	
Quæstio.	30	

Differen-

Differencia	} numero 31. 33. 35	Protestationis.
		Prædictionis.
		Denunciationis.
		Interpellationis.
		Oblationis.
		Inhibitionis.
		Attestationis.

Formula prædictionis.	32
Dies interpellat pro homine.	34
Allegationes iuris traduntur ad informandum animum iudicis.	36
Derelations & rapportz.	57
Post relationem factam nulla possunt amplius produci acta.	38
Quilibet iuri pro se introducto renunciare potest.	39
Remittens actionem, non habet ad eam amplius regressum.	40
Iuramentum est species probationis.	41
Quæstio.	42

Sed nunquid in citatione quæ fit parti, ut videat iurare testes, sufficit citari ad domum? posito, quod citatio non perueniat ad eius notitiam? videtur quod sic, per iura superius allegata, videlicet, cap. 4. nu. 2. & nu. 7. vers. debet etiam pars vocari, ad quod D. de damno infecto, L. 3. §. 2. cum ibi allegatis in glossa super verbo libellum, & de decreis ab ordine faciendis, L. fin. & de liberis agnoscendis, L. prima, §. domum, iunctis his quæ notantur, D. de in integrum rest. L. diuus, circa princ. tu dic plenius, aut testes producuntur ante litem contestatam, quod fieri potest in quibusdam casibus, ut D. ad legem Aquiliam, L. in lege Aquilia si deletum, & notatur ext. de testibus, cap. significat, lo 2. & in Auth. de testibus, §. ex hoc vero, collat. 7. & D. de

R 3

Carbo-



Carboniano edicto, L. 3. §. dua, & §. causa: & tunc, in illis casibus non sufficit citari ad domum, nisi perueniat ad notitiam citati, ut in Auth. de testibus, §. penult. collat. 7. si autem producantur post litem contestatam: tunc, sufficit quod citatio fiat ad domum, & pro hac distinctione facit, D. quando appellandū sit, L. 1. §. fin. & est ratio diuersitatis, quia actor in sua potestate habeat, quando utatur suo iure, is autem cū quo agitur, nō habeat potestatem quādo cōueniatur, ut D. de doli mali & metus exceptione, L. pure, §. fin. & C. de dilationibus, L. si quādo, & ideo, cū reus nō possit diuinare, quādo conuenitur ante litē contestatam, non est mirum si oporteat, quōd citatio tunc perueniat ad eius notitiā, sed hac ratio cessat post litē cōtestatā: ergo: in alijs autē citationibus, dicerē, quōd aut executor poterat habere presentiam de facili, illius, quem citabat: & tūc requiritur, quōd veniat ad eius notitiā, sic D. de liberis agnoscend. L. 1. §. 1. & quod vi aut clam, L. aut qui aliter, §. & si forte, & de operis noui nunciatione, L. de pupillo, §. si quis forte, cum ibi notatis, si autē de facili nō possit haberi presentia, tunc, sufficit citari ad domum, sic intelligitur quod notatur, D. de iudicijs, L. & post edictum, §. fin. iuxta

3. hoc queritur, nunquid si testis deponat non vocatus

4. nec citatus, possit dici suspectus? & videtur quod sic, quia suspectus est qui se ingerit, dic de hoc ut habes in sexta theorica de procuratoribus, quae incipit, nota quod suspectus, sed hic forsitan aliquis quæret, qualiter fiant hodie citationes, & qualiter fiebat antiquitus? dic ut notatur, D. de iurisdictione omnium iudi.

Ad domū.

3.

4.

5.

iudicū, L. si quis id quod, in princ. & de iudicijs, L. & post edictū, in princ. & C. quomodo & quando index, Auth. qui semel, super verbo, notetur, & ibi plenē, & C. ubi de criminibus agi oporteat, Auth. qua in prouincia, super verbo, praconia, & plenius in feudis, de milite vasallo qui contumax est, cap. 1. circa princ. & debent citationes fieri, re & verbo, praterquā in matrefamilias, cui fit verbalis citatio tantū, & nō realis, ut C. de officio diuersorū iudicū, L. iunctis his quae notantur, C. quomodo & quādo index, L. consentaneū, super verbo, cogendū, idq; in causa civili, secus autē in criminali, ut in Auth. ut nulli iudicium, §. si quis vero comprehensorū, collat. 7. q. unde, citatio fit multis modis, quandoq; fit per edicta, ut d. L. consentaneum, C. quomodo & quando index, quandoq; per praconem. ut C. de ferijs, L. fin. & isto modo, delegatus à principe citare potest, nō delegatus ab alio, ut in Auth. de exhibendis reis, §. si vero iurent, cum ibi notatis, & in d. Auth. qui semel, C. quomodo & quando index, quandoque fit per nuntium, D. ut in possessionē legatorū, L. iē cui, §. iussus, & isto modo, quicūq; index citare potest, etiā arbiter, ut D. de arbitr. L. sed & interpellatur, §. 1. quandoq; per epistolā, seu, cū literis, ut D. de re iudicata, L. cōtumacia, et isto modo, quilibet index etiā citare potest, ut d. L. sed et interpellatur, §. 1. D. de arbitr. quādoq; fit cū diei assignatione, ut, quādo index partib. corā se cōparētib. certā diē assignat, ut L. cōsentaneū, C. quomodo & quādo index, & in Auth. de litigiosis, §. omnē, et hāc potest facere quilibet index, ut C. quomodo & quando index, L. 2.

6.

7.

Multis modis.
Per edicta.
Per praconem.

R 4

& ext.



& ext. de officio delegati, cap. consuluit, quandoque
 fit per edicta, in albo pratoris posita, ut L. si quis id
 quod, in princ. D. de iurisdictione omnium iudi-
 cum: & tunc, si est delegatus à principe, isto modo
 citare potest, ut in d. Auth. qui semel, C. quomodo et
 quando iudex, & in d. §. omnem vero Auth. de li-
 rigiosis, sed delegatus ab alio, non potest, ut in Auth.
 de exhibendis reis, §. si vero, quandoque fit re ipsa,
 & ista locum habet in causa criminali, ut D. de li-
 bero homine exhib. L. prima, & in Auth. ut nulli
 iudicum, §. si quis vero comprehensorum, licet glos-
 sa videatur tenere contrarium, D. de iudicijs, L.
 heres absens, & talem realem citationem non po-
 test facere, delegatus à principe, ut C. de palatinis
 sacrarum largitionum, L. 2. lib. 12. & de exactori-
 bus tribut. L. in fiscalibus, lib. 10. & D. de re iudica-
 ta, L. à diuo Pio, in princ. & in Auth. de exhiben-
 dis & introducendis reis, §. scimus, & in Auth. de
 quaestor. §. si vero, & C. de exhibendis reis, L. ve-
 niam: nisi, ex causa, & nisi in suo mandato contine-
 atur, ut ext. de iudicijs, cap. primo, lib. 6. & sunt
 quedam citationes quæ vadunt, ad litis exordium:
 & tunc, sunt necessaria, tres, vel una peremptoria
 pro omnibus, & in illis debet inseri causa peremp-
 toria, ut C. quomodo & quando iudex, L. tres, &
 L. consentaneum, & D. de iudicijs, L. in peremp-
 torio, & debet fieri cum communicatione: alias,
 non posset procedi, ex peremptorio contra eum ut
 contra absentem, ut d. L. in peremptorio, & alijs,
 superius, allegatis: nec est necesse, tale peremptorium
 venire in notitiam citati, dum tamen nuncietur ad
 domum,

Re ipsa.

8.
 Tres.
 Una per-
 emptoria.

9.

domum, ut reputetur fictus contumax, ut notatur
 D. de iudicijs, L. & possit, circa medium glossa, que-
 dam tendunt ad litis processum ordinandum: &
 tunc, non debet toties citari, sed secundum quod iu-
 dici videbitur, ut fit in interrogationibus, D. de in-
 terrogatorijs actionibus, L. ubicunque, & de testi-
 bus, L. 3, §. tu magis, & §. seq. & ideo, iudex arbi-
 trabitur, ut D. de iure deliberandi, L. prima, que-
 dam sunt quæ tendunt, ad litis decisionem: & tunc,
 etiam tres sunt necessaria, vel unum peremptorium,
 ut D. de iudicijs, L. nonnunquam, & L. ad per-
 emptorium, nec sufficit ab initio citari, syndicum
 vel procuratorem, ut ex contumacia eius puniatur
 uniuersitas, sed ipsa est citanda in capitulo, vel in lo-
 co publico, ut D. de re iur. L. non potest, imò potius
 est publicè proclamandum, si est aliquis qui velit de-
 fendere uniuersitatem, vel collegium, ad modum
 pupilli, ut D. ex quibus causis in possessionem eatur,
 L. hoc autem: & nota, quod in istis undecim casibus
 citatio non tenet, primò, si sit facta tempore incon-
 gruo, vel modo indebito, ut die feriata, vel ante tem-
 pus, ut ext. de ferijs, cap. fin. & D. de in ius vocan-
 do, L. 2. secundo, si fiat in loco incongruo vel inhone-
 sto, ut in lupanari, ut ext. ut lite non contestata,
 cap. accedens: tertio, si fiat in loco non insigni, ut ext.
 de rescriptis, cap. statutum, §. nec audient, lib. 6.
 quarto, si fiat in casu non concesso, ut ext. de rescri-
 ptis, cap. causam: quinto, si duo ex tribus iudicibus
 citarent non facta mentione tertij: sexto, si delegatus,
 qui non habet mandatum speciale, citat ultra suum
 mandatum sine causa, ut ext. de iudicijs, cap. primo,

R 5 lib.



lib. 6. septimo, si nimis brevis terminus assignatur, ut ext. de dilationibus, cap. 1. quia, dies in qua citatur, & dies in qua comparet, non computantur, ut D. si quis cautionibus, L. 1. octavo non valet, si non exprimat causa, ut ext. de libelli oblatione, cap. fin. nono non valet citatio, si est evidens, citantem non esse iudicem competentem, ut ext. de rescriptis, cap. quia nonnulli. decimo, si citatus sit spoliatus antequam restituatur, ut, 3. quast. 2. cap. si Episcopus: undecimo, si citetur patronus per libertum, vel dominus per servum, sine venia, ut D. de officio praefecti urbis, L. prima, §. quod autem: porro, teste. (per curiam & per praeventum producti) iurati audiuntur, & diligenter examinari debent super articulis interrogatorijs, & ex eis descendentes, hinc inde traditis, iuxta notata, C. de testibus, L. solam, circa finem, cum legibus ibi allegatis, & ext. de testibus cap. per literas tuas, & dantur duae vel tres dilationes ad producendum testes, iuxta notata, C. de probationibus, Auth. at si semel, circa finem, & in Auth. ut cum de appellatione cognoscitur, §. 2. circa princ. ibi, cum dicit, post datas dilationes, ergo, plures erant: quin, aliquando quarta dilatio datur, cum iuramento & iuris solennitate, quae si denegatur, est locus appellandi, ext. de testibus, cap. significavit. lo. 1. & quod quatuor dilationes concedi debeant, est textus cum glossa, ext. de testibus cap. in causis, & notatur in Auth. de testibus, §. quia vero multi, super verbo, quartam testium productionem, col. 7. Porro, actor debet habere tot dilationes, quot reus, saltem in causa civili, ut notatur D. de feris, L. fin.

fin. circa finem glossae, quae quidem dilationes si nimis ardeant vel denegentur, est locus appellandi, ut D. de accusat. L. cum Titia, & ext. de dilat. cap. 1. & C. ut intra certum tempus criminalis questio terminetur, L. 2. deinde, testes & eorum attestations, hinc inde producti publicantur, & petitur ut pro publicantur. Publicantur. et in scriptis rediguntur, iuxta notata in Auth. ut cum de appellatione cognoscitur, §. si quis de predict. cum ibi notatis, super verbo, scriptis, col. 3. & tunc, debet terminus peremptorius reo designari ad audiendum sententiam, cum sine termino peremptorio sententia definitiva non teneat, ut D. de iudic. L. ad peremptorium, cum L. seq. D. quae sententia sine appellatione rescindatur, L. 1. §. cum edicto peremptorio, C. quomodo & quando index, L. tres, sed nunquid sententia definitiva potest ferri peremptorie, posito, quod citatio tantum facta sit ad domum rei, ipso non reperto? videtur quod non, cum peremptorium ad notitiam rei venire debeat, D. quae sententia sine appellatione rescindatur, L. 1. §. cum edicto. dic contra, per iura quae dicunt, citationem seu denunciationem posse fieri ad domum citati, C. de annali exceptione, L. ut perfectius, D. de damno infecto, L. quod arrha §. toties, quod videtur aut etiam, L. alicui, sed nunquid sit credendum, nuntio qui dicit se citasse reum, reo asserente contrarium? dic ut notatur in legibus proxime superius allegatis, optimum tamen consilium est, quod duo mittantur, cum sic per eos plena probatio fiat, D. de testibus, L. ubi, sed nunquid in die ipso peremptorio poterit sententiam dare? & videtur quod non, nam tota dicitur cedit arbitrio citati, ut alias de promissore legitur.

16.

17.

Publicantur.

18.

19.

20.

Ad domum.

21.

Credendum nuntio.

22.

Duo mittantur.

23.

Promissore.

re.



legitur, quod eius arbitrio cedit tota dies, D. de verborum obligat. L. stipulatio ista, §. inter incertam, L. eum qui Calendis, §. 1. & inst. de verborum oblig. §. omnis stipulatio, vers. id autem, & ibi notatur hac questio, dic tamen contrarium, quod imò etiam in ipso die peremptorio sententiare possit: tamen, in prima hora diei sententiare non debet, sed hora ultima, hoc est, circa horam vesperorum, nam si in prima hora diei sententiaret, praiudicium faceret reo, quia victus contumaciter videretur, & idcirco appellare non posset, C. quorum appellationes, L. prima, de iudicijs, L. properandum, §. cum autem, D. de iudicijs, L. si post edictum, tutius tamen faciet iudex si ad peremptoriè citatum miserit, & ex benignitate poterit in sequentem diem expectare, et pronunciare, ext. de officio iudicis delegati, cap. consuluit, interim potest, ut antea dixi, in ipso quoque die peremptorio sententiare si velit, ut D. quod vi aut clam, L. fin. §. fin. sed quia si non fuerit scripta publicatio, nec petitum haberi pro publicatis, tamè, tempore quo fieri debuit publicatio, fuit hinc inde habita copia, an processus erit nullus? vel, an erit perinde ac si esset facta & scripta publicatio? videtur quod non valeat, cum publicatio sit de essentia ordinis iudiciary, iuxta notata, C. de sententijs & interlocutionibus omnium iudicium, L. prolatam, iunctis his qua notantur, D. de officio presidis, L. sepe, & de iure deliberandi, L. promittendo, & communiã pradiorum, L. si venditionem, in fine glossa, tu dic contra, quia tantum valet quod fit factò, ac si verbis fuisset dictum, iuxta notata, de his qui

24.
Scripta.

26.

qui notantur infamia, L. 2, §. ignominia, super verbo, efficitur, cum legibus ibi allegatis, & de repudiis, L. quoties, cum ibi notatis circa finem, & D. rem ratam haberi, L. Paulus respondit, & de edilitio edicto, L. si tamen, & de acquirenda hered. L. illud, & de euictio, L. si ideo, in princ. & de contrahenda emptione, L. sed Celsus, §. primo, vers. in emptis, nam rebus & non verbis legem imponimus, ut C. communiã de legatis, L. omne verbum, in fine, cum ibi notatis, sic intelligo iura dicentia, mentem & effectum prius, quam verba inspici, iuxta notata, D. de in ius vocando, L. quamuis, & de religiosis, L. si quis, circa finem glossa, & de contrahenda emptione, L. sed Celsus, super verbo, sequendum est, & de usufructu, L. arboribus, in fine glossa, & de executor. L. prima, §. quòd si mutuam, super verbo, proposuit, & C. de interdicitis, L. prima, & qui daretutores possunt, L. prima, & de liberis prateritis, L. 3. in fine, & ad senatusconsultum Trebellianum, Auth. nisi rogati: Porro, hac publicatione facta, progredi licet, dum tamen fuerit ante protestatum, ut supra dictum est, sic intelligo iura qua dicunt, quod protestatio conseruat ius in futurum, ut D. de negotijs gestis, L. Nefemius, & de liberis agnosc. L. prima, §. fin. & de relig. L. ut si quis, §. virum negotium, & quibus modis pignus vel hypotheca soluitur, L. si debitor, §. primo, & C. ne de statu defuncti, L. penult. Præterea, contra testes & eorum dicta, hinc inde reobicitur, & deinde, de iure, & de facto proponitur & allegatur: maxime, in causa criminali, iuxta L. indices, cum ibi notatis in princ. &

27.

28.

Mentem.

29.



30. & Auth. ibi posita, C. de iudicijs, & de sententijs ex periculo recitandis, L. 2. & in Auth. vi de funct. circa prin. col. 5. sed an post aperturam attestationis possunt produci instrumenta? dic quod sic, ut notatur, C. de phatio. Auth. qui semel, alias incipit, & qui semel, circa mediu, D. de edendo, L. 1. §. edenda, & hoc verum, post renunciationem & conclusionem, D. de postulando, L. quos prohibent, quia ista tangunt iudicem, C. de edendo, L. 1. & 2. iunctis his que notantur, C. de iudicijs, Auth. iubemus, circa prin. alias, si ipsi velint producere, quamvis iudex nolit quod amplius aliquid producat, nihilominus possunt producere, ut C. de temporibus appellacionum, L. fin. in fine, & D. de ferijs, L. 1. & deinde, renunciatur & concluditur per partes, protestato tamen, quod possit producere literas, acta, instrumenta, consuetudines, & alia legitima documenta, & iuris allegationes tradere, ante sententiam, quando cunq, & est differentia, inter protestationem, predictionem, denunciationem, interpellationem, oblationem, inhibitionem, & attestationem, quia protestatio valet ad ius seruandum, D. de lege commissoria, L. fin. & de nautico fenore, L. 2. & D. de appellat. L. cum quidam, predictio est ad onerandum, ut D. nauta, caupones, stabularij, L. fin §. 1. & de edilitio edicto, L. itaq, item, forma predictionis est ista: domini, quilibet vestra res suas custodiat, predico enim vobis, me, damnum si quod sequatur, vobis minimè prestaturum: utrumque istorum exprimi debet, nam primum solum non sufficeret, nec etiam, si diceret post, quia ante omnia est predicendum, ut denotat verbi significatio, &

notat-

notatur, in d. L. fin. §. primo, super verbo, pradixit, 33.
D. de edilitio edicto, sed denuntiatio fit ad impedien-
dum, ut in titulo de operis noui nunciatione, L.
prima, §. nunciatio, & D. pro emptore, L. si alie-
nam, & de institoria act. L. sed si pupillus, §. pri-
mo, & §. item si plures, & L. si quis mancipijs, §.
Proculus, interpellatio fit ad onerandum alium &
in mora constituendum, ut D. de lege commissoria,
L. si fundus, §. si sic dicitur, quod dies interpellat 34.
pro homine, ut D. de usuris, L. pecunia, §. 1. & C. de
contrahenda & committenda stipulat. L. magnam,
& ex locati & conducti, cap. petuit in fine, oblatio 35.
valet ad exonerandum, inhibitio valet ad impedi-
dum, ut D. communi diuidendo, L. Sabinus, & de
relig. L. & si quis, §. diuus, attestatio valet ad decla-
randum, D. de religiosis & sumptibus funer. L. &
si quis, §. interdum, & de acquirenda hereditate,
L. pro herede, in princ. licet quandoque vnum su-
matur pro alio, ut D. de tributaria actione, L. pri-
ma, §. scientiam, & C. de silentarijs, L. prima, lib.
12. & D. ad legem Aquiliam, L. & foveas, & L. si 36.
putator, & deinde, allegationes iuris traduntur ad
informandum animu iudicantis, de quibus fit men-
tio, C. de iudicijs, Auth. iubemus, in glossa finali, &
in hoc casu, succumbunt, erubescunt, & confun-
duntur omnes aduocati idiote, quia in hoc puncto
sunt causarum merita perscrutanda, & de iuris a-
picibus est disputandum, iuxta causarum qualita-
tem, & in hoc casu, vendicant sibi locum notata, D.
de edilitio edicto, L. quod si nolit, §. culpam, 37.
super verbo, medicum: deinde fit relatio negotij Deinde
per



Per aliquē. *per aliquem, coram iudice, in presentia partium, et aduocatorum, & aliorum consiliatorum, doctorū, & iurisperitorum, & ibi super punctis iuris & negotij, viriliter & acutissime disceptatur, de qua quidem relatione fit mentio, C. de proximis sacrorum scriniorum, L. in sacris, §. exceptoribus, lib. 12. iun-
 38. Etis his qua notantur in Auth. de testibus, §. quia vero multi, super verbo, aduocatorum, & demum, purè renunciatur, & concluditur, & sententia ferri cum instantia postulatur, & post, crederem, non posse produci acta, nec etiam instrumenta, cum ex
 39. hoc renunciatur probationibus testium & instrumentorum, quia quilibet iuri suo pro se introducto
 40. renunciare potest, C. de pactis, L. si quis in conscribendo, & quia, remittentibus actiones suas, non est habendus regressus ad eas, D. de edilitio edicto, L. item queritur, §. si venditor, & pro hoc, C. de rebus creditis, L. si quis insurandum, ubi iureiurando
 41. renunciabat qua est species probationis, & est expressum ext. de testibus, cap. de testi. in fine, & cap. tuis, & C. de testibus, L. iurifurandi, & C. de temporibus appellat. L. fin. in fine, & ext. de fideiussoribus, cap. cum dilectus, in princ. & ext. de accusatio-
 42. nibus, cap. cum dilectus, circa medium, cum ibi notatis, iuxta premissa queritur, nunquid si aliquis accusetur, de crimine publico, poterit procedi contra eum diebus feriatis: messium, vel vindemiarum? dic de ista questione ut habes, D. de feriis, L. solet.*

Crimine
publico.
Feriatis.

Doctor

Doctor Baert.

Quæ sit parti) Ut hæc, & eorundem cum superioribus coherentiam melius intelligas, inspicere principium capituli secundi, & cap. quarti, numero secundo & septimo, quibus in locis ex professo tradidit, euocandas utrinque partes, & omnes testes debere iurare in presentia partium.

Addomum) Idem tradit Ægidius Bossius in tractatu criminum, titulo de citationibus, numero decimosexto, circa finem, & Iacobus Damhouderius in praxi rerum criminalium, cap. 13. titulo de citatione, nu. tertio, quarto, & quinto. Postremò Iulius Clarus receptarū sententiarum libro quinto, §. finali, pract. criminalis, quaestione 31. num. 16. vers. tu verò dic, folio 180. secundum impressionem Francofurtensem Nicolai Bassæi anno M. D. LXXVI.

Multis modis) Robertus Maranta in suo speculo aduocatorum, parte sexta, titulo, de citatione, num. 50. sex modos enumerat, nempe realem, quæ personæ fit: verbalem, quæ solo verbo fit: litteralem, quæ litteris: edictalè, quæ edicto: eam, quæ fit per proclama: eam, quæ fit per tubam: & eam, quæ fit per campanam.

Per edicta) Siquidem reus domum fortè nullam habeat, aut etiam fugerit: tunc, apparitor in loco publico, puta, fori, quod Galli dicunt, à la brettecç, proclamatione publica, per præconem, tubæ sonitu, vel aliter euulganda, reum citabit, utpote, legendo commissionem suam eo loci publicè, coram omni populo vel

S

afu-



affigendo copiam suæ cōmissionis, valuis summi templi: prout obseruatum memini tēpore Ferdinandi de Toledo, Ducis Albani, meminit & Iodocus Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, capite 13. titulo de citatione, numero sexto, & seqq.

Per præconem) Hanc citationis speciem Interpretres, proclama vocant, quasi dicas, proclamationem: breuitatis causa elisis, vel subintellectis duabus posterioribus syllabis.

Reipsa) Hanc citationis speciem Interpretes realem siue personalem vocant, vt ait Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium, lib. 2. centur. 5. casu 463. numero primo, circa finem.

Tres) Idem tradit ex professo Patricius Mediolanensis Ægidius Bossius, in tractatu criminum, titulo de citationibus, num. primo, sicut enim in ciuilibus requiruntur tres citationes, vel vna peremptoria pro omnibus, L. ad peremptorium, D. de iudicijs, sic & in criminalibus, vt per Gaudinum in titulo de citatione, & per Marianum, in tractatu citationum, articulo 20. quæst. 25. qua de re plura nosse qui volet, adeat Iulium Clarum receptorum sententiarum libro quinto, §. finali, pract. criminalis, quæst. 31. numero 22. vers. quæro modo, fol. 181. columna prima.

Vna peremptoria) Quæ, scilicet, omnino sufficit pro omnibus, quicquid dixerit Cynus loquendo per verbum, credit, in L. prima, vers. quarto quæro, C. de requir. reis, cuius opinio communiter reprobatur, vt dicit Felynus in cap. consuluit, nu. 13. vers. quarto fallit, ext. de officio

officio delegati, quem refert Ægidius Bossius in suo tractatu criminum, titulo de sententijs, num. 4. & hæc sententia contra Cynum est cōmuniter recepta, vt dicit Blancus in sua practica criminali, num. 19. fol. 10. vbi subdit, ita quoque de consuetudine seruari.

Publicantur) Aliàs, opponi posset contra eos, quòd non fuerunt publicati, per consequens, quòd etiam nihil probant, vt ait Ægidius Bossius Patricius Mediolanensis in tractatu criminum, titulo de, oppositionibus contra testes, num. 28. per L. solam, C. de testibus, & Aretin. in cap. per tuas, columna finali, extra de testibus.

Ad domum) Scilicet, eam quam inhabitat, siue illa domus ipsius propria sit, siue aliena, secundum Lucam de Penna, in L. 2. C. de metatibus & epidemeticis, libro 12.

Credendum nuncio) Hodie stylo curiæ sic obseruatur, vt apparitori credatur: imò, de iure scripto quoque non solùm nuncio, cap. cum parati, extra de appellationibus, sed & cuiilibet alteri, secundum officium suum creditur, iuxta glossam, in L. si quis decurio, C. de falsis, Bartolus in L. si liberarius, columna secunda, D. de regulis iuris, Alexand. ab Imola, conf. 110. columna prima, volumine secundo, Ægidius Bossius in tractatu criminum, titulo, de denunciatione, num. 4. fol. 68. col. prima, secundum impressionem Lugdunensem Philippi Tinghi Florentini, anno 1575. quòd ego verum puto, nisi reus, hoc est, citatus, aliud ostendere possit, vt reus euidentissimè probet, se eo die, ea hora,



vel eo momento, quo apparitor se eum citasse dicit, alibi fuisse: sed ea quæstio rarò surgit inter apparitorem & citatum, quia semper apparitori cautio est, commissionem suam bene (quod aiunt) exploitare, aliàs, de officio suo miser in in dubium veniret, aut arbitrio iudicis aliter puniri posset.

Duo mittantur) Idem verbotenus affirmat Iodocus Damhouderius in sua praxi rerù criminalium, capite 13. titulo de citatione, numero vndecimo, sed vereor, ne ea res aliquando partibus nimium sit onerosa, ideoque consultius faciunt apparitores Mechlinienses, qui si quo mittantur, vel alium apparitorem eius loci ubi habitat reus, qui citandus est, aut notarium, siue testes assumunt.

Promissore) Vide libellum nostrum, què inscripsimus, Extraordinarias lectiones, in commentarijs ad L. vinum, num. 31. vers. nunc ulterius inuestigemus, D. de rebus cred. pag. 189. secundum impressionem Colonensem Materni Cholini, anno M. D. LXXIX.

Dies) Scilicet, in stipulatione, quæ diem habet, totum tempus intermedium debitoris fauorem, L. 38. stipulatio ista, §. vndecimo, inter incertam, L. 41. cum qui calendis, §. primo, in fine, D. de verborum obligat. L. 17. cum tempus, in fine, D. de reg. iuris, L. 70. quod certo, D. de solutio. §. omnis stipulatio, vers. id autem, instit. de verbor. obliga. temporis verò lapsus, creditoris commodum respicit, L. secunda, D. de lege commissoria, L. 118. liber homo, §. primo, D. de verb. obligat.

Scripta

Scripta) Hodie non est hæc quæstio in usu. *Mentem*) Sic & in testamèto, contra verba testatricis, aliàs, ex mente, de qua nobis per solum ferè parochum constabat, respondimus per L. non aliter, D. de legatis tertio, & capite cum esses, ext. de testamentis, ea quoque ratione moti, quia in testamentis magis attendi debet voluntas, quæ est regina, & dominatur verbis, L. tertia, C. de liberis præteritis, L. cum virum, in fine, C. de fideicommissis, L. 19. in conditionibus, in princip. D. de conditio. & demonstr. latè Iason, conf. 143. numero octauo, volum. 4. & pro nobis contra plurimos diuersum sentientes fuit iudicatum Duaci Catuacorum.

Dies interpellat) Hanc opinionem sequor & in libello meo, quem inscripsi, Extraordinarias lectiones, in commentarijs ad L. vinum, num. 30. vers. sed eis haud obstantibus, D. de rebus cred. pag. 185. secundum impressionem Colonensem Materni Cholini, anno 1579.

Additio antiqua.

Deinde) Dum eram Tholosæ, vidi in curijs obseruari illam practicam, dum effectus fui Doctor.

Doctor Baert.

Per aliquem) Eum, qui facit hanc relationem, nos Gallico verbo vocamus, rapporteur.

Crimine publico) Criminalium iudiciorum quædam sunt publica, quædam priuata, L. prima, D. de publicis iudicijs, L. 1. D. de pœnis,

S 3

L. 6



L. si quis sit fugitiuus, D. de edilitio edicto, ac ne homonymia verbi nos fallat, animaduertendum est, publicum iudicium aliquando dici omne iudicium criminale, licet criminis executio non cuius permittatur, L. interdum, D. de publicis iudicijs, id est ad differentiã iudicij ciuili & priuati, in quo scilicet de re familiaris & priuata agitur, L. 3. D. de crimine stellionatus: Porro iudicia hæc publica, siue crimina publica, recensentur ab Vlpiano in L. 1. D. de publicis iudicijs, & à Iustiniãno, in inst. sub tit. de publicis iudicijs, lib. quarto, quibus addendum est crimen hæreticæ prauitatis, ex constitutione Arcadij, L. Manichæos, C. de hæreticis: sed & præuaricatis nonnunquam publici iudicij esse dicitur, L. 3. D. de præuaricatorib.

Feriatu) Dies feriatu sunt, in quibus res diuina fit, & abstinere à litibus homines oportet, cap. placita, in fine, 15. quæst. 4. Lapis allegatione 90. de ferijs.

Caput sextum.

In accusationibus illi præferuntur, quorum maximè interest. numero primo.
 Praxis accusandi. num 2
 Citatus peremptoriè, & non veniens, extraordinariè puniuntur. 3
 Talionis pœna statuit idem in accusatore, quod in accusato 4
 Communitas pœna Talionis non tenetur, & quare 5
 Pœna corporalis ultra suos authores extendi non debet. 6
 Non debet amplius operari fictio in casu ficto, quàm veritas in casu vero. 7
 Mulieres in accusatione testes esse non possunt. 8

Laicus

Laicus contra clericum testes esse non potest. num. 9
 Praxis denunciandi. numero 10
 Quæstio. 11
 Quæstio. 12
 Iudex tenetur indicare reo eum, qui eum occultè denunciat. 13
 Iudex ante omnia curare debet, vt læso damnum restitatur. 14
 Tradit. quid attendi debeat, vbi proceditur via exceptionis. 15
 Requisita quoad viam inquisitionis. 16. 31. 33. 49
 Gassator est, qui tendit de bono ad malum. 17
 In via inquisitionis, tam scemina, quàm masculi admittuntur ad testificandum. 18
 Solus Deus omnia videt, & est scrutator cordium. 19
 Actori incumbit probatio. 20
 Nemo turpitudinem suam allegare tenetur. 21
 Nemo carnem suam odio habere præsumitur. 22
 Vna præsumptio tollit aliam 23
 Varijs & leuib. præsumptionibus non est standũ. 24
 Priuato, num & quando concedatur executio. 25
 Regula. 26
 In criminibus publicis omnes masculi regulariter admittuntur. 28
 Præsumptio triplex est. 28
 Depingit iudicem, qualis esse debeat. 29
 Informationes, & inquesta iussus iudicis præcedere debet. 30
 Cautela ad euitandam suspicionem homicidij. 32
 An & quando iudex ex officio inquirere debeat. 34
 Ad testificandum quis compellitur. 35. & 37
 Celare veritatem, est peccatum mortale. 36
 An & quando teneatur consentiens. 38
 In priuata persona iure ciuili, sola scientia non puniuntur. 39 & 42
 Quatuor casus enumerat, in quibus priuata persona ex sola scientia puniuntur. 40

S 4

Qui



Qui prohibere potuit, & sciuit ille ex scientia tene-
tur. numero 41
Ad captionem non proceditur, nisi præcedat aliqua
informatio. num 43. & 45
Suspectus illicò capi potest, & arrestari. 44. & 46
Taxat eos iudices, qui nimium faciles sunt ad infor-
mationes. 47
Quàm maturo consilio informationes teneri debeant,
aperit. 48

Et quia presens tractatus versatur circa mate-
riam criminum, ideo iuxta eam sic sentias: quoniam
aut proceditur contra aliquem criminofum via ac-
cusationis, aut via denunciationis, aut via excep-
tionis: si via accusationis, ut quando fit ad instan-
tiam partis & accusatoris, & tunc, est talis ordo
obseruandus, quoniam illi, quorum interest, sunt
1. regulariter præferendi, ut C. de his qui accusare
2. non possunt, L. senatusconsulto, & L. si crimen, de-
inde accusator nominat nomen rei, et deinde se sub-
scribit ad pœnam talionis, & fideiussores dat de ac-
cusatione prosequenda & peragenda; & si non per-
sistat accusationi, citatur tribus edictis, vel uno per-
emptorio pro omnibus, ut D. de iudicijs, L. ad per-
emptorium, & L. nonnunquam, quod quidem per-
emptorium non conceditur sine causa, ut extra de
iudicijs, cap. 1. lib. 6. et C. quomodo & quando iu-
dex, L. consentaneum, & L. tres, & D. de iudicijs,
3. L. in peremptorio, & si non veniat, extraordinariè
punitur, & nihilominus soluit expensas in accusa-
tione factas, ut C. de his qui accusare non possunt,
L. 2. & L. fin. in princ. & deinde, facta dicta sub-
scriptione, & fideiussoribus datis, ambo arrestan-
tur

in, & in custodiam simul ponuntur, habita tamen In custo-
diatione dignitatis personarum; & nisi probet diam simul
crimina opposita accusator, eadem pœna punitur, ponuntur.
qua erat puniendus accusatus, si probatum fuisset 4.
contra eum; & hæc fiunt, ne subiecta innocentia fe-
riatur, & ne quis impunitam fore putet licentiam
mentiendi; nec statim, cum aliquis accusatur est
reus criminis existimandus, ut C. de accusatio. L.
finali, circa princ. & extra de accusationibus, cap.
qualiter & quando, lo secundo, §. primo, & cap. su-
per his, & C. ad Turpilianum, L. prima, & si or-
do præmissus, omissus fuerit, index in quinquaginta
libras auri punitur, ut C. de his qui accusare non
possunt, L. pen. & intelligo verè, quòd accusator ad
pœnã talionis se subscribat, si sit persona singularis;
alias, non; si sit communitas, uniuersitas, collegium, 5.
sive ciuitas, cum tales communitates, uniuersitates,
& collegia non sint corporaliter, sed pecuniariè ex
delictis suis puniende; & sic pœna talionis in tali-
bus accusantibus, non vendicat sibi locum, cum in
hoc casu pœna corporalis conuertatur in pecunia-
riam, sic intelligitur quod notatur D. de pœnis, L.
aut damna, §. fin. & C. qua sit longa consuetudo,
L. prima, in fine, & D. quod cuiusque uniuersita-
tis, L. sicut, §. primo, & C. de decurionibus & fi-
lijs eorum, L. quinque summates, libro decimo, & 6.
de nauicularijs, L. fin. libro undecimo, ne pœna cor-
poralis ultra suos authores se extendat, de quo dic,
ut habes in theorica de seruo corrupto, qua incipit,
nota auctorem, & extra de simonia, cap. cum dile-
ctus, & 12. questione secunda, cap. nullus, nec debet 7.



plus operari fictio, quam veritas, ut D. de acquiren-
do rerum dominio, L. liber homo, & in ista via ac-

8. cusationis non admittuntur mulieres in testes, ut ext.
de verborum significat. cap. Forus, circa finem, &
notatur extra de testibus, cap. ex litteris, & cap. 3.

9. & in decretis 33. quest. 5. cap. mulierem, nec laici
contra clericos, ut extra de testibus, cap. de cetero,
& de accusationibus, cap. cum P. si via denuncia-

tionis contra aliquem procedatur; de iure divino,
ista sunt attendenda: primo, si precedat charitativa

admonitio, ut extra de accusationibus, cap. qualiter

& quando, lo secundo, §. primo, & secun. quest.

prima, cap. si peccauerit, & hoc de iure divino &

canonico, de iure autem civili, loco charitativa ad-

monitionis est fama; item est attendendum, si de-

nunciator est malevolus ipsi denunciato, & perso-

na inhoneste; rursus, an denunciatus ipse non sit su-

per hoc diffamatus, nam tunc esset contra ipsum

procedendum, ut dicto capite, qualiter & quando,

lo secundo, circa principium, & §. primo, & se-

cundo, & cap. inquisitionis, §. ad hoc responderemus,

& §. si alias, ext. de accusationibus, alias, secus; si

esset persona honesta, & proba, & denunciatus, es-

set super hoc diffamatus, argumento dictorum §. §.

statim allegatorum, à contrario sensu; & in hoc ca-

su non est inscriptio necessaria, ut in d. cap. super

his, circa principium, ext. de accusationibus; iuxta

hoc queritur, nunquid ad petitionem eorum, qui li-

11. Dic, quod bellum infamationis porrigunt in occultis, ilico sit

non. procedendum? dic, quod non; ut in dicto cap. in-

12. quisitionis, §. nec ad petitionem, extra de accusatio-

nibus;

milis; sed in hoc casu, in quo index seu curia proce-
dit. Curia pro-

dit contra aliquem per viam denunciationis, qua-
cedit. cedit.

ritur, quis habeat solvere expensas? dic, quod, aut
Expensas.

probat contra criminofum; & tunc, solvuntur de
bonis illius criminofum, ut C. de his qui accusare non

possunt, L. accusationem, cum ibi notatis, super verbo
non debes, aut reperitur innocens; & tunc, si apparet

aliquis instigator, de bonis instigatoris, ut C. de ero-
Instigato-

gatione militaris annonae, L. cum saepe, cum ibi no-
ris.

tatis, libro duodecimo, & C. de excusationibus tu-
torum, L. severiter, & L. eum qui temere, cum ibi

notatis, & D. de iudicijs, L. iusti, iunctis his, qua-
notantur, D. de vacatione munerum, L. prima, in

princ. aut index processit ex suo officio; & tunc, sibi
Ex suo of-

imputet, argumento Authentica de collat. §. inbe-
ficio.

mus, collat. 9. & D. ad Silleianum, L. lex Cornelia,
& super talibus expensis, creditur sacramento ac-

cusati, ut notatur C. de sumptuum recuperatione,
L. unica, in fine, lib. 10. quod verum credo, quod

solvantur expensae accusato, per eum factae sine sui
culpa, alias, secus; de quo dic, ut in trigesima quar-

ta theorica, de procuratoribus, qua incipit, nota
penam; & si aliquis occulte denunciat contra ali-

quem, index tenetur eum revelare accusato, quia
pater est subiectorum, & sic tenetur eis revelare,

ut in Authenti. ut iudices sine quoquo suffragio, §.
eos, & D. de parricidis, L. 2. & ad Silleianum, L.

primus, & L. si certus percussor, & extra de accu-

sationibus, capite qualiter & quando, §. debet igitur;

14. & debet index damnum laesis ante omnia re-

stituere sine resarciri curare, ut in Authentica,

de man-

de man-



de mandatis principum, §. quod si delinquentes, collatione tertia, & in Auth. ut nulli iudicium, §. si

Via exceptionis.

15. enim prater hoc fiat, collatione 9. si via exceptionis; tunc, sunt attendenda ea, quae leguntur & notantur in d. cap. super his, ext. de accusatione. et in cap. qualiter & quando, §. penult, & finali, ext. de accusationibus; si via inquisitionis; ista sunt attendenda;

Via inquisitionis.

Clamora infinuatio. Certo crimine.

16. primo, clamosa infinuatio, super aliquo certo crimine, seu certis criminibus, ut in d. cap. qualiter & quando, §. finali, ext. de accusatione. & tunc, aut nullum est commissum, aut crimen est commissum; si nullum crimen est commissum in illo loco; tunc nulla est facienda inquisitio, & si fiat, est penitus

17. contra iura, & bonos mores, & tales, qui talia faciunt, possunt recte vocari grassatores, id est, homines intendentes de bono ad malum, D. de poenis, L. capitalium, §. famosum, & §. grassatores, cum ibi notatis sicut sunt procuratores quorundam Episcoporum sine nomine, seu neminem nominando, qui recte possunt dici archimandrite, seu magis proprie principes & inuentores rixarum et malorum, & de istis recte loquitur extra de accusationibus,

18. cap. qualiter & quando, lo primo, & in ista via inquisitionis, admittuntur testes, tam masculi, quam foemella, & etiam laicus contra clericum; sic intelligitur extra de testibus, capite tertio, & etiam infames, ut videtur dicere glossa, D. de testibus, L. tertia, §. penultimo. circa finem: si vero sit crimen commissum; tunc, aut est commissum, id est, de nouo ortum, vel antiquum; si de nouo sit commissum; tunc, aut ignoratur de certo criminoso, aut praesumitur,

De certo criminoso.

aut scitur: si ignoratur & sciri non potest talis criminosus; tunc, Deum solum habet ultorem, quia solum Deus videt omnia & corda hominum intuetur, iuxta notata D. de interrogatorijs actionibus, L. edictum, & si certum petatur, L. sciendum, iunctis his, quae notantur in Auth. de monachis, §. cogitandum, super verbo, testes, cum nemo alium prodere teneatur, ergo multo minus seipsum; D. de condictione ob turpem causam, L. quarta, §. si tibi, & 31. quest. 4. cap. non licebit, & de poenitentis, distinctione prima, cap. non tibi dico, & videtur glossa extra de testibus, cap. cum causam, nam qui contra aliquem agere vult, vel aliquem accusare, ipsum probationes habere oportet, cum quis contra se non teneatur arma portare, seu parare, ut extra de probationibus, cap. primo, & de testibus, L. nimis, ca. ne, nec suam turpitudinem allegare, ut C. de testibus actionibus, L. transactione, & de seruo pigro, L. to manumittendo, L. creditoribus, & de liberali causa, L. prima, & D. de legatis primo, L. si seruus plurium, §. quid ergo, nec carnem suam, seu sanguinem odio habere debet, ut D. de bonis eorum, L. prima cum legibus ibi allegatis, iunctis his quae notantur D. in ius vocati ut eant, L. secunda, & de rerum diuisione, L. finali, ad quod etiam C. de fideicommissis, L. cum acutissimi, in fine. cum iura praesumant quemcunque in illo casu deierare, ut C. ad legem Iuliam peculatus, L. finali, circa finem, cum una praesumptio tollat aliam, ut maior minorem, ut D. quod metus causa, L. non est verisimile, circa principium, & de ritu nuptiarum, L. non solum, §.

uno.



uno, iunctis his quæ notantur D. de bonis eorum
 L. finali, §. si quis autem tadio, & ideo in hoc cap.
 nulla inquisitio est facienda, cum non precedat con-
 tra ipsum clamosa insinuatio, ut ante diximus hoc
 eodem capite, numero 16. si autem presumatur
 tunc, aut presumitur à priuatis tantum, aut à iu-
 dice, seu à curia tantum, aut ab utroque: si à pri-
 uatis tantum; tunc, dico quòd illi priuati, qui hoc
 presumunt, non tenentur reuelare, nisi prout dicant
 infra in membro secundo & tertio, siue sit presump-
 tio leuis, siue violenta; quinimò, iussi per aliquem
 seruientem, ad aliquem criminofum capiendum,
 non tenentur obedire, nisi expressè in suo mandato
 seu in suis litteris requisitoris contineretur: & de
 hoc allegatur glossa C. de requirendis reis, L. pri-
 ma, circa principium, iuncta Authent. si verò, C.
 de adulterijs, & de his qui latrones, vel alijs crimi-
 nibus reos occultauerint, L. secunda, & C. de man-
 datis principum, L. unica, cum nec reuelantes sint
 audiendi, nisi prius iurati, super hoc deponerem,
 24. maximè cum varijs & leuibus presumptionibus
 non sit standum, iuxta notata D. de minoribus, L.
 denique, & D. de pœnis, L. absentem, circa princ.
 super verbo cõdemnari, cum etiam suspicio nil ha-
 beat operari, iuxta notata D. quod metus causa,
 L. metum, la grande, in principio, & ibi glossa, nec
 variae voces hominum sint audiende, ut C. de pœ-
 nis. L. Decurionum filij, cum ibi notatis, cum nec
 omni spiritui credendum sit, iuxta notata ext. de re-
 nunciatione, capite nisi cum pridem, iuxta versus

Catonis.

Catonis:

Rumores

Rumores fuge, ne incipias nouus author haberi,
 Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
 etiam nimia credulitas reprobetur, iuxta notata
 D. de eo, per quem factam, L. 1. circa finem, et ibi
 glossa, & D. commodati, L. si rem, & de accusat.
 L. finali, circa principium, & ibi glossa, cum etiam
 non super credulitate, sed super certa scientia sit in
 hoc casu deponendum, & infamatio publica prece-
 dere debeat, ut extra de accusationibus, cap. inqui-
 sitionis, §. finali, cum etiam sine causa legitima pre-
 tor neminem audire debeat, ut D. de transactio-
 nibus, L. cum hi, §. in causa, & de iure immunita-
 tis, L. semper, & de his qui notantur infamia, L.
 secunda, & de seruis fugitiuis, L. prima, §. finali,
 & mandati, L. si procuratorem, & C. de non nu-
 merata pecunia, L. generaliter, & L. 2. & de pœ-
 nis, L. qui sententiam, & ext. de accusationibus,
 cap. qualiter & quando, lo primo, & cap. qualiter
 & quando, lo secundo, §. primo, & hac vera, nisi ta- 25.
 le crimen sit priuatum, & alicuius priuati intersit
 accusare, quia aliàs non esset permiffum priuata
 persone in criminibus priuatis agere, saltem exe-
 quendo, sed bene denunciando, ut D. de priuatis de-
 lictis, L. prima, §. heredem, in princ. & de sepulch-
 ro violato, L. tertia, §. primo, quia tunc audietur
 super inquisitione facienda contra aliquem; iurato
 prius, quòd malitiosè non requirit, ut D. ad exhi-
 bendum, D. thesaurus, circa finem, & C. de his qui
 ad ecclesiam confugiunt, L. presenti, §. sic ubi, &
 de iuramento calunie, L. prima, in fine, & de qua-
 sitionibus, L. fin. in fine, cum ibi notatis, & D. de
 reu-



- ireiurando, L. iusiurandū & ad pecunias, §. primo, & de edendo, L. si quis ex argentariis, §. exigitur, & C. de discussor. L. nec tamen, lib. 10. & deliberali causa, L. sicut, ex quibus legibus potest dici, quod aliqui, qui dicunt, se amisisse instrumenta, & postulant fieri alia instrumenta, habeant iurare,
27. quod malitiosè non petunt, per iura prædicta; secus in criminibus publicis, in quibus omnes masculi regulariter admittuntur. ut inst. de publicis iudicijs, in princ. & §. fin. si autem iudex, vel curia tantum præsumat; tunc, aut est levis præsumptio, aut violenta; unde, triplex est præsumptio, de quibus notatur D. de probationibus in rubr. & C. ad Velleianum, L. antiqui, & D. quod metus causa, L. non est verisimile; si est levis, non est procedendum contra aliquem certum ad inquesta, per iura & rationes allegatas, maximè, cum iudex temperamentum habere debeat, & multa in mente gerere, & sub dissimulatione pertransire, ut D. de officio præsidis, L. obseruandum, cum ibi notatis, iunctis his que notantur in proœmio D. §. his igitur, & C. de falsis, L. ubi, circa principium, & ext. de accusationibus, cap. qualiter & quando, el secundo, quia non est constantis iudicis, pro modico, motum sui animi detegere, ut d. L. obseruandum, D. de officio præsidis, & C. de edicto diui Adriani tollendo, L. iubemus, & d. cap. qualiter & quando, in princ. ext. de accusationibus, & debet habere & conseruare modū, ut D. de officio proconsulis, L. solent, §. non verò id quod, D. de usufructu, L. sed si meditauerit, §. sufficienter, vers. & generaliter, & L. locum si ex eo,

616M

cum ibi notatis, eodem tit. nam distinctio & temperamentum iudicis auget auctoritatem, ut d. L. solent, §. non verò, D. de officio proconsulis, & L. obseruandum, in fine, D. de officio præsidis, & d. cap. qualiter & quando, in princ. ext. de accusationibus, & C. de his qui latrones, vel alijs criminibus reos occultauerint, L. 2. nec debet iudex esse nimis credulus, nec moueri de facili, nec etiam nimis tempestiuus esse, ne fortè innocentiam puniat, ut legibus allegatis, & C. de accusationibus, L. finali, in princ. cum ibi notatis, & D. de accusationibus, L. fin. cum ibi notatis, & de pœnis, L. absentem, §. primo, & de eo per quem factum, L. prima, §. primo, in fine, cum ibi notatis, & commodati, L. si metus causa, nam sicut aliquis non debet facile & temerariè, quod ignorat assenerare, ut D. de actio. empti, L. Iulianus, §. quod tamen, alias, quod autem, & de dolo, L. venditor, sic imputatur alicui, si sit nimis credulus, ut iuribus superius allegatis: sed iudex semper mediocris esse debet, id est, mediam viam tenens, non declinans ad dextram, nec ad sinistram, iuxta notata D. de iuris & facti ignorantia, L. nec supina, cum legibus ibi allegatis, & D. de reuocandis donationibus, L. adeo, §. cum quis, cum ibi notatis, & C. de donationibus, L. si quis argentum, cum ibi notatis, super verbo mediocris, ad quod etiam C. communia de legatis, L. si duobus, §. primo, vers. ita tamen, & adde hic sextam theoreticam, de officio proconsulis, qua incipit, nota medium, item theoreticam de negotijs gestis, qua incipit, nota que vulgarem, ex quibus legibus deciditur questio terminantium,

T

quod.

Mediam
viam tenens.

quod non debent eligere meliorem, nec compelluntur
 recipere viliores, sed mediocrem, per iura statim
 allegata, cum index medius esse debeat, ut C. de iu-
 dicijs, L. nullus, ne idem videatur actor & index,
 ut d. cap. qualiter & quando, lo secundo, §. primo,
 & 2. ext. de accusat. quia qui nimis emungit, san-
 guinem elicit, ut in decretis, quarta distinctio, cap. de
 nique, iunctis his que notantur, in d. cap. qualiter
 & quando lo secundo, §. primo, & 2. ext. de accusa-
 tionibus, & ext. de sponsalibus, cap. inter opera,
 quia licet cum non puniat, nec condemnet, inquisiti-
 one subsequuta, tamen cum per talem inquisitionem
 aliquantulum infamabit, & eius famam denigrabit
 apud bonos & graues, ut C. ex quibus causis infam-
 ia irrogetur, L. ea que, & L. seq. cum ibi notatis,
 & L. verbum, & L. interlocutionum, eodem tit. ad
 30. quod etiam, C. de requirendis reis, L. fin. cum ibi
 notatis, cum in talibus informationibus & inqu-
 stis, super talibus faciendis, preceptum iudicis re-
 quiratur, ut C. de exhibendis reis, L. fin. & de Epis-
 copis & Clericis, L. cum Clericis, & de agentibus
 in rebus, L. veluti, circa medium, lib. 12. iunctis his
 que notantur in Auth. de litigiosis, §. ad excluden-
 das, super verbo, interlocutionib. & C. de dignitati-
 bus, L. quoties, lib. 12. & de custodia reorū, L. nemi-
 nē, & in Auth. ut sponsalitia largitas, §. ad hoc quo-
 que, col. 9. & D. quod metus causa, L. non est veris-
 mile, §. fin. & C. de pignoribus, L. nominatori & in
 Auth. de quæstorib. §. si vero quis, collat. 6. ex qui-
 bus potest dici, quod citationes arrestadorū, quas no-
 tary sue apparitores hodie faciunt, nihil valent sine
 notio-

notione vel iussu iudicis, quia talia requirunt iudi-
 cis preceptū, per iura allegata: & sic, quod per iu-
 dicē est faciendū, nō potest per notarium, apparito-
 rē seu aliū, nō habentē iurisdictionē commode ex-
 pediri, ut notatur, C. de iure fisci, L. 2. in fine, lib. 10.
 & C. de exhibendis reis, L. si ut proponis, & C. de
 executoribus & exactoribus, L. 2. lib. 12. & si fiat:
 non valet, ut notatur in d. L. 2. C. de iure fisci & D.
 de reg. iuris, L. factum à iudice, & C. de exactori-
 bus tributorum, L. missi, lib. 10. & de assessoribus, L.
 2. & D. de condictione ob turpem causam, L. pri-
 ma. hoc verum, secundum quosdam, nisi pro suo sa-
 lario, quia pro isto potest autoritate propria pigno-
 rare secundum illos, ut in Auth. ut litigantes tu-
 rent, §. & quia: si ab utroq; presumatur, tunc, aut
 est violenta presumpcio contra aliquem, seu fama
 publica, seu clamosa infamatio laborat contra ip-
 sum: tunc, poterit optimè inquire, & informatio fie-
 ri contra eum, in loco & vicinatu ubi fuit com-
 missum tale crimen, quia illi melius scire debent ve-
 ritatem, ut C. de repudijs, L. consensu, §. finali,
 vers. quando non facile, & de naufragio, L. quotiens,
 lib. 11. & D. de incendio ruina & naufragio, L. ne
 quis, & D. de his qui deiecerunt vel effuderunt,
 L. si vero, §. interdum, iunctis his que notantur
 in Auth. de mandatis principum, §. diu, collation.
 3. & de adulter. L. 3. super verbo prohibet,
 sic intelliguntur illæ glossæ que loquuntur de sta-
 tuto, super damnis emendandis, ut D. ad legem
 Aquiliam, L. seruus seruum, §. si quis insulam,
 C. de negotijs gestis, L. 2. & D. arborum furcim



caesarum, L. si gemina, non tamen per hoc sequitur quod violenta praesumptio sit propter hoc contra eos, ut per hoc dure examinentur, est enim possibile quod aliquis propter malum eorum, ibi hominem, 32. alibi mortuum, deculerit: & ideo varijs modis se debet informare super hoc, D. de testibus, L. 3. §. eiusdem, & ideo si aliquis de nocte coram suo hospitio inueniat hominem mortuum, debet proclamare, & testificari coram suis vicinis, ut D. ad legem Aquilianam, L. staque, in fine, cum ibi notatus, & D. de adulterijs, L. capite quinto, alias praesumeretur quod circumstantes scirent mortem eius, per iura superius allegata, & D. ne quid in loco publico, L. prima, §. sunt qui putant, & D. locati, L. dominus horreorum, in princ. & in hoc casu debet inquirere generaliter non descendendo ad aliquam certam personam, sic D. de officio praesidis, L. 3. & L. congruit, & in Auth. de collatio. §. iubemus, collat. 9. nisi instigante procuratore fisci, ad hoc specialiter deputato, vel nisi esset fama publica super hoc, & esset praesumptio violenta super certa persona, apud bonos & graues, sic intelliguntur iura superius allegata, & C. de bonis vacantibus, L. si vacantia, circa princ. & de accusationibus, L. ea quidem, cum ibi notatis, & in Auth. de lenonibus, §. primo & 2. collat. 3. iunctis his quae notantur extra de iureiurando, cap. ad nostram, & de officio delegati, cap. primo, lib. 6. alias autem non esset super certa persona sine accusatore inquirendum, ut C. de muneribus & honoribus, L. rescripto, §. si quis accusatorem, & 34. D. de falsis, L. si quis obrepserit, vel nisi in casibus excep-

ceptatis, in quibus, iudici officio potest procedi, ut D. de adulterijs, L. prima, §. si publico, iunctis his quae notantur C. de falsis, L. falsi, & de probatio. L. penult. & de testibus, L. nullum, & C. de Episcopis & Clericis, L. si quis, in fin. & D. de varijs & extraordinarijs cognitio. L. 3. ex quibus legibus dicunt gallici, indistincte posse iudicem per se, sine denunciatore & accusatore procedere, ad inquirendum, & puniendum crimina & delicta, quod non credo verum, nisi cum determinatione audita, ut d. L. rescripto, §. si quis accusatorem non habet, C. de muneribus & honoribus, & C. de reis postulandis, L. prima, & ad legem Corneliam de falsis, L. siquidem, quia speciale est in quibusdam casibus, ut constat ex legibus in superioribus allegatis, & in contrarium est ius commune, ut D. ad municipalem, L. prima, si autem sciatur: tunc, aut scitur talem commississe, per personas publicas, aut per priuatas tantum, aut per utrasque: si per priuatas tantum: tunc, dic quod non tenetur iudicare nec manifestare iudici nec alicui regulariter talem criminolum, ut D. de conditione ob turpem causam, L. 4. §. si tibi, & L. seq. sic notatur, C. de furtis, L. ciuile, circa princ. & videtur textus, D. de adulterijs, L. mariti, §. primo, in fine, & notatur D. de conditione ob turpem causam, L. idem, §. finali, & D. de furtis, L. qui vas, §. qui furem, & notatur extra de furtis, cap. penult. licet videatur glossa contraria, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, L. si seruus: sed, dic contrarium esse verius, quia nemo compellitur iudicare criminolum, ex officio, quod explicatur



Ad postulationem partis.

35. tur ad postulationem partis: secus, per officium quod residet in persona meri iudicis, quod est officium nobile, & ex suo merito imperio habet, utpote, purgare provinciam malis hominibus, ut intelligitur ex iuris superius allegatis, & probatur in L. 3. in fine, D. de officio praesidis, & sic intelligitur L. si servus, cum ibi notatis, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, & D. de praescriptis verbis, L. solent, & ideo quilibet privatus, vocatus ut testis, in informatione seu inquestia tenetur indicare, dicere, & deponere veritatem, cum ad testificandum quilibet compellatur, ut D. de tabulis exhibendis, L. 3. locum, §. hoc interdictum, & notatur D. si quis cautionibus, L. 2. §. si quis municipalis, in fine, super verbo non potuit, cogitur (inquam) quis ad testificandum per iudicem, non autem per partem, ut D. de testibus, L. curent, quae ita concordat, cum L. qui testamento, §. fin. D. de testamentis, etiamsi antea iurauerat nihil dicere, nec aliquem revelare, ut extra de officio ordinarij, cap. quia plerique, §. finali, lib. 6. cum etiam celare veritatem sit peccatum mortale, ut extra de accusationibus, cap. cum dilectus, cum ibi notatis, & idem in casu in quo curreret sententia excommunicationis contra scientes, & non revelantes illum qui tale crimen commiserat, & sic intelligo notata, in d. L. civile, circa princ.
36. C. de furtis, sic intelligo textum cum glossa extra de furtis, cap. qui cum fure: aliàs de iure civili, nemo tenetur simpliciter indicare, nec revelare secretum alicuius ex officio quod explicatur ad postulationem
37. partis.

lacionem partis, imò revelans secretum alterius, punitur, quia si reus publicè punitur, publicè capituliter punitur, ut D. de poenis, L. si quis aliquid, §. primo, & de remilitari, L. omne delictum, §. exploratores, & L. proditores: si hominis privati: tunc, si revelans est in officio, tenetur actione legis Aquiliae, & actione iniuriarum, ut D. depositi, L. prima, §. si quis tabulas, & D. ad legem Aquilianam, L. si quis testium, §. penultimo, & finali cum ibi notatis, iunctis his quae notantur, D. de poenis, L. si quis aliquod, §. primo, & §. si quis instrumenta, in fine, & D. de ferijs, L. si quis testamentum, & L. prima, §. fin. & C. de transaction. L. si ex falsis, in princ. & extraordinariè arbitrio iudicis, ut D. de extraordinarijs criminibus, L. penultima, §. sunt praeterea, nec obstant iura dicentia, agentes & consentientes pari poena puniri quia illa iura non dicunt scientes tantum, sed agentes & consentientes: unde, quando quaeritur an aliquis teneatur ex consensu? sic distingue, quia vel adhibuit consensum negligentia, & tunc plus peccat agens, quam talis consentiens, & plus punitur agens quam talis consentiens: vel consensum consilij, & in hoc casu, plus quoque peccat agens quam consulens, & plus quoque punitur agens quam consulens, tamen plus peccat consulens quam negligens, & plus quoque punitur: vel consensum cooperationis; & tunc, agens &

Agentes & consentientes

38. Ex consensu.

Consensum negligentiae.

Consensum consilij.

T 4

consen-



Consen-
sum autho-
ritatis.

consentiens equaliter peccant, & equaliter puni-
untur, vel consensum authoritatis: & in hoc casu,
magis peccat authorizans quam agens, & ideo plus
quoque punitur, sic notatur ext. de officio & pote-
state iudicis delegati, cap. primo, ad quod C. de ra-
pta virginum, L. unica, §. primo, & de Nili aggeri-
bus non rumpendis, L. unica, & de his qui latrones
vel alijs criminibus reos occultauerint, L. prima,
cum ibi notatis, & C. de sacrosanctis Ecclesijs, L.
iubemus, §. oconomus, super verbo imò, & ad legem
39. Iuliam peculatus, L. prima, & de via publica, L.
Solum sci-
entiam,
40. plurimum, cum ibi notatis, nunquam autem reperi-
tur civili lege cautum, solam scientiam puniri in
privata persona, nisi in certis casibus, in quibus pri-
uatus tenetur, nisi reuelet: unus est, ratione coninn-
ctiōnis, ut D. ad legem Pompeiam de parricidis, L.
ferè, nam extraneus tale delictum non tenetur re-
uelare, ut notatur C. de parentibus qui filios distra-
xerunt, L. utrum, nisi essent participes, ut ibi nota-
tur, ad quod D. ad Silletianum, L. prima, §. quid
ergo, & §. hoc autem senatus: alius est, ratione sub-
iectiōnis, ut in feudis, de noua forma fidelitatis, cap.
primo, & qua sit causa beneficij amittendi, §. item si
vasallus: alius est, ratione publica utilitatis, ut C.
de commercijs & mercatoribus, L. 2. & ibi plene
notatur, ita tamen ut diligenter obseruari debeat,
quod leges ibi allegata loquuntur in persona publi-
ca, scilicet in iudice, alius est, ratione enormitatis
Læse ma-
iestatis, criminis, ut in crimine læse maiestatis, falsa moneta,
heresis, & maleficij, ut C. ad legem Iuliam ma-
iestatis, L. quisquis, in fine, & de falsa moneta, L.
prima,

prima, §. damnus, & de falsis, L. lege, secundo respon-
sio, & C. de maleficis & Mathematicis, L. fin. in
princ. & in Auth. de lenonibus, §. si quis autem pa-
nitur, & si qui alij casus reperiuntur, illi ad istos ca-
sus deducuntur, ut C. de falsis, L. eum qui celauit,
cum ibi notatis, in fine glossa, & etiam punitur in
41. casibus, in quibus sciens factum, prohibere potuit,
ut D. de noxalibus, L. 2. 3. & 4. & C. de Paganis,
42. L. fin. & de commercijs & mercatoribus, L. fin.
alias autem regulariter ex sola scientia delicti, sicut
ante cepti dicere, quis non punitur de iure civili, nec
etiam tenetur reuelare, sed de iure Canonico, quis
tenetur indistinctè reuelare, ut notatur ext. de fur-
tis, cap. qui cum fure, in fine: ubi Bernard glossator,
multas leges pro concordantia allegauit, quas fortè
(salua sui gratia) malè intellexit, nam L. prima &
2. D. de receptatoribus, & alia leges ibi allegata, non
dicunt quod ratione scientie quis puniatur, sed
quia talera scienter recepit: si autem inter publi-
cas personas, tunc, isti tenentur reuelare & iudica-
re, si index vel officiales fisci sciunt hoc: tamen non
43. debent contra talera criminofum, procedere ad
captionem seu corporum arrestationem, sine aliqua
44. secreta informatione precedente, & si reperiatur
suspectus, potest capi & arrestari: alias autem, non,
sic intelligo Auth. de lenonibus, §. primo, & infra
superius allegata, iuncta L. illicitas, §. veritas, cum
45. ibi notatis, D. de officio praesidis, ne seditiones & tu-
multus in populo, fama minimè precedente, orian-
tur, argumento C. de seditiosis, L. prima, & 2. cum
ibi notatis, & de his qui latrones vel alijs crimini-
bus

T s

bus



bus reos occultauerint, L. 2. §. penult. & D. ad legem Iuliam, de vi publica & priuata, L. quoniam, cum ibi notatis, & L. seq. & D. de pœnis, L. capitulum, §. solent, imò, in hoc casu debet aliud gerere in ore quàm in corde, ut d. cap. qualiter & quando, lo primo, ext. de accusationibus, iunctis his que notantur in procemio D. §. his igitur, & in §. primo, in fine princ. & in rubr. circa finem glosse, cum non debeat iniuriarũ nasci occasio, unde iura nascuntur, C. unde vi, L. meminerint, iunctis his que notantur in procemio D. §. illud, cum nedum
 46. à malo sed ab omni specie mali debeamus abstinere, quia non sufficit abstinere à crimine, sed & ab omni criminis suspitione similiter abstinendum est, ut ext. de vita & honestate Clericorum, cap. cum ab omni: imò, debet bonus iudex sedate semper agere, ne seditiones oriantur, ut notatur in Authen. ut indices sine quoquo suffragio, §. fugiunt, super verbo seditiones, collat. 2. & D. de transactionibus, L. cum hi, §. sed cum lis, cum enim iura à iudicibus reddi & tueri debeant, absurdum esset eos facere contra iura, ut D. de origine iuris, L. 2. §. post originem, iunctis his que notantur, D. de iustitia & iure, L. prima, §. ius publicum, & D. de legibus, L. princeps, & C. de legibus, L. digna vox, & qui testamenta facere possunt,
 47. L. si quis Imperatorem, & L. seq. quod est contra quosdam iudices infœlices, qui per fas seu nefas informationes faciunt, seu fieri permittunt, contra etiam innocentes. & contra personas iustas, probas, & honestas, propter participationem lucri scriptura-

pturatum cum notarijs & aduocatis, ut valeant facere eorum stipendia, iuxta §. eos autem, in Auth. ut indices sine quoquo suffragio, collat. 2. & ext. de rescriptis, cap. statutum, §. non verum, lib. 9. non expectantes sui laboris remunerationem, ut d. §. eos autem & §. seq. Auth. ut indices sine quoquo suffragio, & C. de officio preserti pratorio Africa, L. in nomine domini, §. iubemus, & in Auth. de quaestoribus, §. maximè, & §. fin. collat. 6. postremò
 48. nota, quia talia precepta ponderatè & cum magna deliberatione, & maturo iudicio fieri debent, ne innocentia feriat, iuxta notata D. de arbitris, L. diem, in princ. & ibi glossa, & L. seq. sic intelligitur textus notabilis ad hoc, extra de accusationibus, cap. cum dilectus, lo primo, & cap. qualiter & quando, lo secundo, §. licet autem, & §. primo, extra de accusationibus, nam que cum deliberatione fiunt, magnum sortiuntur effectum, iuxta notata, D. de his qui notantur infamia, L. quid ergo, super verbo locuta sunt, & C. de sententijs ex periculo recitandis, L. 2. & de arbitris, L. ut in arbitris, circa finem, & C. de repudijs, L. 2. in princ. & in Auth. de appellationibus, §. 2. super verbo plenissime, collat. 4. aliàs, esset locus appellandi, quia ordo iuris peruerteretur, si sine clamosa insinuatione & diffamatione publica, nullaque informatione precedente, procederetur ad citationem, seu ad corporum captionem, seu arrestationem, sic intelligitur C. de appellationibus, L. prima, cum legibus ibi allegatis, & sic pendente appellatione, nil poterit innovari, ut ext. de accusation. cap. cū
 dita-



49. dilectus, lo secundo, cum ad hoc quod fiat inquisitio contra aliquem, oporteat procedere clamorosa infirmatione, & publicam diffamationem. ergo. multo magis ad hoc ut procedatur ad persona captiorem, ut in d. cap. inquisitionis, §. ad hoc, & §. seq. & cap. qualiter & quando, lo secundo, §. primo & 2. & fin. ext. de accusationibus, & in Auth. de leonibus, §. primo, & §. si quis autem patitur, & C. de officio rectoris provincia, L. 3.

Doct̃or Baert.

In custodiam simul ponantur) Scilicet antiquo iure, maleficum quilibet accusare poterat, interim sed hic accusator cogebatur sese mancipare carceri, ac inscriptionis vinculum assumere, hoc est, ad pœnam talionis semet obstringere in eum casum, quo legitimo testimonio delata non probaret, quod accusatori cū foret admodum durum, quin hac de causa, multi etiam pessimum quemque maleficum accusare timerent (satius esse censentes propriæ salutis consulerent, quàm cum iactura vitæ alium accusare) ideo stylo ac consuetudine plurimarum, quid si dicam omnium regionum, ius hoc talionis merito sublatum est, præter enim viciscendia-cerbitatem, ne procedere quoque executio iusta talionis potest, nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi, pariter membri æquilibrium in qua re primum ea difficultas est inexplicabilis. quid si membrum alter imprudens ruperit? quod enim per imprudentiam factum est, retaliari per imprudenti-

dentiam debet, ictus quippe fortuitus, & consultus, non cadunt sub eiusdem talionis similitudinem, quoniam igitur modo imprudentem poterit imitari, qui in exequenda talione non licentiæ ius habet, sed imprudentiæ? sed & si prudens ruperit, nequaquam patietur aut altius se laxari aut latius, quod cuiusmodi libra atque mensura cauere possit, non reperio, quin etiam si quid plus erit aliterue commissum, res fiet ridiculæ atrocitatis, ut contraria actio mutua talionis oriatur, & adolescat infinita quædam reciprocatio talionum, nam de immanitate illa secandi parriendique humani corporis, si vnus ob pecuniam debitam, adiudicatus additusque sit pluribus, non libet meminisse & piget dicere, quid enim videri potest effertius, quid ab hominis ingenio diuersius, quàm quod membra & artus, inopis debitoris breuissimo laniatu distrahantur, sicut nunc bona venum distrahentur: ergo, sicut incepti dicere, merito quiuis alium hodie tuto libereque, sine timore vel metu talionis accusare potest, ita tamen ut omnes suas probationes paratas, habere debeat si velit obtinere, vel etiam litis expensas aliquando fugere, L. qui accusare, L. is apud quem, C. de edendo, L. sciant cuncti, C. de probationibus, cap. sciant cuncti, 2. quæstio 8.

Ita sunt attendenda) Quæ requirantur ad formandam inquisitionem generalem. & specialem tradunt alibi Canonista in cap. qualiter & quando, ext. de accusationibus. Angelus in L. si vacantia, C. de bonis vacantibus lib. 10. Marfylius



lius etiam plenissimè in sua practica §. constan-
te, & Paris de Puteo in tractatu syndicatus, in
verbo, inquisitio, Ludouicus Carerius in repe-
titione L. obseruare curabis, C. de appellatio-
nibus, nu. 82. vers. quæ autem.

Charitativa admonitio) Idem tradit alibi fili-
us D. Ioannis Andreæ Bonicontus, in suo tra-
ctatu de accusationibus & inquisitionibus, §.
nunc autem de solemnitate, nu. 34.

Fama) Nec enim potest ad inquisitionem
procedi, nisi præcesserit fama publica, tanta di-
co fama quæ offendiculum populo pariat, &
absque periculo ferè tolerari quæ non possit,
vt in cap. 1. cap. cum oportet, cap. ad petitionē,
cap. inquisitionis, cap. qualiter & quando, el se-
condo, ext. de accusationibus: vnde, queritur
an contra constitutum in dignitate, seu perso-
nate sufficiat fama? quod equidem non puto,
nisi tanta foret fama quæ scandalum pareret,
vel quæ sine scandalo tolerari non posset, aliàs,
etiam solemnitas siue clamor, etiam si sit
frequens, omnino non sufficit, vt ait filius Io-
annis Andreæ Bonicontus, in tractatu de accu-
sationibus & inquisitionibus, §. nunc quoque
videamus, nu. 45.

Maluolus) Hæc omnia latissimè simul ele-
gantissimè, declarat Iodocus Damhouderius
in sua praxi rerum criminalium, cap. 8. titulo,
de inquisitionibus, numero 10. vers. quarto ne
fama.

Persona inhonesta) Ad hoc enim vt possit for-
mari inquisitio super fama, debet talis fama or-
tum habere, à personis honestis, vt ait Ægidius
Bosius.

Bosius, Patricius Mediolanensis in suo tractatu
rerum criminalium, titulo de inquisitione, nu.
39. vers. non omitto etiam, & nu. 39. vers. si ta-
men constaret, folio 31. columna pri. secun-
dam editionem Lugdunensem Philippi Tin-
ghi Florentini.

Dic quod non) Idem tradit ex professo Patri-
cius Mediolanensis Ægidius Bosius in tra-
ctatu criminum, titulo de denunciatione, nu.
18. referens vltimus, ita senatum Mediolanen-
sem decreuisse per textum, in cap. inquisitio-
nis, §. tertia, ext. de accusationibus, vbi quoque
glossa tradit eos grauissimè puniendos, quia
magis delinquant quàm illi qui substantiam, &
prædia aliorum diripiunt, aliam rationem, tra-
dit Iulius Clarus, receptarum sententiarum li-
bro quinto, §. finali pract. criminalis, quæstione
5. nu. 4. vers. neque in hoc attenduntur, folio
98. col. prima, secundum editionem Franco-
furtensem Nicolai Bassæi, Anno 1576.

Curtia procedit) In quocunque casu in quo iu-
dex, siue de iure communi, siue statutorio, siue
ex consuetudine, potest procedere ex officio
ad inquirendum, nunquam debet, neque po-
test à seipso procedere ad inquirendum, siue as-
sumendas informationes, vel iudicia specialia
contra aliquem, nisi aliquid præcedat quod a-
periat inquisitioni viam, scilicet, diffamatio vel
querela partis, vel denunciatio, vel huiusmo-
di quid, aliàs enim processus esset ipso iure nul-
lus, etiam si delictum foret exinde plenè pro-
batum, secundum Iulium Clarum receptarum
sententiarum, lib. 5. §. fin. pract. criminalis, quæst.
nu. 4. fol. 97. col. 2.

Expn-



Expensas) Hunc articulum tractat, ex professo Paulus Girlandus, de relaxatione carceris, cap. de expensis, damnis, & interesse, numero primo 2. & 3.

Instigatoris) Vide Placentinū in tractatu de accusationibus publicorum iudiciorum, titulo 4. qui inscribitur ad senatusconsultum Turpilianum, & de abolitionibus, nu. 7. idem vero tradit ex professo Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, practicae criminalis, quaestione 7. num. 12. vers. sed nunquid, fol. 108. col. prima, rursus, quaest. 10. num. 3. vers. aliquid etiam, fol. 113. col. prima, ubi tradit instigatores inquisitionum esse promotores, & quot genera promotorum sint, explicat: aliqui enim faciunt id ex necessitate, prout aduocati seu procuratores fiscales, alij vero faciunt id ex praeepto, vt qui procuratoribus aut aduocatis fiscalibus adiunguntur, quos Gallico verbo adioinctz, vocamus: postremò, alij id faciunt sponte, quia comparent in iudicio & ministrant testes, & iudicia, contra reos inquisitos.

Ex suo officio) Tenetur enim praeses provinciae ex debito officij sui, fures, latrones, plagarios, & id genus alios inquirere, quositos autem castigare, prout & meruerint, vnumquemque punire, alias si deprehensa crimina non prosequeretur, vtique censeretur colludere vel eorum malefacta probare, L. 2. C. de commerciis & mercatoribus, quin eadem qua malefacta poena puniretur, vt in L. fin. in fine, C. ne sanctum Baptisma reiteretur, quibus autem castibus

bus, ex officio, iudex per inquisitionem procedere debeat, declarat admodum latè Ludouicus Carerius, in repetitione, L. 2. obseruare curabis, num. 83. C. de appellationibus, quae repetitio vulgò inscribitur, Practica noua causarum criminalium: sed Deus bone, quàm sunt ibidem multa vitia, quae docti curatoris administrationem requirerent.

Via exceptionis) Hanc ad rem vide clarissimum Damhouderium, in sua praxi rerum criminalium, capite septimo, titulo, de exceptionibus criminalibus.

Via inquisitionis) Inquirere nihil est aliud, quàm ex officio, testes, seu informationes recipere contra aliquem, pro aliquo delicto, secundum Iulium Clarum, receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, practicae criminalis, quaestione vndecima, circa principium: vnde, formare inquisitionem contra aliquem, non est ipsam inquestam, chartam, siue libellū inquisitionis reo mittere (illud enim potius esset illum citare) sed est facere processum informatiuum, quòd Gallici dicunt, tenir informations, assumendo testes & iudicia contra reum, super aliquo delicto, ex quibus deinde informationibus & indicijs elicitur titulus, & series facti, quod in scriptis redactum, transmittitur aliquando reo in vim citationis.

Clamosa insinuatio) Antea legebatur, clamosa infamatio, nec omnino malè, sed ego loco, infamatio, substitui, insinuatio, quia sola fama non sufficit ad hoc, vt possit formari inquisitio, sed de iure requiritur etiam clamosa insinuat



tio, quæ ipsam famam ad aures iudicis sapius detulerit, ita colligitur ex textu cap. qualiter & quando, extra de accusationibus, ex quo capitulo videtur desumpta illa verba, quæ communiter in inquisitionibus apponi solent, hæc videlicet, & clamorosa insinuatione subsequente, non tantum semel, sed sæpe, & sapius, prout eadem formulam refert Ioannes Millæus in sua praxi criminis persequendi, in princip.

Certo crimine) Hoc ipsum tradit ex professo, quem veritatis & honoris causa nomino, Dams houderius in sua praxi rerum criminalium, titulo, de inquisitionibus, cap. 8. nu. 11. vers. quinto, necessum est, pag. 13. col. prima, secundum impressionem Antverpiensem Ioannis Belleri anno M. D. LXX.

De certo criminoso) Debet enim quælibet inquisitio continere certam personam, quæ deliquerit: certam dico, saltem per duas demonstrationes, ut ait Bartolus in L. libellorum, circa finem princ. D. de accusat. imò, volunt aliqui, quòd plures demonstrationes duabus esse debeant, ut cesset omnis dubitatio, iuxta eundem Bartolum in L. diuus, D. de custodia reorum. & in L. inter stipulantem, §. Stichum, D. verborum obligat. ut per Marianum Socinum in cap. qualiter & quando, in decimo articulo principali secundæ quæstionis, extrà de accusationibus.

Catonis) Ita vulgò liber hic, ex quo versus illi desumpti sunt, inscribitur, ut maximè Neoterici quidam satis emunctæ naris aliter inscribi velint, sed ea disputatio, cum penitus & omnino

omnino sit de lana caprina, cum de versibus ipsis abundè constet, hic versus est desumptus ex libro primo Catonis.

Præsumptio) De præsumptionibus ingen-tem librum scripsit Andreas Alciatus, optimè de literis & de iure meritis, quamuis infelicitè in eo operam Alciatum posuisse censeat alter in iure Sceuola Duarenus in titulo 19. libro quarto, & C. titulo tertio, lib. 22. Pandectarum, capite tertio, vers. secundum genus probationis: quia præsumptiones ex cognitione morum cuiusque hominis, & experientia rerum, & exemplis iudicantur.

Mediam viam tenens) Sic Marcellus in L. respiciendum, D. de pœnis, respiciendum est, (inquit) iudici, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm res deposcat, nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda, sed perpenso iudicio, prout quæque res exposulat, statuendum est: eisdem penè verbis vtitur alibi Paulus, in L. Pædius, D. de incendio ruina & naufragio, nec non Callistratus, in L. diuus Pius, D. ad L. Corneliam de falsis. Sic & Homerus, omnia quoque temporata introducit in fortibus viris: & Vlysses planè reiicit nimia, cum se Diomedem valde, vel laudare, vel vituperare vetat: Menelaus quoque succensit ijs, qui immodico hospites, vel amore, vel odio prosequuntur: omnibus enim (ut inquit ille) adde modum, modus est pulcherrima virtus, ut & in libello meo, quem inscripsi Extraordinarias lectiones, ad titulum D. de eo, quod certo loco dari oportet, in explicatione L. primæ,



& L. 4. §. primo, nu. 15. circa finem dixi: quam obrem eleganti figura atque imagine veteres quondam Iustitiam pinxerunt virginem in altera manu habentem libram: quod enim æquilibrium est in trutina, potest in iure dici iudex, qui nec in hanc, nec in illam partem pendere, sed recta procedere debet.

Ad postulationem partis) Hoc officium iudicis vocatur mercenarium, quasi quod deseruiat actioni per partes intentatæ, veluti, cum iudex iubet aliquem satis dare, aut rem ratam habere, vel iudicatum solui, sumpta metaphora, si velis, à seruis & obsequio: quemadmodum enim seruus operam suam bona fide locat, & alio quàm dominus modo præscribit, aut nihil arbitrio suo facit, ita iudex actioni deseruiat, vltro quidem, sed nec ex arbitrio suo, nec aliter, quàm ad normam actionis, prout admodum latè, ni fallor, & exactè diximus in libello nostro, quem inscripsimus Extraordinarias lectiones, & in commèntarijs ad L. 22. vinum, numero 27. vers. quoties autem, in explicatione verbi æstimatio, D. de rebus creditis, si certum petatur.

Agentes & consentientes) Quod hic dicitur agentes & consentientes pari pœna puniri, tradidit idem noster Iacobus de Bello Visu, infra libro tertio, sed intelligi debet, vt hic immediate sequitur, vtpote, quando consensum & auxilium præstiterint, ex proposito committendi maleficium, prout attestatur, Mantua consilio 251. num. 24. libro primo, & Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. fin. pract.

pract. criminalis, quæstione 87. numero quarto, vers. hæc autem omnia, in fine.

Ex consensu) Non abs re fuerit his addere, quæ doctissimè simul & elegantissimè tradit in hac sententiam, Ludouicus Carerius, in sua practica noua criminali, §. homicidium, num. 65. 66. & 67. pagina 73. columna tertia & quarta, secundum impressionem Venetam, anni M. D. LVI. & Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. fin. pract. criminalis, quæstione 87. numero quarto, vers. hæc autem conclusio, fol. 388. columna prima, secundum impressionem Francofurtensem.

Consensum negligentia) Quoties aliqui dissimulant, videtur etiam consensus esse negligentia, sed ille qui dissimulat, ille quoque videtur consentire delicto per viam auctoritatis & defensionis, & tunc plus puniri debet ille dissimulans, quàm ipse delinquens, ita dicit glossa in Clementina prima, in verbo, defensionis, de pœnis, & est communis conclusio, vt ait Bolenus in repetitione L. capitalium, §. famosos, nu. 114. D. de pœnis, & potest poni exemplum in prælato, qui dissimulat in prædicatore, qui in sua dicecesi falsa dogmata prædicat: item, in domino ciuitatis aut villæ, qui non persequitur latrones spoliantes & occidentes eos, qui trās-eunt per suum territorium: siquidem ea grauiora delicta sint, in quibus dissimulatur, vti que magis peccat ille, qui dissimulat, quàm ille qui delinquit, per consequens etiam magis punitur: secus, in alijs minoribus criminibus, in quibus pari, non verò maiori pœna dissimulans

V 3 punitur



punitur, vt ait practica Conradi, fol. 332. nu. 8. & Iulius Clarus, receptarum sententiarum libro quinto, §. fin. pract. criminalis, quæstione 87. numero quarto, vers. hæc autem omnia, fol. 388. columna secunda, secundum impressione Francofurtensem.

Consensum consilij) De hoc latius agit idem noster Iacobus de Bello Visu, infra libro tertio, quare nihil hic adfero, quia latius ibi quoque nos agemus.

Consensum authoritatis) Hunc consensum authoritatis quidam vocant, consensum negligentiae, prout videre est apud Iulium Clarum receptarum sententiarum libro quinto, §. fin. pract. criminalis, quæstio. 87. numero quarto, vers. hæc autem omnia, sed ea melius hoc loco distinguit hic noster Iacobus de Bello Visu.

Solam scientiam) Et ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Carauitta, super quarto ritu, magnæ curiæ, numero secundo, & Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. finali, pract. criminalis, quæst. 87. numero primo, in fine: Vnde, quæritur, an ille, qui sciuit & potuit prohibere, sed non prohibuit, an, inquam ille sit puniendus, nam Hieronymus Cognolus in L. culpa caret, num. 10. D. de reg. iuris, existimat, quod quando aliquis commodè, & sine suo periculo possit prohibere, & non prohibet, existimat, inquam, quod teneatur: ac ita consuluit in facti contingentia Curtius senior, conf. 41. quo loci respondit contra patrem presentem in homicidio patrato per filium, quem potuit prohibere, & nō prohibuit: contra sentit Iulius

tit Iulius Clarus receptarum sententiarum libro 5. §. fin. pract. criminalis, quæst. 87. num. 3. vers. quod tamen ego: quia regulariter, & ex communi Doctorum sententia nunquam quis punitur ex eo, quod delictum nō prohibuerit, etiam si prohibere potuerit: excepto crimine læsæ maiestatis, vt hic etiam docet noster Iacobus de Bello Visu, quem sequor.

Lesæ maiestatis) Idem tradit ex professo Ludovicus Carerius in sua practica noua criminali, §. homicidiū, nu. 70. vers. fallit in crimine læsæ maiestatis, & Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. finali, pract. criminalis, quæst. 87. nu. 2. vers. punctus est, vbi tradit expressè, quod sciens tractatum proditoris contra principem, vel patriam, nec reuelat, tradit, inquam, quod ille debeat puniri pœna mortis, ex sententia Bartoli in L. vtrum, D. de parricidis, Placa libro primo delictorum, cap. 22. num. 17. Vasquius illustrium controuersiarum, libro primo, cap. 16. num. primo.

Caput septimum.

Suspectus de fuga, potest ilicò capi. numero primo.
Melius est occurrere in tempore, quàm post exitum
vindicare. num. 2
Antequam quis capiatur, ordinariè primò fieri debet
informatio. 3
Quæstio. 4

*Si autem sciatur inter aliquas personas publicas
& priuatas insimul aliquem commisisse crimen, &
de hoc, inter aliquas personas idoneas, & fide dig-
nus sit diffamatus & suspectus; tunc, aut timetur
V 4 verif-*



verisimiliter de eius fuga, attenda qualitate criminis & persone, aut non primo casu, est ante omnia

2. capiendus & arrestandus, quia melius est ante tempus occurrere, quam post exitum vindicare, C. quando liceat unicuique, L. prima, iunctis qua notantur, D. de procuratoribus, L. sed etiam, et de arbitris, L. si de meis, circa finem glossæ, super verbo, exitura, & postea est facienda informatio in loco

Generalis, commissi delicti, generalis vel specialis contra ipsum, & specialis si autem non timeatur de eius fuga, tunc, erit facien-

3. da primò informatio, antequam capiatur, ne preposteretur, seu peruertatur solitus ordo iuris, ut a iunt iura superius allegata; si autem reperiatursuspectus, tunc, est arrestandus & capiendus, non tamen ligandus, ut inferius dicitur. Iuxta hoc quæ-

Quæritur. tur, si aliquis iussus fuerit ire in arrestum, & noluit ire, qualiter puniatur? dic, quòd punitur, ac si missus fuisset in arrestum, & arrestum fregisset, quia non licet prætorem contemnere, iuxta notata D. de iurisdictione omnium iudicum, L. si familia, & de his qui notantur infamia, L. debuit, & de arbitris, L. litigatores, & de operis novi nuntiatione, L. stipulatio de operis, §. opus autem novum, & de interrogatorijs actionibus, L. de etate, §. qui tacuit, & ne quis eum, L. si per alium, circa principium, ad quod facit etiam, D. de pœnis, L. relegati, vers. penult. & L. aut damnum, §. quis, & L. in servorum, §. primo, & de re militari, L. 3. §. in bello.

Doctor

Doctor Baert.

Generalis vel specialis) Est enim triplex inquisitio: generalis, specialis, & tertia, quæ generalis & specialis simul est, ut ait Iodocus Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, cap. 8. titulo de inquisitionibus, nu. 14. & seq. Generalis est, utpote, cum præses, iudex, aut fiscus, generaliter inquit, an vicatim sint homines facinorosi, puta, nebulones, nepotes, & id genus alij, quos quia apprehendit apud nostrates Roiroye appellatur: Specialis est, cum de certo facto, seu limitato delicto contra certam personam præses, iudex, aut fiscus inquit: Tertia, generalis & specialis est, cum præses in genere, vel uniuersaliter inquit, ecquis Socratem occiderit.

Quæritur) Huius quæstionis praxim, melius nemo, quam Coloniensis magistratus amplectitur, qui cum ciuis & honesto loco natus, carceri mancipandus est, iubet eundem spontè carceres ingredi: quod si recuset, à satellitibus altera die vincus eo ducitur.

Caput octauum.

Hæreticus criminofus fugiens ad Ecclesiam, non est propterea tutus. numero primo.
 Delinquens in ecclesia, potest extrahi. num. 2. & 3
 Seruus ad ecclesiam fugiens, extrahitur. 3
 Debitor publicus in ecclesia quoque tutus non est. 4
 Publici latrones identidem extrahuntur ab ecclesia. numero 6
 Quæstio. 7
 Delinquentem in ecclesia, solus loci episcopus potest extrahere. 8

V 5

Quæstio.



Quaestio.

Quaestio.

Propter quod vnumquodque, ipsum magis est tale. 11

Quaestio.

Si autem criminofus fugerit; tunc, aut fugit ad

1. **Infidelis. Non Catholicus.** Ecclesiam, aut ad alia loca prophana; si ad ecclesiam; tunc, aut fugiens ad ecclesiam est infidelis, id est, non Catholicus; & tunc, Ecclesia ipsum non tuetur, ut C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, L. prima; si autem Catholicus fugiat ad Ecclesiam; tunc, aut deliquit intra Ecclesiam, & vult se tueri propter ecclesiam; & tunc, Ecclesia non praestat sibi immunitatem; imò impune potest extrahi, ut in Authent. ut liceat matri & auia, §. quia verò ita comprimitur, collatione octava, & extra, de immunitate ecclesiae, cap. finali; si autem deliquit extra ecclesiam; & tunc, aut ille, qui fugit, est seruus, aut liber; si sit seruus; aut fugit propter magnam atrocitatem domini; & tunc, non compellitur exire de ecclesia, donec dominus satisdederit, quòd ipsum vendet moderato pretio, ut D. de his qui sunt sui vel alieni iuris. L. secunda, §. dominorum, aut fugit propter modicam seuitiam, quia sibi placuit; & tunc, extrahitur, ut C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt, L. tertia, & L. presenti, §. finali, si autem liber homo fugerit ad ecclesiam; tunc, aut fugit propter terrorem creditorum; & tunc, aut erat debitor publicus, & tunc, ecclesia ipsum non tuetur, ut in Authent. de mandatis principum, §. publicorum verò, collatione sexta: aut est debitor priuatus; et tunc, habent locum, quae dicuntur in d. L. presenti, §. 2. C. de his qui

his qui ad ecclesiam confugiunt, si autem fugiat ad ecclesiam, propter delicta; tunc, aut commisit modicum delictum; & tunc, ecclesia ipsum tuetur, & sic intelligitur totus titulus Codicis de his, qui ad ecclesiam confugiunt; aut commisit magnum delictum; & tunc, ecclesia non tuetur, ut in Authent. de mandatis principum, §. neque homicidas, iunctis his quae notantur, C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, L. 2. & hac vera, de iure civili; sed de iure canonico distinguenda sunt duo membra, quoniam aut deliquit in ecclesia: & tunc, non iuuatur, ut extra de immunitate ecclesiae, cap. finali, aut extra ecclesiam; & tunc iuuatur, quia non debet extrahi de ecclesia, ut extra de immunitate ecclesiae, cap. inter alia, exceptis publicis latronibus, et nocturnis agrorum depopulatoribus, ut ibi patet; quicumque autem extrahit aliquem de ecclesia, debet soluere 90. solidos, ut 27. quaest. 4. cap. si quis contumax: sed, nunquid fures ecclesiae habent idem privilegium? dic, forte quod sic; ut in d. L. presenti, §. quod si in finib. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, & ext. de immunitate ecclesiae, cap. sicut, quod potest intelligi de furibus necessarijs; secus, si ad delectandum, seu ad amoenitatem, D. de religiosis & sumptibus funerum, L. fin. & D. de contrahenda emptione, L. aedes sacra, §. primo, & C. de religiosis, L. si sepulchrum; unde, ubi aliquis deliquit in ecclesia; tunc, iudex secularis non potest eum extrahere de ecclesia, sed episcopus loci, qui tradet eum iudici seculari, si sit laicus, ut C. de adulterijs, Auth. si quis: & est ratio, quia iste talis non deliquit in territorio seculari, quare

6. Publicis latronibus

7.

8. Episcopus loci.



quare non mirum quoque si iudex secularis non potest in eum manus mittere; sed ubi aliquis deliquit extra ecclesiam, puta, quia commiserat homicidium, & fugit ad ecclesiam; tunc iudex secularis potest eum extrahere; & est ratio, quia tunc in suo territorio deliquit, atque ita sibi magis iniuriatur, ut in *Auth. de mandatis principum*, §. sed neq., ad quod etiam *D. de adulterijs*, L. quod ait, in princ. & L.

9. nec ea, §. primo, iuxta premissa queritur, nunquid ille, qui ad ecclesiam confugit, si exeat vel expellatur, sit ex illo delicto suspendendus, vel alias corpo-

Secundum quosdam. raliter puniendus? dic, quod non; secundum quosdam, quia non debet pati pœnam corporalem, ex quo semel aufugit ad ecclesiam, sed erit tradendus inimicis ad seruendum in perpetuum, vel pœna corporalis conuertetur in pecuniariam, sic tenet Richardus 18. questione 4. cap. reum, ubi vide quoque Hostiensis in suo Rosario, & per alios ext. de immunitate ecclesie, cap. finali; iuxta hoc quero, homicida qui-

10. Nō potuit fugere. Corpus Christi. da non potuit fugere ad ecclesiam, sed inuenit quendam sacerdotem deferentem corpus Christi, fugit ad ipsum, & accepit illum, nunquid sit tutus, ac si fugisset ad ecclesiam? videtur quod sic; nam quod aliquis in ecclesia tuetur, est introductum in fauorē Dei, ergo multo fortius, si fugiat ad ipsum Deum, argumento *D. de pœnis*, L. capitalium, §. ad statuas, & de edilitio edicto, L. quis sit fugitiuus, §. sin autem, & §. idem Iulianus, & L. bonem, §. primo.

11. quia secundum Aristotelem, propter quod unumquodque, ipsum magis est tale: iuxta hoc quero, nunquid homicida fugiens ad domos, que sunt iux-

ta ce-

ta cœmiterium, si sit captus per curiam secularem, & Episcopus petat eum, sit eidem reddendu? videtur quod sic, quia in loco religioso est captus; contrarium est verum, quia in domo priuati est captus, quia talis locus destinatus sepultura non est religiosus, nisi quamdiu ibi ossa mortuorum sunt, ut *D. de religiosis & sumptibus funerum*, L. secunda, §. sepulchrum.

Doctor Baert.

Infidelis) Idē tenet ex professo *D. Ioannes de Vischis*, propositus ecclesie cathedralis Thaurinensis, in tractatu de immunitate ecclesie, num. 75. conclusione 13. *Damhouderius* in sua praxi rerum criminalium, cap. 106. titulo, de violatione templorum, num. 15. *Iulius Clarus* receptarum sententiarum libro quinto, §. fin. pract. criminalis, quæst. 30. num. 17. vers. præterea quero, fol. 171. secundum impressionem *Francofurtensem Nicolai Bassæi*, anno 1576.

Non Catholicus) Hæreticus igitur is est, qui non est Catholicus: atqui Catholicus is est, qui Catholicam fidem tenet, quam nisi quisque integram inuiolatamq; seruauerit, absque dubio in æternum peribit: est autem fides Catholica ea, quam *Symbolum Apostolicum*, nec non *S. Athanasij* declarat.

Intra Ecclesiam) Hæc autem doctrina procul dubio locum sibi vendicat in eo, qui sub spe immunitatis delictum perpetrat in Ecclesia, per cap. fin. ext. de immunitate ecclesie, nam tales immunitate, tribus rationibus, gaudere non de-



non debent: primò, quia in eo debet quis puniri, in quo deliquit: secundò, quia frustra ecclesiæ inuocat auxilium, qui cõmittit in eam: tertio: quia fecit se indignum priuilegio immunitatis ecclesiasticæ: sed ancipitis est quæstionis, an ille, qui in Ecclesia homicidium commisit, non tamen sub spe immunitatis ecclesiæ, gaudere debeat immunitate ecclesiæ, quia textus in cap. fin. ext. de immunitate ecclesiæ, videtur se fundare sub spe veniæ, in illis verbis, quia sub spe immunitatis commiserit homicidium, vbi aliàs non fuisset commissurus: ergo, cessante causa, cessabit & effectus, siue iuris dispositio, cap. translato, ext. de constitutio. sed eis haud obstantibus, approbo magis opinionem eorũ, qui non distinguunt, an sub spe veniæ deliquerit in Ecclesia: primò, quia præsumptio iuris, & de iure militat contra eum, qui delinquit in ecclesia, secundum Hostiensem in dicto cap. finali, extrà de immunitate ecclesiæ: deinde, licet prædicta ratio, quæ est de spe immunitatis, cesset hoc casu, tamen propter hoc aliæ tres illæ rationes, quarum suprà meminimus, & quæ sunt finales iuris dispositi in capite finali, extrà de immunitate ecclesiæ, non cessant: amplius, earum quælibet est sufficiens ad hoc, vt aliquis non possit gaudere immunitate ecclesiæ, quæ propter, etiam cessante rationum via, non tamen continuo propterea cessabit dispositio legis, §. affinitatis, inst. de nuptijs.

Publicis latronibus) Idem tradit ex professo D. Ioannes de Vischis, Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Thaurinensis, in suo tractatu de immuni-

munitate ecclesiæ, numero 19. secunda fallentia, & Ioannes Millæus in sua praxi criminis persequendi, in verbis, locum sacrum, pag. 89. secundum editionem Parisiensem Galeoti à Prato, ad primam Regij Palatij columnam, anno Domini M. D. L. I. quibus in locis eidem illi rationem tradunt, quia, scilicet, plus interest, illos puniri, quàm alios malefactores, eò quòd plura exitia cogitent, vt 23. quæstion. 4. cap. est iniusta, & gloss. in cap. final. extrà de immunitate ecclesiæ, Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, cap. 106. titulo, de violatione templorum, numero sexto, & Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. finali, practicæ criminalis, quæstione 30. numero nono, vers. quæro nunquid generaliter, fol. 169. columna prima, secundum editionem Francofurtensem.

Episcopus loci) Quomodo fiat illud, explicat eleganter Iacobus Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium, cap. 106. titulo, de violatione templorum, num. 11. vers. imò ne in illis quidem, pag. 345. columna secunda, secundum editionem Antverpiensem Ioannis Belleri, sub Aquila aurea, auno M. D. LXX.

Secundum quosdam) Meritò sic loquitur hic noster Iacobus de Bello Visu, quia vel ex cõmuni sententia nullus hoc modo punitur, & certò malefico ecclesia, quamdiu illic est, immunitatem concedit, ac ipsum maleficium, vel istam maleficij labem non eluit, imò, quia liberior & nimis laxa hoc casu ecclesiastica voluntas, plus æquo maleficis indulgens, effugiendi fenestrâ,

quia



quin impuniti criminis occasionem præbet, ideo multis in locis eadem de facto non seruat, ex sententia Ioannis Fabri in §. fin. Inst. de his, qui sunt sui vel alieni iuris.

Non potuit fugere) Verbotenus eadem referuntur à Ioanne Dhierrij Lingonensi, in suo tractatu de fuga, numero octauo, vers. Titius homicida.

Corpus Christi) Idem tradit ex professo Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali practicæ criminalis, quæst. 30. num. 24. vers. ultimo, quæro, fol. 173. columna prima, rursus quæstione 98. numero secundo, vers. sed pone, fol. 408. columna secunda, secundum impressionem Francofurtensem.

Caput nonum.

Absens citatur tribus edictis, vel vno peremptorio pro omnibus.	numero primo & 5
Citatio fieri debet ad domum.	num. 2
Arrestatio bonorum fit absente reo per annum.	3
Quæstio.	4
Fictio non debet plus operari in casu ficto, quam veritas in casu vero.	6
Criminosus intra annum rediens, recuperat bona sub idonea cautione.	7
Bannitus an & quo casu possit se defendere per procuratorem.	8. & 12
Quid banniti procurator allegare possit.	9
Quæstio.	10
Quatuor sunt genera cognitionum.	11
Causa absentia, vel est { facti } num. 13	
	{ iuris }
Quæstio.	14

Si an-

Si autem fugit ad alia loca prophana: tunc, est ita procedendum contra eum, videlicet, quod citabitur tribus edictis, vel vno peremptorio pro tribus, ut D. de re iudicata, L. contumacia, cum ibi notatis, iunctis his quæ notantur, C. quomodo & quando index, L. ea quæ, & L. consentaneum, & L. seq. & L. ab eo, & D. de appellationibus, L. ex consensu, §. fin. iunctis his quæ notantur, C. de his qui accusare non possunt, L. 3. & debet fieri ista citatio ad domum, si modo habeat domicilium, iuxta notata, C. de iudicijs, L. properandum, §. primo, super verbo decerni, & D. de in integrum restitutionibus, L. diuus: si autem non habet domicilium, citetur voce præconis publicè, ut in Auth. de litigiosis, §. omnè, collat. 8. & C. de requirendis reis, L. fin. sic intelligitur, C. de accusationibus, L. 3. cum ibi notatis, super verbo, contumacia, & L. absentem, cod. tit. & D. de pœnis, L. absentem, & C. de sicarijs, L. eum qui, cum ibi notatis: & si tale crimen sit, de quo accusari possit, & non veniat intra annum, annotantur eius bona, id est, in scriptis rediguntur, quia fit inventarium de eis per curiam, ita tamen ut prius semper citetur, & requiratur per literas, & si latitat per unum annum, præsumitur contra eum, præsumitur inquam tali præsumptione, quæ quodammodo vim habeat sententiæ, super bonis remanentibus: unde, circa hoc nota, quod aut præconizatio vel proclama continet certum quid applicandum sisco, vel parti: si parti, dico quod non habet vim sententiæ, sicut loquitur totus titulus, C. comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones

X
autho-



authoritatem rei iudicatae non habere, lib. 7. tit. 57. si fisco, aut sententia est conformis rei que petitur, & tunc valet, ut C. de adoptionibus, L. & in multis, aut non est conformis: & tunc non valet, ut C. comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones, authoritatem rei iudicatae non habere, L. interlocutio: unde, quaedam est annotatio, que fit secundum communem iuris ordinem, scilicet, quod primo citetur & requiratur reus ut dictum est: deinde, bona annotentur, & sic de alijs, ut notatur D. de requirendis reis, L. prima, & tunc, hoc ordine observato, non auditur super bonis post annum veniens, sic C. de requirendis reis, L. prima, & 2. cum ibi notatis, alia est annotatio que non fit secundum iuris ordinem, sed fit antequam citetur & requiratur, iuris ordine non servato: & tunc, non valet annotatio, & in hoc casu auditur super bonis post annum, sic loquitur C. ad legem Corneliam de sicarijs, L. eum qui, cum ibi notatis in fine, ad quod D. qui satisfacere cogantur, L. quotiens, & pro hoc facit, C. de poenis, L. si mendicare, & de sententijs & interlocutionibus omnium iudicum, L. prolatam, cum ibi notatis, & de appellationibus, L. prima, vel dic quod regulariter post annum non admittatur, ut legibus allegatis, nisi hoc impetret a principe, probata innocentia, ut L. eum qui, cum ibi notatis, C. ad legem Corneliam de sicarijs, vel nisi ex ista causa reuersus post annum recuperet bona sua, ut D. ex quibus causis maiores, L. prima, in fine, nam super crimine refellendo, & super innocentia probanda semper auditur, sic notatur in d. L. eum qui

Annotatio

A principe
Probata
innocentia

qui, C. ad legem Corneliam de sicarijs, & C. de requirendis reis, L. prima & 2. iuxta premissa quaeritur, nunquid si princeps bannitum, seu relegatum restituat, & sibi poenam illius delicti remittat, videatur sibi bonorum confiscationem remittere? videtur quod sic, iuxta notata D. de servitutibus rusticorum praediorum, L. & Attilicinus, & dic de hoc ut ibi, & de postulando, L. imperator, cum ibi notatis, & C. de his qui in exilium dati, L. 1. lib. 10. & adde hic theoreticam de noxalibus que incipit, si actio semel extincta, & servatur talis ordo, quia primo petitur in iudicio tribus edictis vel uno peremptorio, ut D. de re iudicata, L. contumacia, cum ibi notatis, iunctis his que notantur, C. quomodo & quando iudex, L. ea que, & L. consentaneum, & L. seq. & L. ab eo, & D. de appellationibus, L. ex consensu, §. fin. iunctis his que notantur, C. de his qui accusare non possunt, L. 3 post eius bona annotantur: tertio, de nouo requiritur per literas iudicis & nuntios, sic notatur C. de requirendis reis, L. prima, & 2. & D. eodem, L. prima & 2. intra annum autem veniens, auditur super bonis, sed semper super crimine, ut notatur C. de requirendis reis, L. 2. quod crederem habere locum in casu in quo essent amittenda bona, si probauit esse tale crimen: alias, cum non debeat plus operari fictio quam veritas, ut D. de acquirendo rerum dominio, L. liber homo, non amittuntur bona per contumaciam, nisi tale esset crimen, quod condemnatio eorum sequi potuisset, vel nisi expressum fuerit in edictis sibi factis: alias autem, isti criminosi absentes, non possunt nisi usque

4.
iuxta præ-
missa.
Restituat.

5.

Intra an-
num,

6.

X 2 ad



ad relegationem condemnari, exceptis apparitoribus qui vendunt literas, & executiones suas, ut D. de pœnis, L. absentem, §. primo, & C. de accusationibus, L. absentem, §. primo, cum ibi notatis, & de cohortalibus, L. apparitor, lib. 12. si autem veniat intra annum, & bona eius sint bannita, poterit bannum facere amoveri, & ea recuperare cum idonea cautione, ut D. de operis novi nunciatione, L. de pupillo, §. si is cui, & de petition. hereditatis, L. diuus, circa princ, & ut legatorum nomine caueatur, L. postquam, in princ. unde, talis bannitus potest se defendere per procuratorem, ut D. ex quibus causis in possessionem eatur, L. ad cognitionem, in fine glossa, & poterit allegare talis procurator causas absentia, non vero causas cause, ut D. de procuratoribus, L. seruum quoque, §. publicè, cum ibi notatis, ad quod etiam D. an per alium causa appellatorum reddi possint, L. 1. cum ibi notatis, iunctis his quæ notantur, D. de requirendis reis, L. prima, & de pœnis, L. absentem, & L. ad statuas, & extra de accusationibus, cap. veniens, cum ibi notatis, & etiam causas cause, nisi in causa capitali, ut D. de procuratoribus, L. absens, & probatur per testes, vel per iuramentum, si in longinquo, & admittitur dilatio, salvo iure partis, sub tacita conditione, si ita verum sit, ut D. de excusationibus tutorum, L. scire oportet, §. sufficit, & de damno infecto, L. prator, in princ. & de itinere adluque priuato, L. prima, §. primo, sed quare non potest fieri procurator, in causis criminalibus ad allegandas causas cause? dic, quod ratio est, quia is qui defendit, id est, procura-

Cum idonea cautione.

Per procuratorem.

10.

tor,

non is quem defendit, est condemnandus, ut notatur D. de publicis iudicijs, L. penult. §. ad crimen, & de negotijs gestis, L. liberto, & sic puniretur qui nihil commisit, quod est contra iura, C. de pœnis, L. sancimus, in Auth. de incestis nuptijs, §. fin. cum ibi notatis circa principium, & D. de seruo corrupto, L. in hoc iudicium, & de furtis, L. si quis uxori, §. neque verbo, & ext. de hereticis, cap. excommunicamus, cum ibi notatis, §. primo, circa quod notandum, quod quatuor sunt genera cognitionum: quia, aut agitur de crimine capitali, aut de fama, aut de pecunia, aut de honoribus & muneribus, ut notatur D. de procuratoribus, L. non solum, §. primo, super verbo, procuratorem, ac in primo quidem casu, non potest interuenire procurator, nisi ut supra dictum est, in alijs autem casibus, sic, & possunt antecedentia seu precedentia, & preparatoria causa criminalis, fieri per procuratorem, & dare libellum, & similia, D. de adulterijs, L. denunciaisse, & ad legem Iuliam de vi publica, L. cum qui, circa princ. & de publicis iudicijs, L. inter, & L. penult. in fine, & de re iudicata, L. primus, & in uno articulo causa criminalis, potest procurator interuenire cum mandato speciali, sic glossa, C. de accusationibus, L. 2. & D. de manumissis vindicta, L. condiciones, §. penult. & D. de adulterijs, L. denunciaisse, §. quid tamen, & facit etiam D. ad legem Aquiliam, L. proinde, §. primo, & D. de vi & vi armata, L. prima, §. deiecisse, & §. seq. & L. idem est, §. cum procurator, ubi dominus ratificans tenetur: & sunt causa absentia primo, facti, quia de

11

12.
Casu.

13.

X 3

facto



- facto fuit absens: uenit iuris, ut quia non tenetur uenire, allegando dilatoriam, non autem causas cause, qua sunt, quando allegatur, quia ille absens debet
14. *obtinere in causa. sed queritur, quæ sit utilitas allegare causas absentia? dic, quia aliquando aliqua pœna seu mulcta pecuniaria absentibus imponuntur, nisi compareant: quæ requiruntur, proclamantur, citantur, & eorum bona annotantur, & bannuntur, ut supra dictum est, quæ omnia debent differri, cum allegantur cause absentia, ut notatur in L. seruum §. publicè, D. de procuratoribus, alioquin si ultra procederetur, esset locus appellandi, ut C. si pendente appellatione mors interuenerit, L. 1. & tertia, & finali.*

Doctor Baert.

Ad domum) Hac de re multa diximus, & attulimus in superioribus hoc eodem libro, capite 5. nu. 2. circa finem, in verbis, ad domum.

Requiratur) Hoc est inuestigetur, & queratur: ad eum planè modum quo canis inuestigat leporem.

Annotatio) De hac annotatione bonorum, multa copiosè scribit & eleganter admodum, Iulius Clarus, receptarum sententiarum libro quinto, §. finali pract. criminalis, quæstione 44. num. 2. circa finem, vers. in illis igitur casibus, fol. 231. col. prima, secundum editionem Francofurtensem Nicolai Bassæi, Anno 1576.

A principe) Tenetur enim quandoque princeps, concedere literas nouæ defensionis, quia aliàs sepe contingeret, ut innocens moreretur, cum

cum multi in exilium mittantur iniuria iudicum, & odio inimicorum eos prosequentium: sed, an ex literæ non solùm quo ad personam, sed etiam quo ad bona dentur, eo casu quo post annum prius impetrantur, admodum latè disputat in vtramque partem, Patricius Mediolanensis Ægidius Bossius in tractatu criminum, titulo de literis principum, bannitum admittentibus ad nouas defensiones, nu. 1. & seq. fol. 320. secundum editionem Lugdunensem Philippi Tinghi Florentini, anni 1575.

Probata innocentia) Ergo reus ipse comparens infra annum, ad se defendendum tenetur ipse probare innocentiam suam, sic ut si non probet, innocentiam suam, vel saltem elidat iudicia quæ contra ipsum faciunt, sententia mandetur executioni, vel alia extraordinaria pœna torqueatur, ex sententiâ Iulij Clari receptarum sententiarum, lib. 5, §. fin. pract. criminalis, quæst. 44. num. 6. vers. quæro quando reus, folio 233. col. prima.

Iuxta præmissa) Hunc articulum quia sæpius usu venit in Belgio, propter pacificationem Gandauensem latius explicare statui, nã quod hic in bannito dicitur, idem de condemnato veletiam conuicto dici potest, ideoque sic sentio, quod in omni rescripto, verba rescripti diligenter inspicienda sint, ut si restituat in pristinum statum: tunc, non solum vitam, sed etiam famã, dignitates, & bona recuperet: imò, idem puto, si simpliciter aliquè restitueret, quia tantundè simplicis restitutionis gratia tribuit, quãtũ cõdènationis sententiâ vel ademerat vel adimere



poterat, vt L. finali, C. de sententiam passis, unde, qui gratiam petit à principe, cautus esse debet, vt vtatur verbo restituo, non autem verbo indulgeo, quia per illud, omnia: per hoc autem, vita tantummodo restituitur, L. 2. & L. si ademptis, C. de sententiam passis: illud quæritur, an si bona istius restituti fuerint per fiscum alienata antequam restitueretur, an ipse restitutus possit & ipsa bona alienata vendicare, & à possessoribus recuperare? dic, quod non: duplici ratione, primo, quia emptores dictorum bonorum fuerunt, & adhuc sunt bonæ fidei tum emptores tum possessores: imò verò, domini, quia emerūt à fisco, qui tēpore vēditionis erat eorū bonorū verus dominus: tum quia in cōcessione restitutionis aut alicuius gratiæ, semper eximitur alterius præiudicium, L. & si sine, §. sed quod Papinianus, L. quod si minor, §. Scquola, D. de minoribus: unde, quæritur ulterius, an iste restitutus à principe, saltem possit petere à fisco pretium bonorum alienatorum? respondeo, quod non, quia fiscus succedit loco hæredis, L. 2. C. de bonis proscriptorum, L. 1. C. de bonis eorum qui ante sententiam sibi mortem consciuerunt, ergo, non tenetur restituere nisi quatenus extat, & ex eo factus fuerit locupletior, ex sententia Bartoli, in L. fin. C. de sententiam passis, & ex sententia Pauli Girlandi in tractatu de relaxatione carceratorum, titulo, de beneficio & indulgentia principis, questione prima, quarta, & quinta, quibus in locis materiam hanc latissimè prosequitur.

Restituat) Est enim duplex restitutio in integrum

grum: alia, quæ ratione minoris ætatis ordinariè competit, vt est titulus in D. de minoribus, viginti quinque annis: alia, quæ profuit ex mera gratia principis, autore Bossio in tractatu criminum, tit. de remedijs contra bannum, nu. 3. fol. 326. col. prima.

Intra annum) Idem tradit inferius hoc eodem libro, cap. 12. nu. primo, & ex professo Iulius Clarus, receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, practicæ criminalis, quæstione 44. num. 3. vers. facta autem huiusmodi, & nu. 5. vers. dixi quod de iure communi.

Cum idonea cautione) Pone quod reus compareat infra annum, & satisfdet coram præfide, de parendo iuri iuxta formam, L. primæ, D. de requirendis reis, nunquid statim recuperabit bona? an vero manebunt in sequestro donec super ipso crimine, fuerit definitiuè pronunciatum? videtur ex sententia glossæ, in L. finali, in verbo purgauerit, D. de requirendis reis, quod statim illa recuperet, & ita dicit se vidisse communiter obseruari Albericus de Rozates, in L. prima, nu. 4. D. de requirendis reis.

Per procuratorem) Regulariter in causis criminalibus, non admittitur procurator, vt est textus in L. penult. §. ad crimen, D. de publicis iudicijs, de cuius regulæ limitationibus, ampliationibus & examine multa tradidit Iulius Clarus, receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, practicæ criminalis, quæstione 32. per totum, fol. 183.

Causas causa) Idem tradit inferius hoc eodem libro, cap. 12. nu. 4. vers. hoc verum etiam.

X 5

Causa



Casu) Quando videlicet agitur de causa capitali, prout antea dixit.

Caput decimum.

Latitans in alterius iurisdictione potest capi. nume. 1	
Quæstio. 2	
In pari crimine, iudex qui detinet est præferendus. 3	
Fiscus habet in hypotheca priuilegium. 4	
Iurisdictionis quæstio definiri debet ante criminalem cognitionem. 5	
Quæstio. 6	
Iudex in cuius territorio quis deliquit, est alteri præferendus. 7	
Fortiora iura allegans est audiendus. 8	
In criminibus admittitur prorogatio. 9	
Criminosus est eo remittendus, vbi habet domicilium, etiam sine requisitione. 10	
Maleficia non debent manere impunita. 11. & 15	
Relegationis effectus. 12	
Roma est communis patria. 13	
Nemo sic relegari potest, vt in sua ciuitate moretur. 14	
Dulce natale solum. 16	
Inobedienti pœna est multiplicanda. 17	
Non licet prætorem contemnere. 18	
Male agit qui ante tempus agit. 19	
Quæstio. 20	
Vbi est eadem ratio, ibi idem ius statui debet. 21	
Quoties emphyteota vendit aliquam partem prædij, sine consensu domini, totum prædium non cadit in fideicommissum, sed tantum pars. 22	
Tantundem amittit ille qui occupat partem alterius prædij, quantum occupauit. 23	
Condemnato reo criminoso quilibet in suo territorio bona occupat. 24	
Quoties clericus condemnatur iudex laicus immobilia, sed Ecclesiasticus bona mobilia capit. 25	
Stylus curiæ seruari debet. 26 & 30	
Consue.	

Consuetudo facit licitum quod alias eilet illicitum. 27
 Contra stylū curiarū impetrata rescripta nō valent. 28
 Receptio testium in causis criminalibus, alteri à iudice committi non debet. 29

Exceptio. 31

Datio tutoris } sunt mixti imperij. 32
 Ablatio bonorum }

Executio sententiarum criminalium est meri vel mixti imperij. 33

Quæstio. 34

Relegatio per quam quis aliquem relegat ab iurisdictione aliena, non valet. 35

Si autem talis criminosus in fuga existens, latitet in aliena iurisdictione, erit per iudicem illius loci capiendus, vt in Auth. vt nulli iudicum. §. si verò quis comprehensorum, collat. 9. sed nunquid iste fugitiuus qui vadit ad aliam patriam, poterit citari per iudicem loci in quo deliquit, sine requisitione iudicis illius loci, cum hoc loci forum sortiatur ratione criminis, vt C. vbi de criminibus agi oporteat, Auth. qua in provincia? dicunt quidam, quod sic, & allegant pro hoc textum, C. de Episcopis & Clericis, L. omnis, §. si verò apparitor, & D. de officio præfecti vrbi, L. fin. nec obstat D. de iurisdictione omnium iudicum, L. fin. aut L. 3. cum ibi notatis, D. de officio præsidis, quæ iura dicunt requirendum iudicem loci in quo est, quia illa iura intelliguntur quòd extra territorium ius dicenti, impune, non paretur in actu iurisdictionis, cuius effectus refertur ad locum vbi habet iurisdictionem, qualiter potest, vt D. de officio præfecti vrbi, L. finali, contrarium tamen de facto seruatur: vnde,

aut



aut commisit in illa iurisdictione extranea, aut non, si in illa commisit: tunc, debet iudex qui eum captum detinet, primo ipsum punire, si crimen ibi commissum sit tale, quod non impediatur executionem alterius iurisdictionis, ut puta, si crimen sit tale quod mortem non exigat, & aliud primo commissum, poenam mortis exigeret, quia tunc primo de minori poena: deinde, de maiori tractandum est, ut D. de accusationibus, L. si cui, §. fin. & sic in loco captio- nis potest manum vel pedem, vel auriculam amitte- re, si qualitas criminis hoc exigat, & est deinde re- mittendus ad aliam iurisdictionem, in qua maius vel equale crimē commisit, & ibi, alia auricula vel manus sibi amputabitur, vel ad furcam suspende- tur, vel alias punietur secundum qualitatem deli- cti. & sic una executio non debet aliam impedire,

3. ut D. de accusationibus, L. si cui, §. fin. cum ibi no- tatis: nam, in pari crimine vel poena imponenda, iudex qui eum detinet, est in executione preferen- dus, cum possidentis sit potior conditio, iuxta notata D. ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, L. 2. & D. si usus fructus petatur, L. uti frui, circa princ. super verbo potiores: & hoc verum, nisi alter qui non possidet, esset alias privilegiatus, ut fiscus: quia, tunc ille est in executione preferendus, iuxta notata D. de furtis, L. falsus, §. solent, super verbo petant, & pro hoc etiam, C. de bonis vacantibus, L. prima, & L. vacantia, lib. 10. & de iure fisci, L. prima, §. an bona, & L. 2. §. fin. prout sunt qua- dam alia in fisco specialia, quia precedit in hypo- thecis, ut C. qui potiores in pignore, L. assiduis, cum ibi

ibi notatis, ad quod, D. de officio procuratoris Cesa- rus, L. prima, §. est & hoc precipuum, & D. de fide instrumentorum, L. fin. & idem dicerem, si delictū esset commissum in iurisdictione duorum: quia, ille qui cepit malefactorem, posset cognoscere & puni- re, ut D. de officio consulis, L. una, §. primo, & de rebus dubijs, L. fin. §. quoniam, ad quod etiam fa- cit, D. si ex noxali causa agatur, L. si cum uno: & hoc verum, nisi esset contentio inter ipsos condomi- nos, de subiectione capti, & iurisdictione illius loci, quia tunc non potest unus nec alius interim, de eo- dem capto cognoscere, sed habet unus condominus actionem suam, contra alium intentare super sub- iectione & iurisdictione eiusdem, ut D. si servitus vendicetur, L. is cuius familia, & de servitutibus, L. fin. §. fin. & de edilitio edicto, L. bouem, §. finali, & C. de agricolis & censitis, L. litibus, §. primo, cum ibi notatis, super verbo remaneant, lib. 11. et no- tatur ext. de relig. cap. cum venerabilis, in princ. quod cum sit, habet locum sequestratio, de qua dic- ut in theorica, de colo. qua incipit, nota de seque- stratione: sic dicitur etiam quod agi potest communi diuidendo, si neuter rem possideat, siue alius, dum tamen alter non neget eum esse condemnandum: ali- as, ille agat rei vendicatione, D. de exceptione rei indicata, L. fundum. & L. fundi, & notatur D. familiae eriscunda, L. prima, item iuxta premissa queritur, duo sunt iudices in una iurisdictione & territorio, nunquid unus possit cognoscere, & c. de hoc dic ut in magna papyro, de officio proconsulis, L. una, cum quaestione seq. item, adde hic theori-

Qui cepit.

5. Nisi esset contentio.

6.

677



cam quam habes de usufructu, qua incipit, nota quod socius, item adde hic ultimam theoreticam, quam habes in magna papyro, C. de obsequiis patrono prestandis, L. si manu. sic intelliguntur iura qua dicuntur expectandum, quamdiu est in pendentibus, iuxta notata, D. de conditione causa data, L. quod seruus, in fine glossa, & de usufructu, L. sed & si quid, §. 2. cum ibi notatis, super verbo in pendentibus, si autem ambo eum cepissent, ambo possent de eo cognoscere, argumento D. de acquirendo rerum dominio, L. pro regione, licet videretur contra, quod nullus, per notata D. de religiosis, L. cum in diversis, circa finem glossa, super verbo cuius, & inst. de rerum divisione, §. religiosum, & D. de testamentaria tutela, L. duo sunt Titij, & de fundo instructo, L. questum, §. si quis, idque, ratione incertitudinis, per iura superius allegata, si autem non commisit in iurisdictione istius iudicis qui eum detinet: tunc, dico quod potest ipsum punire quamvis alibi commiserit, nisi fuerit requisitus per iudicem loci in quo deliquit, vel per iudicem domicilij criminosi, sic intelligitur d. §. si vero quis comprehensorum, in Auth. ut nulli iudicum, collat. 9. & L. si cui, §. fin. & L. 3. & L. congruit D. de officio praesidis, & est expressum, C. ubi de criminibus agi oporteat, L. 2. & D. de interdictis & relegatis, L. relegatorum, §. interdictum, nam, index in cuius territorio deliquit praefertur in puniendo, cum potius ius alleget, scilicet, ut ceteris in loco delicti, eius punitio transeat in exemplum, & ut transeuntes, attentare similia perimeant, & sit solatio amicis interemptorum seu laesorum, ut D.

Nullus.

Domicilij.

7.

Praefertur

de poenis, L. si operis, in fine, & de seruis fugitiuis, L. cum verum, in fine, & de furtis, L. si quis seruo, in fine, & C. de her. L. quicumque, §. vniuersi, nam fortiora iura allegans est audiendus, C. communia de succession. Auth. itaque, & de edicto diui Adriani tollendo, L. 3. alias autem, si non fuerit requisitus per iudicem loci in quo deliquit, potest quilibet iudex eum punire, per iura superius allegata: maxime, cum etiam in criminibus prorogatio admittatur, ut notatur D. de iudicijs, L. prima, in fine, & C. de iurisdictione omnium iudicum, L. 2. & hoc verum, si criminiosus non habet certum domicilium, quafi haberet, & ibi commisisset, esset necessario remittendus ad iudicem sui domicilij, etiam sine requisitione, quod est valde notandum, sic intelligitur D. de interdictis & relegatis, L. relegatorum, §. interdiceret, & d. §. si vero quis comprehensorum, cum ibi notatis, super verbo comprehendere in Auth. ut nulli iudicum, collat. 9. & D. de noxalibus, L. finali, & de accusationibus, L. si cui, §. penult. & §. finali, cum concordantijs: & est ratio, ne maleficia maneant impunita, per iura vulgata, D. ad legem Aquiliam, L. ita vulneratus, cum ibi notatis circa finem glossa: & si tunc iudex domicilij condemnet talem criminiosum, qui in alterius territorio commisit, potest ipsum relegare expressè à sua prouincia, seu iurisdictione, & per consequens tacite videntur sibi alia dua prouincia, seu iurisdictiones etiam simul interdicta, & sic tres, scilicet prouincia incolarum, hoc est propria patria, & prouincia in qua deliquit, et Roma, sic eodem modo,

10.
Certum
domiciliū.

11.

12.



relegatus per iudicem loci ubi deliquit, expresse videtur à sua provincia, seu iurisdictione relegari, & tacite ab alijs duabus patrijs, per quandam consequentiam, scilicet, à propria patria sui domicilij, & à Roma: sic etiam relegatus per iudicem, qui eum cepit & ibi nihil commisit, sed hoc in defectu aliorum fecit, est relegatus expresse à sua iurisdictione, & per consequens à sua patria propria, ubi habet domicilium & maiorem partem fortunarum, & à

13. Roma, quæ est communis patria, ut d. L. relegatorum, §. sed eos, & §. si quis, D. de interdictis & re-

14. In sua ci-
uitate.
tetur venalis, L. fin. nec potest quis relegari, ut mo-

15. remanerent impunita, nam alias relegatio non esset

16. Dulcissi-
ma.
pœna relegato, si in sua patria propria securè posset morari, cum unicuique sua patria dulcissima, iuris

presumptione, ut D. de legatis tertio, L. qui habebat, §. primo, cum ibi notatis, & C. de cohortalibus, L. quicumque lib. 12. unde si iret ad terram suam, post relegationem prædictam, & ibidem moraretur, esset perinde puniendus, ac si rediisset in patriam sibi specialiter prohibitam & interdictam, videlicet, quod duplicaretur tempus: aut, temporale efficeretur perpetuum: vel, pœna exilij perpetui, efficeretur mortis, est enim pœna inobedienti multiplicanda, sic intelligitur, L. relegatorum, §. interdicere, cum §. seq. D. de interdictis & relegatis, & D. de pœnis, L. relegati, & L. capitalium, §. solent, & §. in exulibus, iunctis his quæ notantur, C. de pœnis,

L. om-

L. omnis, super verbo, impleffe, & C. communia de successibus, Auth. omnes peregrini, cum ibi notatis, circa principium glosse sic intelliguntur iura dicentia, quod non licet prætorem contemnere, 18.

19. iuxta notata D. de iurisdictione omnium iudicum, L. si familia, & iura quæ dicunt, quod qui ante tempus agit, malè agit, & ideo duplicantur indu-

10. cia, ut D. de pœnis, L. capitalium, §. penult. & C. de inofficioso testamento, L. si quis in suo, in fine primi responsi, & facit C. ad legem Iuliam repetundarum, L. prima. iuxta hoc queritur, an duplicetur tempus quod superest, an totum? videtur quod illud

quod superest, per L. aut damnum, §. quis, D. de pœnis, & de his quibus ut indignis, L. heres, §. re-

scriptum, et de pœnis, L. sancimus, in fine, et in feudis de milite vasallo, cap. primo, iunctis his quæ no-

tantur, D. commodati, L. si ut certo, §. si duobus; contrarium videtur, nam totum tempus induciarum

duplicatur, si creditor ante tempus petat debitum, argumento D. de legatis primo, L. etiam partis, &

de incendio, ruina, naufragio, L. 3. §. senatus, et ext. de reg. iuris, cap. desleant, & D. ad Sylleianum,

L. si autem non totam, & si quis omnia causa testamenti, L. & si non totam, & pro hoc facit, quia textus indistinctè dicit, duplicentur inducia, instit. de

exceptionibus, §. hodie, ergo generaliter & hoc casu 21.

tempus omne duplicatur, quia ubi est eadem ratio, ibi idè ius statui debet, ut D. de Publiciana in rem

actione, L. de pretio, & D. de verbor. obligat. L. à

Tuto, in fine primi responsi, & pro hac parte videtur textus D. de dolo, L. quidam in iure interroga-

r

116



- tus, cum L. seq. ubi, in totum denegantur actiones, primam tamen partem credo esse veriore; & hec
22. faciunt ad decisionē questionis, si emphyteota vendens partē rei emphyteotica sine consensu domini, deprehendatur, quod tota res non cadat in commissum, sed duntaxat pars vendita; item pro illo qui occupat partem prædij alterius, quod tantundem amittat, ut C. finium regundorum, L. si constat, item pro intellectu, L. si quis in tantam, C. unde vi, et sic, si relegatus ad unum annum, redeat ad patriam expressè prohibitam, vel ad aliam quæ venit ex consequentia, duplicatur tempus quod superest, tenendo opinionem mitiorem, ut D. de pœnis, L. interpretatione, contrarium tamen quoq; est verum per iura superius allegata, ut de temporali fiat perpetuum;
24. & sic patet ex prædictis, quod si aliquis fuerit condemnatus, & ex tali condemnatione sequitur amissio bonorum tacitè vel expressè, secundum naturam criminis, quod si talis criminofus haberet bona in diuersis locis, & territorijs, seu iurisdictionib; quod quilibet illorum dominorū debet occupare bona sui territorij, ut D. de peculio, L. hinc queritur, §. fin. et de tutoribus & curatoribus datis ab his, L. pupillo, & de excusationibus tutorum, L. iuris peritos, §. cum oriundus, & in Auth. de mandatis princ. §. si verò tantum, & D. de inofficioso testamento, L. Posthumi §. si quis ita, & C. de episcopis & clericis, L. presbyteri, licet aliqui dicant, quod imò ille debet ea bona habere, sub cuius territorio sunt res immobiles, ut D. de bonis auctoritate iudicis possidendis, L. cum scimus; & intelligo, quod
25. si sit

si sit clericus, quod curia secularis accipiet bona immobiles; curia verò ecclesiastica bona mobilia, sic intelligo iura superius allegata, et extra de hereticis, cap. excommunicamus, cum ibi notatis, quia privilegium concessum, magis concernit res mobiles, quàm immobiles, & ad hoc C. de imponēda lucrativis descriptione, L. 1. in princ. & circa med. lib. 10. & de privileg. eorum qui in sacro palatio mil. L. 1. lib. 12. & D. de bonis dānat. L. diuus: ideo, secundum quod persona pertinet ad Episcopum, res etiam mobiles ad ad ipsum pertinent, argumentum ad hoc in feudis de pace tenenda & eius violatoribus, §. si quis inde: & pro hoc, D. de captivis & Postliminio reuersis, L. captivus, §. 1. iuncta L. si quis in bello, eodem titulo. & ita servatur de usu & stylo curiarum: & licet lex deficeret, stylus curiarum esset servandus, ut D. de testibus, L. Titia, §. fin. & C. de aqueductu, L. penul. & de veteri iure enucleando, L. 1. §. sed si quæ leges, in Auth. de iudi. §. nullo, coll. 6. et D. de appellationibus, L. Imperatores, D. de rei vindicatione, L. quod si possessor, in fine, & de eucti. L. si fundus, et de usufructu, L. si quis donaturus, cum ibi notatis, & si certum petatur, L. certus, §. si nummus, & de arbitris, L. item si unus principaliter, & de legatis primo, L. si servus Lentus, §. ita, de administratione tutorum, L. sine hærede, §. Lucius, & de confir. tutor. L. prima, in fine, C. de adi. priua. L. prima, & D. de probationibus, L. circa, in fine, iunctis his, quæ notantur C. de pactis conuentis, Auth. equalitas, et quæ sit longa consuetudo, L. 1. & ext. de in integrum restitutionibus,



- cap. constitutus, nam, quaedam tolluntur, ex quo introducta sunt per usum et consuetudinem, licet correctione indigerent, ut in *Auth. quomodo oporteat Episcopos et clericos*, §. *sed neque*, collatione prima, & in *Authent. ut determinatus sit certus numerus clericorum*, §. *sancimus*, collat. prima, iuncta *L. patre furioso*, cū ibi notatis, *D. de his qui sunt sui*, vel alieni iuris, nam licet prohibeatur operari in publico, operari tamen sustinetur, ut *D. ne quid in loco publico*, *L. secunda*, & *de operibus publicis*, *L. legatum*, in fine, quae faciunt pro consuetudinibus, usibus & moribus indebitis, et pro seruiantibus, qui licet plures sint numero, quam esse debeant, remanere tamen debent, per iura statim allegata: nam usus, mos, seu consuetudo facit licitum, quod alias esset illicitum, ut notatur in *Auth. de defensoribus ciuitatum*, §. *quia verò*, super verbo, recipient, collat. 2. & *ext. de temporibus ord. cap. primo*, in fine
27. *glosse*, quod facit contra rescripta impetrata contra
28. *stylum curiarum*, quia non valent; facit etiam pro eo quod licet receptio testium in causis criminalibus non possit de iure committi, iuxta notata *D. de testibus*, *L. 3. §. item diuus*, quod fieri possit, si sit consuetudo in contrariū, quia illi staretur circa iudicia, ut *d. L. 3. §. fin. D. de testibus*, & *C. de emancipationibus liberorum*, *L. prima*, & *fin. cum ibi notatis*, si autem non esset consuetudo, posset committi ex causa argumento *D. de iudicijs*, *L. fin.* & *de erogatione militaris annonae*, *L. fin. lib. 12.* & *de fide instrumentorum*, *L. aut apud eloquentissimum*, cum ibi notatis, & in *glosse L. 3. §. item diuus, D. de testibus*,
item di-

item dicerem, quod si essent plures domini in uno castro, in quo talis criminofus condemnatus commisisset crimen, quod tunc pro dominicis partibus fieri contributio prout hoc expressè definitur *D. de damno infecto*, *L. si finita*, §. *cum amē plures*, & *de vulgari & pupillari subst. L. qui complures*, §. *fin. et de stipulatione seruorum*, *L. si seruus communis*, & *de tutoribus & curatoribus datis ab his*, *L. publico*, nam sicut datio tutorum est mixti imperij, ut *D. de tutelis*, *L. tutus*, §. *tutorum*, sic ablatio bonorum est mixti imperij, ut iuribus allegatis, nec obstat *D. de operis libert. L. iurisiurandi*, §. *fin. li.* & *ad legem Aquiliam*, *L. item Mela*, §. *si plurimum*: quia ibi nō fit comparatio de re ad rem, seu de re ad personam, sed tantū de persona ad personā, in quo non habetur respectus, ut *D. ad legem Corneliam de sicarijs*, *L. prima*, & *L. fin.* & si sint duo iudices, quorum unus habet iudicare, & alius executioni demandare, ille qui exequitur, habet merum vel mixtum imperiū, non autem ille qui sententiat, dum tamen exequatur per se, & iure proprio sicut notatur *D. de re iudicata*, *L. 2. circa princ. iuxta praemissa* queritur, cui queruntur bona post publicationem & relegationem per relegatum quaesita? dic de hoc ut habes in *secunda theorica, de adoptionibus*: item dicerem, quod ubi iudex domicilij relegaret aliquem specialiter & expressè à iurisdictione aliena, in qua talis deliquisset, non valet, etiam quo ad suam, ex quo plures essent & diuersi articuli in accusatione illa, sic intelligitur textus cum *glosse D. de donationibus inter virum & uxorem*, *L. si sponsus*, §. *primo*, &
Y 3 D. de



D. de seruitutibus rusticorum praediorum, L. sic possunt, §. habet, aliàs est L. idem Neratius, cum glossa finali, nec obstat glossa D. de iurisdictione omnium iudicum, L. fin. in verbis, non paretur, quia in hoc casu inseritur error iuris in sententia, & sic nulla ipso iure, D. familia erciscunda, L. in hoc iudicio, et C. si aduersus rem iudicatam, L. prima, & quando prouocare non est necesse, L. certa ratio, ne, et D. de arbitris, L. quid tamen, et de exceptione rei iudicatae, L. si ex testamēto; ubi autem relegaret aliquem à sua iurisdictione, & ab alia, ut dicendo, relego te à iurisdictione nostra, & à toto regno Francia, tenet & valet quo ad suam, non autem quo ad alienam sic intelligitur theoricam, si vsu fructus petatur, quae incipit, nota quod inutilis adiectio, item adde hinc theoricam quartam, de officio praesidis, quae incipit, nota quod est praesens, item adde hinc secundam theoricam, de officio assessorum, quae incipit, nota quod alibi, & adde hinc theoricam finalem, de iurisdictione omnium iudicum, cū (chedula ibi posita, item adde hinc theoricam de arbitris, quae incipit, nota utile per inutile.

Doct̃or Baert.

Fugitiuus) Verbotenus eadem referuntur à Ioanne Thierry Lingonensi, in suo tractatu de fuga, num. 15. vers. finaliter quaeritur.

Per iudicem loci) Ad hanc rem vide ea, quae scripsit Iulius Clarus receptarum sententiarum lib. 5. §. fin. practicae criminal. quaest. 31. nu. 19. vers. sed haec quidem omnia, ubi ex professo citat hunc locum nostri Iacobi de Bello Visu.

Quis

Qui cepit) Iulius Clarus, receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, practicae criminalis, quaest. 38. nu. 28. vers. frequēter etiam.

Nisi esset contentio) Quid iuris eo casu sit in Flandria, tradit ex professo D. Iodocus Damhouderijs in sua praxi rerum criminalium, capite 33. titulo de remissione in materia criminali, num. 16. siquidem inter duo tribunalia, oriatur contentio de iurisdictione, tunc domini Consiliarij Flandriae ex autoritate superiori, iubent sibi fisci maleficum, & ipsi postea (citra tamen praedictum partis) vicerius procedunt.

Nullus) Supple, possit de eo cognoscere.

Domicilij) In delictis à ratione domicilij quis sortiatur forum, tractat eleganter Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. finali, pract. criminalis, quaest. 39. numero tertio, vers. sortitur etiam.

Praefertur) In hanc sententiam plurimos allegat Iulius Clarus receptarum sententiarum lib. 5. §. fin. pract. crimin. quaestione 38. num. 19. vers. est autem tantae potentiae.

Certum domicilium) Hi de iure vocantur vagabundi, qui vbilubet locorum, ubi inueniuntur, puniri possunt, L. prima, & ibi gl. in verbo, reperiuntur, in fin. C. vbi de criminibus agi oportet, §. si verò quis comprehensorum, in Auth. vt nulli iudicum, collatione nona.

In sua ciuitate) Contrarium vidi practicari Duaci Catuacorum in persona cuiusdam Scabini, qui ferebatur conscius coniurationis, imò seditionis excitatae Duaci anno M.D.LXXVII.

Y 4

fuis



fuit enim dictus Scabinus condemnatus, in quadringentos daleros, & in exilium missus, ita vt Duacum egredi sibi non liceret, vt maxime foret ipse Duacensis, & ibidem moraretur, nec mirum, quia triplex est exilij ratio, prout eleganter & admodum late declarat Iodocus Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, cap. 58. titulo de exilijs siue bannis, numero primo.

Dulcissima) Vnde versus:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos

Ducit, & immemores non finit esse sui.

Duo iudices) Exemplum tibi do ex ciuitate Coloniensi, in qua magistratus vrbis habet apprehensionem delinquentium, similiter examinationem verbalem, præterea ius ferendi sententiam, sed non exequendi, nec etiam torquendi: siquidem torqueri vel vltimo supplicio quis affici debeat, ea tortura, vel executio est penes Archiepiscopum, qui suos ad hoc ibidem fouet officarios, inter cæteros eum, qui vulgò, *Sic Greue* dicitur.

Caput XI.

Quæstio quotidiana.	numero primo.
Patri extra suam domum non permittitur adulterum occidere, nisi continuò fiat.	num. 2
Quod incontinenti fit, eodem actu factum videtur	3
Simulatque quis exit alicuius iurisdictionem, factus est iurisdictionis alterius.	4
Non intelligitur quis posse, nisi legitimè possit.	5
Quando debitor fugiens, capi possit.	6
Frustratio an & quando puniatur.	7
Iudex loci, quando requirendus sit.	8

Qua-

Qualiter iudex loci requiri debeat.	numero 9
Par in parem non habet imperium.	10
Propter negligentiam inferioris, deuoluitur iurisdictione ad superiorem.	11. & 17
Quæstio.	12. & 14
Nemo punitur ex alterius negligentia, nisi foret ipse in culpa.	13
Quæstio.	15

Propter negligentiam remouetur ab officio	<table border="0"> <tr> <td>Iudex</td> <td rowspan="5">} nume.</td> </tr> <tr> <td>Tabellio</td> </tr> <tr> <td>Executor</td> </tr> <tr> <td>Tutor.</td> </tr> <tr> <td>Prælatus</td> </tr> <tr> <td>Officiarius publicus.</td> </tr> </table>	Iudex	} nume.	Tabellio	Executor	Tutor.	Prælatus	Officiarius publicus.	16
		Iudex		} nume.					
		Tabellio							
		Executor							
		Tutor.							
Prælatus									
Officiarius publicus.									

Frustra auxilium legis implorat, qui in legē committit.	18
Quæstio.	19
Quæstio.	20
Quæstio.	21
Iudex quando teneatur criminorum remittere, numero 22. & 24	
Iudex secularis clericum capere potest.	23
Quæstio.	25
Officium boni præsidis est, tenere subditos in pace, numero 26	
Quæstio.	27
Quæstio.	28
Quæstio.	29
Quæstio.	30
Quæstio.	31
Quæstio.	32
Quæstio.	33
Non magis est credendum voci mortuæ, quam voci viuæ	34
Antequam remittatur fugitiuus, opus est causæ cognitione.	35. 37. & 38

Y 5

Summa-



Summaria cognitio sufficit
 Cautela pro volente remittere aliquem. numero 39
 Petens sibi remitti criminofum, tenetur foluere ex-
 penfas. 40
 Quæftio. 41
 Apparitores habent poteflatem capiendi, fed non di-
 mittendi. 42
 De fua commiffione non creditur officiali, nifi fidem
 faciat. 43
 Quæftio. 44
 De principis mandato debet fieri fides. 45

1. *Iuxta præmiſſa queritur, ſi malefactor fugit de loco delicti, et ſeruietes eiufdem loci eũ ſequuntur, an poſſint eũ capere in alieno territorio, ſeu in aliena iuriſdictione, etiam ſine requiſitione iudicis illius territorij, ad quod criminofus fugit, et in quo reper- tus eſt? videtur quod non; quia, ſicut patri non per- mittitur occidere adulterum, & eius filiam extra domum, L. quod ait, §. ſed ſi prætor, & §. quare, D. ad legem Iuliam de adulterijs, ſic nec ſeruienibus licet iſtum criminofum capere extra iuriſdictionem ſuam, ut D. de iuriſdictione omnium iudicum, L. fin. & §. ſi verò quis comprehenſorum, in Auth. ut nulli iudicum, collat. 9. & D. de bonis auctoritate iudicis poſſidendis, L. ſi cum vnus, §. penult. in con- trarium videtur; quia, patri adulterum permitti- tur occidere, etiam extra locum ſibi deputatum; dñ tamen non diuertat ad alios actus extraneos, ſed cõ- tinuè ipſum proſequatur; ergo, ſimiliter iſtum cri- minofum poſſunt iſti ſeruietes capere, ipſum con- tinuè inſequendo de ſua iuriſdictione, D. de acqui- rendo rerum dominio, L. naturalem, §. illud, in prima oppoſitione gloſſe ibi poſita, & D. de vi & vi armata,*

armata, L. prima, §. cum igitur, cum ibi notatis, et D. de adulterijs, L. capite quinto, verſ. quid ergo ſi enaſerit, quia cum incontinenti & actu continuo fat, non diuertendo ad alios actus diuerſos, videtur ab initio eſſe factum, ut D. de duobus reis, L. qui duos, in fine, & argumento D. de adulterijs, L. quod ait lex, §. penult. iuncta L. lecta, §. dicebam, D. ſi certum petatur, & D. de teſtibus, L. heredes palam, §. penultimo, contrarium videtur; quod non poſſunt, ut D. de vi & vi armata, L. tertia, §. cum igitur, & de duobus reis, L. reos, §. finali, & C. de teſtamentis, L. cum antiquitas, & D. de uſuris, L. ſciendum: quia ſtatim cum exit eorum iuriſdictionem, factus eſt iuriſdictionis alterius; & ſic vide- tur, quod teneantur ipſum requirere, ut in d. §. ſi verò quis comprehenſorum, in Auth. ut nulli iudi- cum, collat. 9. & in Auth. ut liceat matri & auia, §. quia verò, & videtur textus in feudis, de pace tenenda & eius violatoribus, §. ſi iudex, ad quod etiam facit, D. de iure iurando, L. eum qui, et de ar- bitris, L. Celfus, circa princ. & L. cum dies, §. ſi contra. ſic intelliguntur iura que dicunt, quod non intelligitur quis poſſe, niſi legitime poſſit, & adde hñc thoricã u de patria poteſtate, que incipit, nota quod non intelligitur poſſe: tu dic utramque partem locũ ſibi vendicare; nam ſi erat timor amittendi crimi- noſum, quia forte de facili non poſſet haberi regres- ſus ad iudicem illius territorij, ad quod fugit; tunc, capi poterit in aliena iuriſdictione, nulla requiſitio- ne facta; ſic dicitur de debitore fugiente, qui po- teſt capi per priuatum, in caſu, in quo fugeret, propter

6.
 Debitore
 fugiente.



propter periculum amittendi debitum, & quia de
facili non potest haberi copia iudicis, sic D. de his,
qui in fraudem creditorum, L. ait praetor, §. si de-
bitorem, & de furtis, L. qui vas, & D. ad legem
Aquiliam, L. itaque §. fin. cum ibi notatis, et quod
metus causa, L. extat super verbo, indice, & pro
hoc C. de testamentis, L. casus, & L. cum antiqui-
tas §. primo, sic intelliguntur iura quae dicunt, quod
multi se intromittunt, in casu, in quo alias non se
intromitterent, nisi in defectum, ut notatur C. de
decurionibus, L. generalis, lib. 10. iunctis his, quae no-
tantur C. de sicariis, L. prima, super verbo, milita-
rem, sic notatur in simili, C. qui dare tutores possint,
L. prima, sic intelliguntur iura, quae dicunt, quod
fieri non debet, tamen fit, si timetur quod tractu tem-
poris fieri non possit, iuxta notata D. de procurato-
ribus, L. sed etiam, & de arbitris, L. si de meis, cir-
ca finem glossae, super verbo, exitura, & de feriis, L.
prima, in fine, super verbo, urget, et D. qui sine ma-
numissione ad libertatem perueniunt, L. prima, et de
damno infecto, L. prima, circa princ. & argument.
D. quod vi aut clam, L. si aliud, §. est & alia, &
§. bellissime, & ad legem Aquiliam, si quis fumo,
& L. quemadmodum, §. primo, alias, nisi in isto ca-
su posset capi, de sua fuga & malitia commodum
reportaret, quod non est dicendum, ut D. de eo, per
quem factum erit, L. prima, §. fin. & C. de trans-
actionibus, L. transactiones, & extra de relig. cap.
dilectus, ad idem faciunt iura, quae dicunt frustra-
tionem puniri, ut D. de procuratoribus, L. fin. &
de minoribus, L. intra, cum ibi notatis, circa finem
glossae,

glossa, super verbo, intra etate, ubi dicitur, quod si
causa commissa per frustrationes alterius partis, ul-
tra tempus fuerit extensa, quod etiam ultra posse
cognosci, & hoc casu, talis criminosis captus per di-
ctos seruitutes, est iudici illius loci presentandus &
reddendus, & cum eius licentia de sua iurisdic-
tione extrahendus, alias, non, sic intelligo L. ait pra-
etor, §. si debitorem, cum ibi notatis, D. de his quae in
fraudem creditorum, & D. de adulteriis, L. capite
quinto, & de seruitutibus rusticorum praediorum,
L. diuus, cum ibi notatis, & instit. de rerum diui-
sione, §. plane integra, si autem poterit capi de facili, 8.
vel non erat timor ipsum amittendi, & poterat de
facili haberi copia iudicis; tunc, tenetur requirere
iudicem loci, ne turbentur eorum officia, ut C. de te-
stamentis, L. consilia diuina, & de episcopis &
clericis, L. repetita, cum ibi notatis, & C. de offi-
cio comitis rerum priuatarum, L. finali, alias, est
locus ante omnia resarciendus, ut C. de prescrip-
tione, L. si quis emptorum, §. penultimo, idq. sine
per vim, vel alio modo ceperit, L. prima, & de vi
publica, vel priuata, L. si quis a se fundum, D. de vi
& vi armata, L. 1. cum ibi notatis, circa princ.
& dic, quod nedum potest ipsum iudicem requi- 9.
rere per modum supplicationis, ut talem crimino-
sum, qui degere dicitur in sua iurisdictione, remit-
tat; imò, potest precipere & mandare, ut D. de re
iudicata, L. a diuo Pio, §. primo, in verbis, si hoc
iussi fuerint, & in Auth. de litigiosis, §. deinde, vers.
iubemus, coll. u. 7. & in Auth. ut null. iudicum, §.
si vero quis comprehensorum, ibi, cum dicit, aut
impe-



imperata neglexerit, & C. de adulterijs, Auth. si
 verò, & D. de iudicijs, L. argentarium, §. pupilla.
 & C. de iudicijs, L. properandum, §. si autem
 reus, quia, quantum ad hoc, est maior, quam ipse,
 quia hoc facit auctoritate legis, quæ dicit, quod pos-
 sit præcipere eo casu, quia eo casu habet in eum im-
 perium, quamvis par in parem non habeat impe-
 rium, D. de arbitris, L. nam magistratus, iunctis
 his, quæ notantur extra de officio & potestate iudi-
 cis delegati, cap. coram dilecto, circa medium glosse,
 super verbo, non intelligitur, & nisi obedierit, po-
 test sibi dici, quod est periurus, quia non servat le-
 gem, quam iuravit servare in sui creatione, ut in
 Auth. in iurandum quod præstat ab his, §. pri-
 mo, & ideo potest requirere superiorem, contra
 ipsum inobedientem, ut eum puniat, iuxta Auth.
 si verò, C. de adulterijs, et C. de numerarijs, actua-
 riy, & chartulariys, & adiutoribus scriniarijs,
 & exceptoribus sedis excelsæ caterorumq; iudicum
 tam militarium quam civilium, L. in provincijs,
 lib. 12. & de executoribus & exactoribus, L. 2. &
 3. lib. 12. & in Auth. ut indices non expectent sa-
 cras iussiones, sed quæ videntur eis decernant, §.
 primo, collat. 9. sic intelligitur §. si verò quis com-
 prehensorum, in Auth. ut nulli iudicum, collat. 9.
 & Auth. si verò, C. de adulterijs, & C. de sportu-
 lis, L. 2. & C. de officio præfecti prætorio Africa,
 L. in nomine domini, §. primo: imò, credo, quod iu-
 dex, qui mandat, poterit excommunicare inobedi-
 entem, si mandans sit iudex ecclesiasticus, cum ipse
 habeat iurisdictionem in eum ex auctoritate legi,
 ut præ-

et prædixi, quæ aliàs esset derisoria, nisi haberent
 aliquod exercitium, quod non est dicendum, ut D.
 de officio eius, cui mandata est iurisdictione, L. pri-
 ma, in fine, & de iurisdictione omnium iudicum,
 L. 2. & de iudicijs, L. si prætor, nam propter ne-
 gligentiam inferioris devolvitur iurisdictione ad su-
 periorem, ut in Auth. de defensoribus civitatum, §.
 si verò, collat. 3. & extra, de officio ordinarij, cap.
 irrefragabili, & in feudis, de pace tenenda, cap. iu-
 dicio, & C. de servis fugitiuis, L. mancipia, &
 quod notatur C. de custodia reorum, L. ad commē-
 tariensem, & D. de custodia reorum, L. ne quis;
 nam ubi iudex inferior non facit iustitiam propter
 potentiam adversarij, potest iudex superior, vel
 princeps adiri, ut in Auth. de questoribus, §. si ve-
 rò forsan, & in feudis, si de investitura inter domi-
 num & vasallū lis oriatur, §. primo, vers. his enim
 nõ cogentibus, & C. de officio rectoris provincia, L.
 2. iunctis his quæ notantur C. de summa Trinita-
 te, L. prima, in fine, in quadam additione; sed qua-
 lier punietur inferior negligens in puniendo crimi-
 nosos? dic, quod privatur iurisdictione sua, quæ
 abusus est, argumento C. de iudicijs, L. iudex, at-
 que ita punietur in eo, in quo deliquit, argum. C.
 communia de successioneibus, Auth. omnes peregrini;
 & fortè posset puniri pœna legis Cornelia de si-
 carijs, secundum quosdam; & ideo caueant domini
 terrarum, quod non dimittant tales recedere; multò
 minus minister, quia videtur eadem pœna teneri
 minister, si factò ipsius impediatur, ut D. ad legem
 Pompeiã de parricidis, L. si sciente, & C. de raptu
 virgi-



virginum, L. unica, §. finali, ad quod etiam facit id quod notatur in Auth. ut nulli iudicum, §. si vero, collat. 9. & in Auth. de sanctis Episcopis, §. pro omnibus collat. 9. & quod notatur extra de usuris, cap. Michael: sed si iudex Baronis, malè circa hoc versetur, Baro ex hoc non punitur, ut notatur D. de excusat. L. prima, §. primo, nisi aliàs sit in culpa, ut in fendis de capitibus Conradi. §. fin. et D. quod quisque iuris, L. secunda, & de procuratoribus, L. propriè, §. poenam, cum ibi notatis. & D. de usuris, L. pecunia, in fine glosse, et D. de conditione indebiti, L. initiare, in fine, & circa hoc, ubi non vendicat, inspicitur, an magno tempore steterit, ut habeant locum leges predictæ, ad quod C. quis testamento liber esse iussus fuerit, L. fin. & de privilegijs creditorum, L. si ventri, §. fin. & D. de bonis damnatorum, L. fin. §. ex bonis, & de bonis eorum, qui ante sententiam, L. fin. in fine. sed nunquid si propter corruptionem iudex absolvit, vel condemnat, dominus superior requisitus super tali crimine, poterit inquirere & condemnare talem iudicem corruptum, poena legis Cornelia de sicarijs? dic, quod sic, argumento C. de sicarijs, Authen. nouo iure, & de poena iudicis, qui malè iudicauit, L. prima, et pendente accusatione super delicto commisso in officio, potest & debet eidem iudici administratio interdicti, ut C. de suspectis tutoribus, L. penult. & D. de solutionibus, L. quod si fortè, & de Iudais, L. Iudeos, & extra de accusationibus, cap. probatorum excessus; secus, si accusatur de commissis extra officium, D. de solutionib. L. quamuis, aliàs incipit,

Calo-

Calopodius, & quod notatur inst. de suspectis tutoribus, §. si quis autem, & circa hoc sic distingue: quia, aut quis commisit dolum in administratione: & tunc debet remoueri, & nunquam ulterius ad illud officium restitui, ut in Auth. de armis, §. penultimo, cum ibi notatis, collat. 6. & C. de suscepto-ribus prepositis & arcarijs, L. si aliquis, lib. 10. cum ibi notatis in medio glosse, quæ est notabilis, aut commisit culpam tantum, vel negligentiam in administratione: & tunc si pluries fuit negligens, vel in culpa, remouetur, ut C. de seruis fugitiuis, L. mancipia, cum ibi notatis, & D. de custodia reorum, L. carcer, cum ibi notatis, in fine glosse, & L. non facile, eodem tit. cum ibi notatis, super verbo ei commiserit, & C. de officio præfecti ciuitati, L. si quis, si vero semel tantum fuit negligens: tunc, non remouetur: nisi esset magnum delictum, quod equiparetur grauioribus delictis, quia tunc sic: ut D. de suspectis tutoribus, L. 3. §. fin. nam omnium habere memori- am, & penitus in nullo peccare diuinitatis magis est quam mortalitatis, ut D. de acquirenda possessione, L. peregrè, in princ. & C. de vetere iure enucleando, L. 2. §. si quid autem, & sic iudex non tantum propter negligentiam remouetur, ut d. L. si quis, C. de officio præfecti ciuitati, & in Auth. de questore, §. si vero forsan, sed & tabellio, D. de defensoribus ciuitatum, L. iubernus, & in Auth. de armis, §. fin. & executor. C. de sportulis, L. 2. & tutor, ut D. de suspectis tutoribus, L. 3. §. si tutor, & L. impuberibus, §. primo, & inst. de suspectis tutoribus, §. penultimo, & prælatus, ut C. de priuatis

Z

carce-

Non ven-
dicat.Propter
corruptio-
nem.

16.



carceribus, L. verum, & ibi glossa super verbo non mendicauerit, & quicumque publico officio fungitur, ut C. de conditis in publicis horreis, L. 2. lib. 10. & D. de annona, L. indices, & C. de custodia rerum, L. fin. cum ibi notatis super verbo, ex negligentia, & notatur D. de officio proconsulis, L. solent, in princ. & ex theorica istorum iurium dicitur, quod si Baro, iudex, vel officialis, vel dominus temporalis habens merum imperium, dimittat aliquem

17. malefactorem impune, quod rex possit de eo iterata cognoscere, quia, ex negligentia inferioris iudicis transfertur iurisdictio in superiorem, per iura allegata, & D. de custodia reorum, L. ne quis. & C. de defensoribus ciuitatum, L. iubemus, & in Authentica de quaestore, §. si vero forsan, collatio 6. & poterit punire Baronem, ut dictum est, iurisditionem auferendo, ut puniatur in eo in quo deliquit, ut C. communia de succession. Auth. omnes peregrini, & extra, de tempor. ord. cap. finali, lib. 6. & C. de

18. Episcopis & Clericis, Auth. statuimus, §. fin. nam frustra auxilium legis implorat, qui in legem committit; de quo dic ut habes in theorica decima, in proemio D. in magna papyro, & pendente actione contra Baronem, iudex non finit inter partes aliquid agi: imò, in contrarium facta, ad statum pristinum reducit, & expensae necessariae ad persecutionem negotij, de bonis suis ut soluantur prouidet, ut D. de inofficioso testamento, L. si instituta, §. de inoffici. cum ibi notatis, & ext. de accusationibus, cap. olim, cum ibi notatis; item, suspecto auferitur administratio in qua est suspectus, de quo dic ut in quinta

theorica,

theorica, qui satisfacere cogatur, in theorica dico quae incipit, sed nunquid si fuerit alicui interdictum officium, & sic iudex negligens in puniendo criminosos sua iurisdictionis, & in differendo condènationes, cū crimē est sufficienter probatū, vel qui mitiores, quàm leges imponat, infert pœnas, vel qui crimina dimittit impunita, vel impunitatem donauerit (nisi in casibus à iure permissis) litē facit suā, & ut conscius criminis punitur, per leges subsequentes, C. de Paganis & sacrificijs & templis, L. 1. in fine. & L. Christianis, eodem tit. & de commercijs & mercatoribus, L. 2. & de priuatis carceribus inhibendis, L. verū, in medio, & de desertoribus & occultatoribus eorū, L. fin. lib. 12. de officio praefecti vigilū, L. fin. & de sepulchro violato, L. 3. & nisi sanctū baptisma reiteretur, L. fin. in fine, & ad legē Iuliā, de vi publica vel priuata, L. seruos, in fine, quē textū multū nota, & in feudis, de pace tenenda & iuramento firmanda, §. iudices vero, cū ibi notatis super verbo neglexerūt, & de mono. L. vna, in fine, & in Authen. de triente & semisse, §. studiis, in fine, iunctis his quae notan. D. de his qui notantur infamia, L. quid ergo, §. pœna grauior, & notatur D. de iure aureorum annulorum, L. qui cum maior, §. 1. & de constitutionibus principum, L. 1. super verbo irrogauit, & de acquirendo rerū dominio, L. transfugas, & de pœnis, L. aut damnū, §. 2. & L. capitalium in princ. & L. in seruorum, & L. sed hodie, eodem tit. iunctis his quae notan. D. ad legē Iuliā, peculatus, L. sacrilegij, in princ. & ad Turpilianū, L. 1. §. quari, super verbo, facti quaestio, & C. quomodo

Z 2

quando



quando iudex, Auth. qui semel, licet contrarium notari videatur, in Auth. unde sumitur, & C. de his qua poena nomine, L. prima, §. seuerior, & ibi glossa circa finem, quam nota, & in glossis predictis vide que sint causa poena augenda vel minuenda, quia longum foret omnes enumerare: sed una est propter tumultum populi, ut D. de poenis, L. aut damnum, §. primo, & L. ad bestias, & C. de poeni, L. decurionum filij, rursus, pro alia causa facit, D. de poenis, L. capitalium, §. famosos, & de sicarijs, L. qui sedem, & ex illis glossis datur cautela, quod iudex, ad preces parentum criminosi, mutare & mitigare poenam possit ex causa, quam inserere debet in sententia, secundum quod frequenter fieri vidi de facto, & pro illa cautela videtur casus legis notabilis, C. de poenis, L. omnes, inunctis his que notantur, D. de officio praesidis, L. diuus, §. primo, & D. de poenis, L. si diuturno, iuxta theoricam iniurum, dicentium, quod qui in uno grauatur, in alio debet releuari, de qua dic ut notatur extra, qui can. in ma. in theorica que incipit, nota quod qui in uno grauatur: item, iuxta premissa queritur, nunquid condemnato ex delicto possit dari tempus, quod datur condemnatis ex contractu vel ob debitum, de hoc ut D. quod metus causa, L. si cum exceptione, §. quatenus, & de contrahenda emptione, L. quod verum, circa princ. rursus, iuxta premissa queritur, nunquid iudex possit talem criminiosum remittere sine requisitione, in casu in quo videt quod alibi deliquit? videtur quod sic, cum talia officia ad inuicem se debeant adiuuare, ut C. de executoribus & exacto-

Causa.

19.
Propter
tumultu.

20.

21.

Alibi de-
liquit.

exactoribus, L. 2. & 3. lib. 12. & L. a diuo Pio, §. primo, D. de re indicata, & D. de custodia reorum, L. solent, & L. non dubium, §. fin. & d. §. si vero quis comprehensorum, Auth. ut nulli iudicum, collat. 9. & C. de rei militari, L. tam collatores, §. licentia vero cuius, lib. 12. & D. de bonis author. iudicis possidendis, L. cum vnus, §. is qui, & de tutoribus & curatoribus datis ab his, L. diuus, & C. de sportulis, L. 2. & D. de officio consulis, L. vnica, & de poenis, L. aut damnum, §. metalla, & d. L. in nomine domini, §. hoc autem, vers. postquam vero, C. de officio praefecti pratorio Africa, & C. de Episcopis & Clericis, L. si quis in hoc genus, inunctis his que notantur, C. de summa Trinitate & fide Catholica, L. prima, in fine, & C. quomodo & quando iudex, L. si praeses, & de crimine peculatus, L. prima: contrarium videtur, quod demum requisitus, quia licet incumbat officio suo remittere, hoc est verum si requisitus sit, D. de damno infecto, L. 4. §. hoc autem, & de magistrat. conueniendis, L. prima, §. magistratibus, & in d. §. si vero quis comprehensorum, Auth. ut nulli iudicum, collat. 9. & in Auth. ut liceat matri & auia, §. quia vero comperiuntur aliqui impij: tu dic, quod si sint tales iudices qui non possunt commode cognoscere de crimine commisso: tunc, tales tenentur remittere sine requisitione, & sic intellige iura pro ista parte allegata, & pro hoc est textus, D. de officio praefecti urbi, L. 3. in fine, & L. fin. & d. L. solent, D. de custodia reorum, & in Auth. de defensoribus ciuitatum, L. defensores, & D. de officio praefecti vigilum, L. fin. in Auth.

Z 3

de



de mandatis principum, §. fin. collat. 3. secus, si esset defectus ex parte persona capta, non ratione criminis seu causa, quia, clericus, vel alias persona privilegiata, quia tunc non tenetur remittere, nisi demum requisitus, ut d. §. si vero quis comprehensorum, Auth. ut nulli iudicium, collat. 9. & D. de custodia reorum, L. solent, & de re militari, L. desertorem, circa princ. & sic intellige iura pro alia parte superioris allegata: & ideo, amicis clerici capti requirentibus, iudex secularis potest eum optimè remittere, tradere, & liberare, si vult, antequam per iudicem ecclesiasticum fuerit requisitus, ut in Auth. ut Clerici apud proprios Episcopos, §. illud palam est, cum ibi notatis, super verbo fieri mandamus, collat. 6. et in Auth. de defensoribus civitatum, §. audient, collat. 3. & extra de sententia excommunicationis, cap. fama, & cap. si Clericos eodem tit. lib. 6. licet videatur contra, C. de criminibus, L. 1. in fine, lib. 12. nam licet iudex secularis non possit clericum effectualiter condemnare, potest tamen eum capere, ut D. de servis fugitiuis, L. penult. & absolvere clericum potest, ut notatur in d. §. illud palam, Auth. ut Clerici apud proprios Episcopos, & C. de Episcopis & clericis, Auth. clericus, circa medium glossæ, & D. de reg. iuris, L. nemo, ad quod etiã facit, D. de officio praefecti vigilũ, L. 3. §. 1. & L. fin. & de officio proconsulis, L. si quid erit, & adde hic septimã theorica de officio proconsulis, qua incipit, nota, qui non potest absolvere, Quandoq; iudex non potest cogere, attenda conditione persona, nec etiam, attenda conditione causa: & tunc, in hoc casu etiam habet remittere

tere, sine quacunque requisitione, quia non habet aliquam iustam causam puniendi nec detinendi, per consequens videtur impedire iurisdictionem & punitionem publicam, quamvis secus esset, si haberet aliquam iustam causam, ut dictum est, quia sua intentio fundata est, de iure communi, §. audient, de defensoribus civitatum: Quandoque iudex tenetur talem criminiosum remittere, non propter defectum intrinsecum, quasi videlicet non possit de tali crimine, vel de tali persona cognoscere, sed propter defectum extrinsecum, ut quia criminiosus est alterius provinciae: & tunc, si talis criminiosus non habet certum domicilium, non tenetur remittere, nisi demum requisitus, si autem habeat certum domicilium, habet ipsum remittere ad iudicem sui domicilij sine requisitione, dum tamen ibi commisit delictum, quod nota diligenter, quia saepius usu venit, et notatur in Auth. de mandatis principum, §. quia vero delinquentes, & C. ubi de criminibus agi oportet, L. prima, & in Auth. qua in provincia, ibi posita, & D. de interdictis & relegatis, L. relegatorũ, §. interdicere, & D. de officio praesidis, L. 3. & L. congruit, & in Auth. iusiurandum quod praestatur ab his, §. primo, Si autem non requiratur, & non habeat certum domicilium: tunc, poterit optimè cognoscere de crimine, nec tenetur eum remittere, sic intelligitur Auth. qua in provincia, C. ubi de criminibus agi oportet, & L. prima, cum similibus, eodem titulo, & D. de officio praesidis, L. quarta, bene tamen faciet in hoc casu ille iudex, mittat literas ad iudicem in cuius iurisdictione

Non requiratur

Z 4

dictio.



ditione commisit, quia certiorare debet eum, ut C. de officio comitis rerum priuatarum, L. prima, & D. de administratione tutorum, L. Titium, §. tutor, & de peculio, L. licet, & in illo medio, non potest ipsum punire nec liberare, alias puniretur, ut in Auth. de Episcopis & Clericis, §. si quis autem ab ordinatione, collat. 9. & sic intelligitur d. L. 4. D. de officio praesidis. unum tamen crederem, quod, licet non haberet in casu praemisso remittere, nisi requisitus, quo ad cognitionem, haberet tamen remittere quo ad executionem, ut quia fuerat latro famosus, vel talis cuius executionem expediebat fieri in loco delicti, sic intelligitur, L. capitalium, §. famosos, cū ibi notatis, D. de poenis, & D. de iniusto rupto & irrito testamento, L. si quis exheredato filio, §. antepenult. sed nunquid iudex à quo petitur fieri remissio, habet se primitus informare & cognoscere de delicto, antequam remittat? vel nunquid ilico habet ipsum remittere? dic, quod aut iste remittendus est bona fama, & sic habebit se informare summarie, per consequens eo casu, non est quod ilico credatur illis literis, nisi mittatur sibi inquesta, quia tales litera multoties sunt fraudulosa, & ideo, non credatur eis, nisi re vera commiserit, ut D. de custodia reorum, L. diuus, & L. non dubium, §. illud, sic intelligitur quod notatur, D. ad municipalem. L. de iure, & C. de agricolis & censitis, L. coloni, & L. omnes profugi, & C. ubi causa status agi debeat, L. prima: aut, talis est homo vilis & male fame, & tunc credatur literis eius, ut in Auth. de Monachis, §. si vero intra, & de mandatis principum, §. fin.

In loco delicti.

25.

fn. collat. 3. & D. de accusatio. L. si cum, §. finali, & C. de sportulis, L. 2. & de officio civilium iudicum, L. 2. & D. de officio praefecti vigilum, L. fin. & de publicanis, L. publicanus, §. primo, ne bis de delicto hominis queratur, ut D. nauta caupones stabular. L. licet, §. fin. cum ibi notatis, et in d. §. si vero quis comprehensorum, Auth. ut nulli indicum, collat. 9. & D. de custodia reorum, L. solent, & L. diuus, la secunda, & de iudicijs, L. si praetor, & D. de requirendis reis, L. fin. maxime; quia iste à quo petitur fieri remissio, est merus executor, & ideo non habet se intromittere, ut C. de execut. rei iudicata, L. si ut proponis, nisi sibi videatur quod causa malitia hoc peteretur fieri, quia officium boni praesidis est, tenere subiectos suos in pace, & eos ab iniurijs & oppressionibus & violentijs tueri, ut D. de officio praefecti vigilum, L. prima, §. sed patronos, & §. item solent, & §. seq. & de officio praesidis, L. illicitus, §. potentiores, & L. congruit, & de usufructu, L. equissimum, cum ibi notatis, & C. ne liceat potentioribus patrocinijs litigantibus prestare, vel actiones in se transferre, L. prima, in fine, & in Auth. de mandatis principum, §. quid si delinquentem, & D. de officio proconsulis, L. si in aliam, in fine. iuxta praemissa queritur, criminosus dicit iudici à quo petitur fieri remissio: domine ne remittat me illi, quia ille est inimicus meus capitalis, & paratus sum vos informare, quod nunquam commisi crimen quod dicit: an audiatur, saltem ad hoc ut impediatur remissio? & videtur quod sic, nam coram tali iudice suspecto non debet quis remitti, ut D. de

26.

27.

Z 5

libe-



liberali causa, L. si pariter, quin, propter talem causam bene evitat iudicium istius, ut D. de his qui sunt sui vel alieni iuris, L. 2. & de quaestionibus, L. prima, §. praeterea, & de legatis, L. sciendum, §. si accusatio: sed contrarium verius est, cum sit ordinarius ille qui criminofum sibi remitti petit, ut C. de iudicijs, L. apertissimi, & in Auth. ut litigantes iuvent, §. penult. unde, iudex à quo petitur fieri remissio, habebit se ante omnia informare, an illud sit verum quod allegatur, & si verum sit, eo casu dabit sibi adiunctum, sic intelligitur id quod notatur C. ubi causa status agi debeat, L. prima, & de agricolis & censitis, L. si coloni, item queritur de tali dubio, Senescallus Carcassona citat aliquem Tholosanum, quod veniat comparere tali die coram eo, ratione contractus, vel delicti commissi Carcassona, ille citatus venit (quia tenetur venire, comparere, & allegare suum privilegium, seu declinare forum, si est dubium: si est certum, tunc non, ut D. si quis in ius vocatus non ierit, L. ex quacunque, cum similibus) dicit iste citatus, nunquam contraxi in civitate Carcassona, an iudex hic de eo cognoscere poterit? dic de ista quaestione, ut habes in magna papyro in L. ex quacunque, super verbo, sciatur, D. si quis in ius vocatus non ierit. & adde hic aliam quaestionem, de citato, alterius iurisdictionis, in qua citatione, nulla fit mentio de contractu seu quasi, nec de delicto seu quasi, utrum sit talis remittendus? sed queritur, si ille requisitus nolit obedire, nunquid requirens poterit ipsum punire? & videtur quod sic, quia isto negligens offendit iurisdictionem suam, ergo puniatur.

ut, ut C. de sportulis, L. 2. & de re iudicata, L. à dno Pio, in princ. D. videlicet, in tribus libris auri, ut in Auth. ut nulli iudicium, §. si vero quis comprehensorum, & de officio praefecti praetorio Africa, L. in nomine domini, §. primo: tu dic contra, quia iste videtur sibi par, & ideo, non habet imperium supra ipsum, ut D. de arbitris, L. nam magistratus, & ad Trebellianum, L. ille à quo, §. tempestivum, sed ad superiorem habet tunc remittere qui ipsum puniat, ut C. de numerarijs, actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, scriniarijs, & exceptoribus sedis excelsae, ceterorumque, iudicium tam militarium quam civilium, L. in provincijs, lib. 12. & de executoribus & exactoribus, L. 2. iuxta praemissa queritur, per quos sint puniendi officiales delinquentes? dic, quod aut queris de iudice ordinario delincente: & tunc, ille iudex est sub illustri vel superillustri. & tunc, non potest ille eum punire, ut C. de officio praetoris, L. si quos, aut est positus sub praesidali vel spectabili: & tunc, habet potestatem cognoscendi non puniendi, ut D. de officio praefecti aug. L. finali, aut queritur in delegato: & tunc, si delegatus delinquit in provincia eius qui delegavit, ille qui delegavit, eundem potest punire, ut D. de poenis, L. si quis aliquid, §. indices, & L. si forte, §. si quos, si extra provinciam, tunc distingue, quia, aut ille delegatus est à iudice, vel à praeside in aliam provinciam missus: & tunc, ille iudex sub cuius iurisdictione commisit, debet ipsum ligatum mittere ad delegantem, ut C. de executoribus, L. tertia, in fine, lib. 11. & L. contra, eodem titulo, *Aur*



Aut non est delegatus ab ordinario, sed à principe, ad certam commissionem. & tunc, si delinquat in provincia sibi decreta, iudex ordinarius habet ipsum punire, ut in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio. §. volumus, vers. damus, Aut extra provinciam sibi decretam: & tunc, iudex sub cuius iurisdictione commisit, habet eum punire, ut in Authent. qua in provincia, C. ubi de criminibus agi oporteat, licet contra videatur, quod imò, per principem, ut in Auth. de mandatis principum, §. sed interim, sed dic, ut notatur C. de decurionibus, L. quilibet, alias, quibus, lib. 10. tamen dico quod si ille procederet rite, licet non rectè, quod praeses non possit factum eius corrigere, si esset delegatus à principe, quia talis delegatus est maior quam praeses, ut C. si adversus rem iudicatam, L. 3. & qui & apud quos

32. *L. prima. iuxta praemissa queritur, qualiter par habeat punire parem? dic de hoc, ut habes in magna papyro, D. de rerum diuisione, L. si quis violauerit, quia, in casu, iudex necessario habet criminis remittere, siue ad iudicem domicilij, siue ad iudicem loci ubi crimen commissum est, ita tamen ut eum iudicem, ad quem remittere vult, prius certiore faciat, & si tunc ille nolit mittere suos seruientes, potest ipse sibi eum remittere cum suis nuntijs, & scribere superiori, ut ipsum puniat tanquam negligentem, iuxta iura superius allegata, & C. de officio comitis sacrarum largitionum, L. vna, & in literis requisitionis quas mittet, ille iudex illi iudici in cuius territorio commisit, vel illi alteri, debet poni sigillum proprium illius iudicis mittentis, & in illis*

literis.

literis, seu in illo eulogio debet contineri requisitio, delictum per illum commissum, criminis, & qualitas delicti probati vel confessati, ut melius perspiciat ius, vel simplicius, veniant seruientes alterius iurisdictionis parati & muniti, ut in d. §. si vero quis comprehensorum, Auth. ut nulli iudicum, col. lat. 9. & de officio praefecti vigilum, L. fin. cum similibus, & extra de dilationibus, cap. praeterea, & D. de iudicijs publicis, L. custodia, cum ibi notatis, & C. ad legem Iuliam repetundarum, L. prima, iunctis his quae notantur, C. de exhibendis reis, L. 2. circa princ. iuxta praemissa queritur, nunquid tales

33. *literae, iudicium tantum, an vero plenam fidem faciant? dic, quod aut queris nunquid faciant fidem, circa ea quae pertinent ad eius officium: & tunc, dic quod sic, ut C. de Episcopis & Clericis, L. si qui per calumniam, in fine, & D. de publicanis, L. si publicanus, §. primo, & in Auth. ut nulli iudicum, §. si vero quis comprehensorum, & D. de seruis fugitiuis, L. 2. & C. de Episcopis & Clericis, L. si quis in hoc genus, & de hoc notatur plenè extra de probationibus, cap. post cessionem, aut queris circa ea quae merè non pertinent ad eius officium, ut si iudex dicat in literis suis, quod ego sum obligatus Titio in centum: & tunc, istis literis iudicis non crederetur, nisi aliàs appareret, quòd essent facta per manum publicam, quia nec ipsi iudici super talibus crederetur, ut C. de arbitris, L. ne in arbitris, §. si autem, ergo nec eius literis, quia non magis est credendum voci mortuae, quam voci viuae, ut in Auth. de instrumentorum cautela & fide, §. sed & si quis, &*

extra



extra de probationibus, cap. quoniam contra falsam, hoc idem notatur, C. de pactis, L. pacta nouissima, & plenius D. de procuratoribus, L. si procuratorem, & C. de administratione tutorum, L. cum quedam mulier, & de rebus alienis non alienandis, L. 2. vel index in cuius territorio commisit potest mittere suos seruentes, cum literis requisitorijs, & index requisitus habet remittere iudici requirenti, per illos nuntios acta correctā & sigillata, clausa, contentia probata, & confessata per illum criminum, sic C. de officio comitis rerum priuatarum, L. prima, quia index illius loci ad quem fugit criminus, habet ante omnia cognoscere de fuga, seu de crimine, & eū confessum vel conuictum remittere, alias, non debet eum capere, nisi esset sibi missa informatio seu inquesta clausa, seu eulogium fuga vel criminis per iudicem requirentē, sic intelligitur Auth. de mandatis principum, §. sed etiam suscipiētes, vers. ut in eas, & §. fin. & C. de agricolis & censitis, L. si coloni, lib. 11. & C. de requirendis reis, L. prima, & in Auth. de litigiosis & de decima parte litis ab actore prestanda, §. si vero causam, collat. 8. & de custodia reorum, L. non dubium, & L. diuus, la secunda, & D. de accusationibus, L. si cui, §. fin. & in Auth. de monachis, §. si vero intra, & D. ad municipalem, L. de iure, & C. de agricolis & censitis, L. si coloni, lib. 11. & C. ubi causa status agi debeat, L. prima, summaria tamen cognitio sufficit, ut in Auth. de mandatis principum, §. fin. collat. 3. & in Auth. de lenonibus, §. primo, & D. de poenis, L. capitalium, §. famosos, & d. §. si vero quis comprehensorum.

hensorum, Auth. ut nulli iudicum collat. 9. & in Auth. ut indices sine quoquo suffragio, §. damus, & D. de re iudicata, L. a diuo Pio, in princ. & forte possit dici, quod predicta sunt vera, quod se habeat informare index requisitus, & quod non credatur illis literis, nisi mittat sibi inquestam clausam, si ipse domiciarius iudicis requirentis sit homo bonae fame: alias, si sit homo mala fama, habeat credere literis eius, sic in Auth. de mandatis principum, §. fin. collat. 3. quia maioribus iudicibus bene creditur, & ideo, statim habet remittere sine aliquali informatione, ut D. de accusationibus, L. si cui, §. fin. & de sportulis, L. 2. quia iste requisitus est merus executor, & sic non se habeat intromittere, nisi in exequendo mandatum, ut C. de executione rei iudicate, L. si ut proponis: & si index inserat dolose aliqua falsa contra criminum in illis literis requisitorijs, est puniendus, ut C. de decurionibus, L. prima, lib. 12. & D. de iudicijs, L. filius familias, alias, si sine dolo, quanquam illa quae iudices referunt, non sunt vera, non propter hoc puniuntur, sed interpretantur, ut D. de custodia reorum, L. diuus, adde hic quae habes in quarta theorica de officio praefecti urbi, in fine theorica quae incipit, nota quod creditur, & liberatur index requisitus, tradendo criminum seruentibus iudicis requirentis: vel si index requiratur per literas alterius, debet index requisitus, per suos nuncios, eum mittere, & erit excusatus: alias, non: ut C. ut omnes iudices tam civiles quam militares post administrationē depositā quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis permanant.

37.

Domiciarius
us iudicis
requirētis.

38.

39.



neant, L. unde, circa finem, & D. de custodia reorum, L. solent, & C. de mancipijs & colonis patrimonialium saltuensium, & emphyteuticorum fundorum, L. fin. lib. 11. & de requirendis reis, L. prima, cum ibi notatis, in princ. & de appellationibus, L. eos, §. super his, Tutius tamen faciet index remittens, si de traditione & remissione petat sibi fieri publicum instrumentum, ut in Auth. de Ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione & solutione, §. sancimus, cum ibi notatis, collat. 5. iunctis hijs que notantur, C. de pactis, L. pacta nouissima, in fine, & C. de transactionibus, L. siue apud, & D. de pactis, L. si unus, §. pactus, & de edendo, L. si quis, §. primo, sed pone iuxta hoc, index requisitus non vult remittere criminofum, nec tradere seruientibus iudicis requirentis, nisi cum suis seruientibus, nunquid est liberatus? crederem quod sic, quia liberatur quis faciendo alterum tantum, prout antea diximus, ergo, multo magis faciēdo utrumque ideoque dic de hoc ut habes in theorica penultima, si ex noxali causa agatur, & dic quod ille qui petit sibi fieri remissionem criminofum, habet soluere expensas occasione premissa factas, ut D. ad exhibendum, L. sed si hereditas, §. primo, & de rei vendicatione, L. si culpa, & d. §. si vero quis comprehensorum, Authent. ut nulli iudicium, collat. 9. & adde hic questionem quam habes, D. de noxalibus, L. si noxali, iuxta hoc queritur, nunquid isti seruientes possint istum criminofum dimittere & liberare? dic quod non, ubi esset eis traditus, ut C. de executoribus & exactoribus tributorum, L. quoties, lib. 12. & de custodia

rodia reorum, L. ad Commentariensem, & D. de custodia reorum, L. milites, & idem si non esset eis traditus, sed quia ipsum cepissent, ut D. de officio procuratoris Cesaris, L. fin. & C. de libertis & eorum liberis, L. 3. in fine, quia arrestare, bannire, & talia facere possunt saltem baiuli & seruientes, sed non liberare, quia licet isti seruientes arrestare possint & inhibere, ad modum procuratorum Cesaris, non tamen permittere recedere, & dic de hoc, ut in prima theorica de officio procuratoris Cesaris: & hoc verum, si talium cōdemnatio ad eos pertineat, alias, possunt eos liberare, ut Clericos, ut in Auth. ut Clerici apud proprios Episcopos primum conueniantur, & post hoc apud civiles indices, §. penult. item iuxta premissa est notandum, quod officiali non est credendum, nisi fidem faciat de sua commissione in scriptis, quia ille qui mandatum allegat, illud probare tenetur. iuxta hoc pone, inueni in quodam processu scriptum hoc modo, & dictus dominus Senescallus vel index, mihi notario infra scripto huius cause commisit vices suas, quo ad receptionē & examinationē testium in hac causa, ab utraque parte producendorum. modo queritur, nunquid valeat talis commissio? & dic, quod non, nisi ille notarius faciat fidem de sua commissione, per literas sigillatas, emanatas ab illo qui sibi commisit, que literae sunt in processu inserendae, ut notat Speculator in titulo de probationibus, §. fin. vel nisi iste notarius probaret istam commissionem per publicum instrumentum, in processu etiam inserendum, ut est casus extra de officio delegati, cap. cum in iure peritus, &

Aa

ideo



ideo non valet in casu nostro talis commissio, quia malum & iniquum esset stare verbis talis notarij, manu sua propria scriptis: & ideo, quia sufficienter non probat, mandatum totum annullatur, ut C. de mandatis principum, L. unica, & in Auth. de mandatis principum, §. sed neque, collat. 3. item nota, quod de mandato principis oportet facere fidem per literas, iuxta quod est sic distinguendum: quoniam, aut queritur de concessione seu mandato, principis, aut iudicis inferioris: primo casu, subdistingue, quia aut loquimur de mandato circa publicam administrationem ordinariam, vel delegatam: & tunc, oportet probare per literas, ut C. de mandatis principum, L. una, & in Auth. de mandatis princ. §. eos, & §. super hoc, collat. 3. & C. de iure fisci, L. prohibitum, circa finem, & idem in quacunque dignitate, seu malitia, ut C. de re militari, L. nemine, lib. 12. & de officio magistri militum, L. milites, & de agentibus in rebus, L. 3. in fine. & D. de testamento milit. L. ex eo, cum similibus, & idem in quocunque officio publico, ut C. de diversis officijs & apparitoribus iudicum & probatorijs eorū, L. probatorias, lib. 12. & de bonis vacantibus, & de incorporatione, L. fin. lib. 10. & hac vera sunt, quando mandatum concernit causam publicam, si autē tale mandatum concernat causam privatorū, tunc, talis commissio vel mandatum potest probari per testes, ut in Auth. in medio litis nō fieri sacras formas, aut sacras missiones, sed secundum antiquas leges generales lites decidi, §. illud, & in Auth. de litigiosis, & de decima parte litis ab actore prestanda, §. si vero apud iudicem.

em, collat. 8. & in Auth. ut litigantes iurent in exordio litis, quia neque, promiserunt dare iudicibus, neque, dabunt, & de sportulis, §. fin. collat. 9. si autem loquamur de mandato iudicis inferioris, subdistingue, quoniam, aut allegat mandatum iudicis extra territorium: & tunc, non est credendum sine literis, ut D. de publicanis, L. publicanus, §. fin. & in Auth. ut nulli iudicium, §. si verò quis comprohenso- rum, & D. de servis fugitiuis, L. 2. & C. de Episcopis & Clericis, L. si qui per calumniam: estque ratio in causis publicis, & in his quae pertinent ad utilitatem publicam, & in casu statim dicto, quia dispendiosum esset adducere testes à partibus remotis, & ideo, per literas est fides habenda, per iura allegata: aut allegatur mandatum intra territorium: & tunc, aut circa illa quae pertinent ad eius officium, & non portant magnum praedictum, secundum quod est in citationibus. & tunc, creditur soli verbo illius officialis, ut D. de rebus eorū, L. magis puto, §. ne tamen, & C. de falsis, L. si quis decurio, dū tamē ille officialis habeat officium publicum sicut serues, & quod sit notus, per iura allegata. alias autem, si pararent magnum praedictum, non esset eis credendum ut C. de decurionibus, L. 1. cum ibi notatis, & D. de accusationibus, L. diuus, & notatur C. de accusationibus, L. ea quidem, in his autem quae pararent magnum praedictum, licet non credatur eorū soli verbo, sufficit tamen si probent mandatum per testes, per regulam generalem, C. de fide instrumentorum, L. in exercendis, & de pactis, L. pacta.

As 2 Doctor



Debitore fugiente) Idem tradit ex professo Ioannes Thierrij Lingonensis, in tractatu de fuga, num. 13. vers. sed quæritur, & allegat ibidem Speculatorem, in titulo de renunciatio-
ne, vers. item est beneficium.

Non vendicat) Supple crimen, id est, non vl-
ciscitur, punit, aut castigat.

Propter corruptionem) Hunc quod attinet articulum, consulendus est Iodocus Damhou-
derius in sua praxi rerum criminalium, cap. 130. titulo, de corruptione, nu. 3. vers. si autem ita corruptus, vbi tradit ex professo quod iudex corruptus, & qui per corruptionem aliquem
condemnat, sit capitaliter puniendus & omnia eius bona fisco applicanda, per L. primam, in princ. in verbis, quiue magistratus, D. ad legem Corneliam de sicarijs.

Causa) Causas pœnæ minuendæ vel excu-
sandæ numerat, & eleganter explicat Iulius Clarus, receptarum sententiarum, libro quin-
to, §. finali, practicæ criminalis, quæst. 60.

Propter tumultum) Vide librum tertium no-
stri Iacobi de Bello Visu, infra cap. 19. num.
4. vers. quibus adde, &c. & Ludouicum Careri-
um in sua practica noua criminum, §. circa, nu.
79. vers. item tumultus populi, pag. 151. col. pri-
ma, secundum impressionem Venetam, in 8.
Anni 1556.

Alibi deliquit) Sortitur enim quis forum in
criminalibus ratione domicilij, L. 2. C. de iuris-
dictione omnium iudicum: ratione delicti, L.
prima,

prima, & Auth. qua in prouincia, C. vbi de cri-
minibus agi oportet, L. 3. D. de officio præfidis:
& ratione capturæ, hoc est, vbi quis captus fue-
rit, auctore Damhouderio, in sua praxi rerum
criminalium, cap. 22. titulo, de præsentatione
sine contumacia, nu. 2. pag. 52. secundum im-
pressionem Antvverpiensem Ioannis Belleri,
sub Aquila aurea, anno 1570. quibus adde ea
quæ diximus in libello nostro, quem inscripsi-
mus Extraordinarias lectiones, in commenta-
rijs, ad titulum D. de eo quod certo loco dari
oportet, in L. centum Capyæ, nu. 32. vers. sorti-
tur autem, pagina 248. secundum impressionem
Colonensem.

Non requiratur) Idem tradit ex professo Di-
dacus Couarruuias, practicarum quæstionum
cap. 11. nu. 6. & eum referens Iulius Clarus rece-
ptarum sententiarum, lib. 5, §. fin. pract. crimi-
nalis, quæst. 38. nu. 19. vers. si vero petita, fol. 221.
columna 2. secundum impressionem Franco-
furtensem,

In loco delicti) An & quando criminofus re-
mittendus sit ad locum delicti, vide remissiue
apud Ludouicū Carrerium, in sua practica no-
ua causarum criminalium, §. circa, nu. 101. pag.
153. col. prima, secundum impressionem Vene-
tam, anni 1556. rursus apud Iulium Clarum re-
ceptarum sententiarum, libro quinto, §. finali,
practicæ criminalis, quæstione 38. nu. 19. vers.
est autem tantæ potentia locus. folio 221. col. 1.
secundum impressionem Francofurtensem.

Domiciarius iudicis requirentis) Domiciari-
um iudicis requirentis vocat illum, qui domi-
cili-



cilium habet sub territorio iudicis requirentis: unde, loco, requisiti, reposuimus etiam, requirentis, nam si maleficus hic foret domiciarius ipsius iudicis requisiti, non haberet eum remittere ad iudicem requirentem, quinimo, nullus esset hoc casu qui requirere posset.

Caput duodecimum.

Absens intra annum rediens auditur super bonis, & super crimine semper. numero primo
 Ex fuga inducitur violenta præsumptio, contra fugientem. 2
 Quæstio. 3
 Fugiens bannitur & eius bona annotantur. 4
 Exceptio. 5
 Melius est nocentem absolucere quam innocentem damnare. 6
 Conuictus aut confessus ex eisdem actis condemnatur aut absoluitur. 7
 Si criminoso remisso, procurator fisci sufficiens crimen probare velit, utique auditur. 8. & 11
 In leui crimine remittitur quis cum idonea cautione. 9. & 11
 Durus carcer est loco poenæ. 10
 Quæstio. 12
 Quæstio. 13
 Quæstio. 14
 Quocunq; modo finiatur accusatio, finitur & fideiussio. 15. & 17
 Fideiussio finitur propter mutationem iudicis. 16
 Cautela diligenter obseruanda. 18
 Agit de fideiussore simplici. 19
 Agit de fideiussore iudicio fisti. 20
 Agit de fideiussore iudicatum solui. 21
 Quæstio. 22
 Nemo est dominus suorum membrorum. 23
 Clericus expresse non renunciat sed tacite. 24

Nunc

Nunc autem criminoso remisso, audietur plene super crimine & bonis, si venerit intra annum: post autem, super crimine duntaxat, ut prædictum est, iuxta notata C. de requirendis reis, L. 3. in fine, & D. eodem, L. prima, & 2. nam talis bannitus eo ipso quod est captus, est habendus pro confesso, vel pro confessio. Pro confesso.
 dermato, ut D. de custodia reorum, L. diuus, circa medium, & D. ad Turpilianum, L. annus, § fin. cū ex tali fuga inducatur violenta præsumptio contra ipsum, ut extra, de præsumptionibus, cap. nullus, & in Auth. de exhibendis reis, §. si vero quidam, col. lat. s. item, ex tali præsumptione est incarcerandus, etiam si alias pro illo crimine incarcerari non debuisset, ut D. ad Sylleianum, L. lex Cornelia, in princ. item, onus probandi innocentiam inducitur contra eum, ut notatur C. de requirendis reis, L. 1. super verbo purgauerit, quæ probatio, aliàs incumbat procuratori fisci, cum ex hoc suspectus & culpabilis illius criminis præsumatur. item, ex tali fuga, potest questionari, cum sit suspectus, ut D. de suspectis tutoribus, L. impuberibus, in fine, nam ex tali fuga est semiplene probatum contra eum, argumento eorum quæ notantur, C. de rebus creditis, L. in bona fidei, circa princ. & quia iura videntur esse diuersa circa hoc, si quæras, qualiter ille qui fugit puniatur? dic, quod aut tenebatur ratione officij: & tunc, habetur pro confesso, ut C. de assessoribus, L. consiliarijs, & C. ut omnes iudices tam ciuiles quam militares post administrationem depositam, quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis permanant, L. 1. aut tenebatur ratione contractus.

Ad

vel



vel iuramenti, ut quia erat colonus principis, vel iurauerat litem se contestaturum intra certum tempus: & tunc, habetur pro confesso, C. de omni agro deserto, L. locorum, lib. 11. & in Auth. de exhibendis reis, §. si vero quidam, collat. 5. aut tenebatur ratione delicti: & tunc, aut fugit antequam caperetur: & tunc, debet banniri & eius bona annotari, ut D. de custodia reorum, L. diuus, circa medium, & C. eodem, L. prima, & 2. & D. ad Turpilianum, L. prima, in fine: & hoc verum, quod bona debeant annotari, si condemnandus deberet alias perdere bona: alias, non: cum non debeat esse durior, in talibus casibus interlocutoria quam definitiva, ut D. ad Turpilianum, L. fin. & de poenis, L. absentem, §. primo, & hoc ibi videtur innuere glossa in fine, & quia non debet plus operari fictio quam veritas, inst. de adoptionibus, §. adoptione, ut supra dictum est, hoc verum etiam, quod eius bona debeant annotari, nisi defendatur, quia tunc, non: ut D. ad Turpilianum, L. fin. ut si causa absentia allegetur, quia aliter non potest defendi, ut D. de accusationibus, L. penult. §. ad crimen, & notatur in L. seruū quoque, §. publicè, D. de procuratoribus, & pro hoc etiam facit, D. de in ius vocando, L. satis, & ex quibus causis in possessionem eatur, L. 2. nisi criminus probet suam innocentiam, vel bonam famam, & procurator probet ipsum re vera non commisisse crimen, idque evidentissimis probationibus & luce meridiana clarioribus, ut C. de poenis, L. qui sententiam, & de requirendis reis, L. 2. & de probationibus, L. fin. cum ibi notatis, hoc enim ca-

Supra dictum est.

Aliter non potest defendi.

5.

su, absoluitur accusatus, iuxta notata C. de requirendis reis, L. prima, super verbo purgauerit, & inst. de poena temerè litigantium, §. fin. & C. de edendo, L. qui accusare, & D. si usus fructus petatur, L. uti frui, circa princ. super verbo potiores, nam melius est nocentem in dubio absolvere, quam innocentem condemnare, D. de poenis, L. absentem, §. primo, cum ibi notatis, & D. de officio praesidis, L. illicitas, §. illicita, cum ibi notatis, super verbo innocētibus: & ideo, iste criminus remissus, aut est conuictus de crimine, sibi imposito, aut confessus, aut non: si est conuictus aut confessus: tunc, interrogabitur si vult stare confessatis & probatis, per eum coram illo iudice qui eum remisit, & si dicat quod sic, expeditum est suum negotium, quia ex illis poterit absolui vel condemnari, nisi procurator fisci vellet sufficientius crimen probare, quia tunc uterque de nouo audietur: sed si non est conuictus nec confessus: tunc, aut est suspectus, aut non est suspectus: si non est suspectus: tunc, aut est leue crimen. & tunc, remittitur cum idonea cautione, ut D. de custodia reorū, L. prima, aut est enorme crimen: & tunc, committitur fidei custodibus custodiendus, ut D. de custodia reorum, L. prima, non ut ligetur, nec duro carceri sine arcto (qui magis ad poenam quam ad custodiam videtur) tradatur, sed ut tuto custodiatur, secundū criminis qualitatem & persone, ut notatur C. de exhibendis reis, L. nullus, circa princ. si est suspectus: tunc, aut est vilis homo, aut homo bonae fame: si est vilis & suspectus: tunc, est in vinculis publicè ponendus, donec videatur si in tortura confitebitur &

Ad 5

6.
7.
8.
9. Leue crimen.

10. Non ut ligetur.



in sua confessione perseverauerit, ut C. de custodia reorum, L. si quis, per consequens, donec fuerit condemnatus vel absolutus, ut D. de custodia reorum, L. 1. & 2. aut est homo diues, & bonae fama: & tunc, aut est magna & notoria suspicio contra eum, & fama publica: & tunc, in carcerem detruditur, ut L. 1. D. de custodia reorum, aut non est magna suspicio, & tunc, est cum idonea cautione remittendus, ut d. L. 1. 2. & 3. D. de custodia reorum. vel potest dici, quod, aut loquimur de poena capitali civili, de qua habetur, D. de bonis proscriptorum, L. edicto, §. rei capitalis, & tunc, est locus recedentiae, aut de poena capitali ad literam: & tunc, non est locus recedentiae, quia quilibet praesumitur in tali casu fugere, cum praesumatur suum sanguinem redimere, ut D. de bonis eorum, qui mortem sibi consciverunt, L. 1. iuxta praemissa quaeritur, quot modis dicatur carcer? die, quod quatuor modis, uno modo, ad custodiam, & talis non impedit confessionem nec consensum, quin valeant facta in eo, ut D. de custodia reorum, L. 1. & ad Sylleianum, L. lege Cornelia, §. primo, & notatur D. quod metus causa, L. qui in carcerem, item, adde hic questionem quam habes in magna papyro, in L. imperium, D. de iurisdictione omnium iudicum, nunquid, videlicet, carcer sit meri imperii? vel iurisdictionis? & videtur quid non sit meri imperii, D. de origine iuris, L. 2. §. exactis. item, iuxta praemissa quaeritur, usque ad quod tempus fideiussores tales teneantur? dic, ut notatur C. de fideiussoribus, L. penult. & L. sancimus, & inst. de satisfactione, §. hoc hodie, & D. de diversis & temporalibus

11.
Cum idonea cautione.

Non est locus recedentiae.

12.
Carcer.

13.

14.

realibus praescriptionibus, L. si servus, & de custodia reorum, L. si quis renunciauerit, & D. qui satisfacere cogantur, L. 2. §. fin. & D. si quis cautionem. L. si eum, §. qui iniuriarum: unde, dic, quod eo tempore habet finire fideiussio, quo finitur ipsa actio, seu accusatio, nam ubi actio perit, tunc etiam habet finire fideiussio, aliquando vero actio non est breui tempore peritura: & tunc, aut interuenit fideiussor coepto iudicio. & tunc, durat talis promissio per triennium, L. si servus, D. de diversis & temporalibus praescriptionibus, aut interuenit antequam inciperetur iudicium: & tunc, aut interuenit nomine proprio, aut alieno: si nomine proprio, tunc, durat tantum sicut actio principalis, ut C. de constituta pecunia, L. 2. & argumento, C. per quas personas nobis acquiritur, L. fin. aut interuenit pro alio antequam inciperet iudicium: & tunc, si actor est negligens in agendo, liberatur post duos menses, L. antepenult. & penult. C. de fideiussoribus, si autem actor non sit negligens in agendo, & fideiussor promisit eum representare, de die in diem: tunc, durat usque ad sententiam, & non ulterius: sic intelligitur glossa in L. 2. §. fin. D. qui satisfacere cogantur, & de fideiussoribus, L. graecè, §. si post, & quocumque modo finitur iudicium, finitur & talis cautio de iudicio sicut ut D. iudicatum solui, L. cum querebatur, sic etiam propter mutationem iudicis finitur talis cautio, ut C. qui satisfacere cogantur, L. cum apud, item si lis fuerit mortua, ut D. iudicatum solui, L. 2. & intellige, quod talis fideiussor liberatur per sententiam, quanquam fideiussor de iudicato soluendo post sententiam teneatur: quod est

verum.

15.

16.

17.



verum, quod talis per sententiam liberetur, si illo pro quo fideiussit, fuerit semper representatus, & sic non obstat, D. de in litem iurando, L. prima, cum sibi notatis, quia si ille pro quo fideiussit de iudicio sisti, non fuit semper representatus, tunc fideiussor punietur ad interesse propter contumaciam absentis, & ita intelligitur glossa, D. de fideiussoribus, L. gracè, §. si post, & adde hic qua habes in magna parpyro circa finem tituli, Qui satisfacere cogatur, in L. nullus, & per dictas leges cum suis glossis datur cautela, quod si aliquis captus pro aliquo crimine capitali timeat, quod probetur contra ipsum, quod satisfacet iuxta predicta, nam qui satisfacit est relaxandus ut antea dixi, Porro, ubi relaxatus fuerit, cautela est quod fugiat, & tunc fideiussores admittentur ad eius defensionem, propter eorum interesse, ut D. de custodia & exhibitione reorum, L. 2. & de accusationibus, L. 2. & quamvis probetur contra illos fideiussores, lata sententia etiam condemnatoria, erunt liberati, ut D. de fideiussoribus, L. gracè, §. praeterea: & hoc verum, in crimine capitali, secus, si esset condemnatio pecuniaria: unde, quidam est fideiussor contractus, & contra talem non fit executio, reo principali condemnato & eo non solvente vel absente, sine noua petitione, quia iste tenetur alia actione quam principalis, sic intelligitur D. de pactis, L. fideiussores, & mandati, L. idemque, §. generaliter, & de verborum obligatione, L. 4. §. satis exceptio, & C. de fideiussoribus, L. blanditus, & D. de fideiussoribus, L. sicut reus, & de appellationibus, L. asinam: alius est fideiussor de iudicio sisti, nec contra talem

20.
De iudicio
sisti.

causam fit executio, lata sententia contra principalem, ut D. de fideiussoribus, L. gracè, §. si post, dum tamen semper fuerit representatus, alias, punitur ad interesse curiae quod iudex habet aestimare, iuxta notata, D. qui satisfacere cogantur, L. 2. §. fin. in fine glossae. alius est fideiussor iudicatum solui. & tunc, lata sententia contra reum principalem, reo principali non existente soluendo vel absente, potest optime mandari executioni contra talem fideiussorem, ex eisdem actis sine noua petitione, ut D. iudicatum solui, L. prima, C. de usuris rei iudicata, L. fin. §. fin. sic intelligitur glossa isti contraria, C. ubi de criminibus agi oportet, Auth. qua in prouincia, super verbo non fit, sed nunquid isti amici qui fideiussurrunt pro illo fugitio, de iudicio sisti & iudicatum solui, punientur eadem poena qua accusatus puniri debuit? quidam dicunt quod sic, si dolo eorum fugerit, si vero culpa: tunc, iudicis arbitrio, arguendo D. de custodia reorum, L. si quis reum, & C. de custodia reorum, L. penult. sed dic quod etiam ubi dolo eorum fugerit, quod tales sunt puniendi arbitrio iudicis, per d. L. si quis rerum, D. de custodia reorum iunctis his qua notantur, in d. L. 2. §. fin. D. qui satisfacere cogantur, quia nemo est dominus membrorum suorum, ut D. ad legem Aquiliam, L. liber homo, la prima, ad quod D. de confessis, L. iubemus, nec obstat, L. penult. C. de custodia reorum, ubi videtur casus legis in contrarium, quia refert, an quis se obliget directe ut interficiatur, an per quandam consequentiam, nam primo casu, non potest, sic d. L. liber homo, la prima, D. ad legem Aquil. in secundo casu,

Arbitrio
iudicii

32



casu, quando videlicet obligatur ad hoc per quamdam consequentiam, ut suscipiendo tale officium publicum tunc, ea poena punietur, si in magna culpa repertus fuerit, ut d. L. penult. C. de custodia rerum, sic dicitur in clerico, qui expresse renunciare non potest, sed per consequentiam, ut extra, de foro competente, cap. significasti, & cap. si diligenti, sicut in marito & uxore, ut D. de donationibus inter virum & uxorem, L. si sponsus, §. si donationis.

Doctor Baert.

Intra annum) Hac de re diximus hoc eodem libro, cap. 9. nu. 5. & alijs.

Additio antiqua.

Pro confesso) Nota quod bannitus, eo ipso quod est captus, habeatur pro confesso, qua de re vide Panormitanum in Clementina secunda, de sententia & re iudicata.

Doctor Baert.

Supra dictum est) Hoc eodem libro, cap. 9. num. 6.

Aliter non potest defendi) Idem superius affirmavimus, hoc eodem libro, cap. 9. nu. 9.

Leue crimen) Hanc distinctionem refert etiam Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria quarta, casu 305. num. 6. vers. si vero erit persona nobilis, & nu. 7. vers. si vero delictum, fol. 257. colum. 2. secundum impressionem Francofurtensem, nec non Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, cap. 20. titulo, de fideiussione in re seu materia crimi-

criminaria, nu. 4. pag. 49. col. prima, secundum editionem Belleri, Antvverpiæ.

Non ut ligetur) An carceratus, catenis vel alijs vinculis ligandus sit, relinquitur arbitrio iudicis, ut exactè docet Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria 4. casu 305. nu. 6.

Cum idonea cautione) An & quando fideiussores, aut etiam cautio pro carcerato, siue delinquente recipi possit, exacte simul & eleganter, ut solet omnia profequitur Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium, libro 2. centuria 4. casu

Non est locus recedentia) Idem tradit ex professo Patricius Mediolanensis Ægidius Bossius in tractatu criminum, titulo, de carcerato fideiussoribus committendo, & quibus modis carceres evitari possint, nu. primo, fol. 19. col. prima, secundum editionem Lugdunensem.

Carcer) De carcerum diuersitatibus & differentia consule D. Iodocum Damhouderium, in sua praxi rerum criminalium, cap. 16. titulo, de carceribus.

De iudicio sisti) De fideiussore iudicio sisti, multa tradit ex professo Patricius Mediolanensis Ægidius Bossius in tractatu rerum criminum, titulo, de carcerato fideiussoribus committendo, & quibus modis carceres evitari possint, nu. 35. & seqq. fol. 22. col. 1. secundum impressionem Philippi Tinghi Florentini.

Arbitrio iudicis) Idem tradit ex professo Menochius de arbitrarijs iudicium, lib. 2. cent. 4. casu 304. fol. 256. col. 4.

Capitulum



Caput decimum tertium.

Ciuis pœna dicitur, quando non imponitur pœna sanguinis. numero primo.

Enumerat aliquot pœnas capitales. 2

Explicat quid sit aliquem obicij bestijs. 3

Quomodo sit intelligenda decollatio. 4

Vtilis quæstio & quotidiana. 5

Committens crimen læsæ maiestatis

Adulter

Sodomita

Abigeus

Homicida

Desertor militiæ

Monialem ducens

Plagiarius

Venefici

Quæstio. 8

Quæstio. 9

Molestans baptizantem

Libri diuinarij

Libri hæreticorum

Officiales opprimentes subditos

Mulier cum seruo proprio rem habens

Aruspex

Seruus qui raptum iuuat

Seruus qui domino insidiatur

Fabricans falsam monetam

Fabricans falsum instrumentum immunitatis

Vsurpans Nili aggeres

Sacrilegus

Incendiarij

Transfugæ

Synagogæ iudæorum

Proditor

Parricida

vltore gladio puniuntur. 6

igne Conerematur. num. 9. & 10

Pœna

Pœna debet imponi iuxta qualitatem delictorum. numero 11. & 15.

Iudex minima semper, qua potest pœna debet aliquem punire. num. 12

Fustigatio

Corporum verberatio

Infamiæ notatio

Relegatio

Exilium

Remotio priuilegij

Priuatio; cinguli

Expulsio ciuitatis

Parricidæ castigatio

Pedis truncatio

Manus amputatio

In arenam damnatio

In metallum damnatio

Ad opus publicum damnatio

In insulam deportatio

Omnium bonorum confiscatio

Ipsa iure

Per sententiam

Ex genere pœnæ

Pœna, vel est auri, vel argenti.

Quæstio.

Differentia condemnationis in metallum, & ad opus publicum.

Pœnæ pecuniariæ regulariter applicantur fisco.

& 24.

Actio, quæ ad vindictam competit, non datur hæredi.

Differentia, an quis habeat bona confiscata per modum quotæ, an verò per modum quantæ.

Extraordinaria condemnatus, non fit infamis.

Sunt pœnæ capitales, num. 14. 17. 19. 21. & 26.

fit quis infamis. num 15

16

18

20

22.

23

25

27

Nunc restat videre, quando pœna capitalis ciuis, quando, capitalis ad literam sit de iure imponenda?

B b

nenda?



- nēda: et qualiter cognoscitur? et dicitur civilis; quādo non imponitur poena sanguinis, sed aliās relegatur, & perdit bona, vel amittit libertatem & civitatem, de qua notatur in Auth. de non alienandis,
2. §. quia verò Leo super verbo, ad mortem, collat. 2. & dic, quod ubicunque in iure civili fit expressa mentio de furca, laqueo, gladio, ferro, flamma, igne, saevissimo, gravissimo, novissimo, amarissimo, ultimo supplicio mortis, vel sanguinis, datur intelligi, quod talis criminofus, de quo ibi fit mentio, est ad litteram occidendus, & morti tradendus: sic intelligitur glossa D. de testamentis, L. eius qui, super verbo, aut ferrum, & in Auth. Scœnicas non solum si fideiussores præstent, & c. §. primo, circa princ. super verbo, novissima, collat. 5. & C. ad legem Iuliã, de vi publica vel privata, L. servos, circa princ. & de seditiosis, L. 1. quam multũ nota, & D. de pœnis, L. qui ultimo, & in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio, §. illud videlicet observãdũ super verbo, amarissimis, & C. de summa Trin. & fide Cathol. L. fin. in fin. cum ibi notat. super verbo, seuerissimis, & C. de heret. L. 2. et L. damnatos, et L. Arriani, §. 1. & L. quicunq; §. pen. & de episcopali audientia, L. mathematicos, & C. de apostatis, L. fin. et de Iudeis, L. fin. in fine, & de maleficis & mathematicis, L. multi in fine, & ubicunq; fit mentio de bestiis, scilicet, quod bestiis obijciatur, vel aliàs: datur intelligi, quod talis ad caudam equi sit pro tali crimine trahendus, ut notatur in d. L. qui ultimo, D. de pœnis: & ubicunque fit mentio de prosternatione capitis, seu privatione cum gladio, datur intelligi, quod

quod sibi caput de spatulis debet ad litterã amputari, Leges autem, qua in tēplo Romana iustitia, de furca, suspendio, ac laqueo faciunt mentionem, sunt hæc, C. de bonis eorum, L. 1. et de seditiosis, L. 1. in gloss. et de servis fugitivis, Auth. sed novo iure, et in textu D. de his qui notant. infamia, L. liberorum, & de edictio edicto, L. cum animi, §. excipitur, & ad legem Iuliam pecul. L. aut damnum, circa princ. & D. de pœnis, L. moris, §. ista ferè, & L. capitalium, circa princ. & §. 1. et in feudis de pace tenen. et eius violatorib. §. si quis: iuxta præmissa queritur, nūquid habēs furcas erectas, in quib. nō fuit aliquis positus, retineat merum imperiũ? & videtur quod sic: per notata C. de servitutibus & aqua, L. 2. circa princ. ibi cū dicitur, quod si aqua non fluxit: quod dic esse verum, in retinendo, non tamen in acquirendo, D. de rerum divisione, L. in tantum, §. Cenotaphium, & adde hīc, qua habes in magna papyro, in L. imperium, in fine, D. de iurisdictione omnium iudicum: Leges autem, qua in templo Romana iustitie, de gladio seu ferro faciunt mentionem, sunt hæc, C. qui accusare, non possunt, L. pen. ubi dicitur, quod si quis de familia, servus vel filius, dominum suum accusaverit, ultore gladio feriat: alia est, C. ad legem Iuliam maiestatis, L. quisquis, circa princ. ubi dicitur, quod committens crimē lese maiestatis gladio feriat: alia est, C. de adulterijs, L. quāvis adulterij, in fine, ubi dicitur, quod committens adulterum gladio puniatur: alia est, C. de adulterijs, L. cum vir, ubi contra Sodomitam iubentur insurgere leges, & armari gladio ultore: alia est, C. de



maleficis & mathematicis, L. nemo, ubi diuinator debet ferre supplicium capitis ultore gladio prostratus; alia est, D. de abigeis, L. . ubi dicitur, quod abigeus punitur poena gladij; alia est, inst. de publicis iudicijs, §. item Cornelia, ubi dicitur, quod adulter gladio puniri debet; alia est inst. de publicis iudici, §. lex Cornelia, ubi dicitur, quod lege Cornelia de sicarijs, homicida ultore ferro puniatur; alia est, D. de desertoribus, L. prima, §. penult. ubi dicitur, quod desertor seueritati iudicis offeratur, mortem gladij subiturus; alia est, in Auth. quomodo oportet Episcopos & Clericos, §. oportet eam, vers. quod vero, collat. 6. ubi dicitur, quod qui Moniales in uxores accipere, aut corrumpere, vel violare presumpserint, obnoxij quidem & ipsi gladio erunt; alia est, C. de plagiarijs, L. plagiarij, in fine, ubi dicitur, quod plagiarius gladio consumatur; alia est, C. de murilegulis, L. 2. lib. 12. ubi dicitur, quod quicumque contra illam legem fecerit, gladio puniatur; in alijs autem casibus, in quibus in iure fit mentio de gladio, enunciatiue vnus est D. ad legem Pompeiam de parricidis, L. unica, ubi dicitur, quod parricida neque igne, neque gladio puniatur; alius est, D. de poenis, L. aut damnum, §. primo, ubi dicitur, quod vita amittitur, si gladio in eum animaduertatur; alius est, D. de re militari, L. omne delictum, §. si quis commilitonem, ubi dicitur, quod qui commilitonem vulnerauerit; si quidem lapide, militia reicitur; si gladio, caput amittit; alius est, D. de testamentis, L. eius qui, §. fin. ubi dicitur, quod qui ad ferrum, vel ad bestias, aut in

metallum

metallum damnantur, capitaliter puniuntur; alius est, C. de maleficis & mathematicis, L. prima, ubi dicitur, quod plus est veneno hominem extinguere, quam gladio interficere; alius est, de repudijs, L. consensu, §. 1. ubi dicitur, quod si vir uxori insidietur gladio, potest uxor eum dimittere; alius est, inst. de publicis iudicijs, §. alia deinde lex, ubi dicitur, quod parricida, neque gladio, neque igne puniatur; alius est, D. de poenis, L. si quis aliquem, ubi dicitur, quod miles, qui ex castris dato gladio erupit, capitis poena puniatur; alius est, de re militari, L. qui commentus, ubi dicitur, quod qui gladium suum in bello vendiderit, desertori similis efficitur; alius est, in feudis, de pace tenenda, & eius violatoribus, §. si quis rusticus, ubi dicitur, quod rusticus arma vel gladium portans, arma perdat, vel 20. libras; rursus, in §. mercator eodem titulo, ubi dicitur, quod mercator causa negotiandi prouinciã transiens, gladium suum suae selle alliget; alius est, D. de iniusto rupto, & irrito testamento, L. si quis filio, §. sed & si quis, ubi dicitur, quod eius, qui ad gladium damnatur, testamentum sit irritum: Leges autem, quae in templo Romanae iustitiae, dispositiue de igne, flammis, concrematione, seu incendio faciunt mentionem, sunt haec, una est, C. de Iudeis, L. 2. in fine, ubi dicitur, quod quicumque cum saxis, vel alio modo contra illum, qui baptizauerit, vel voluerit baptizare, ausus fuerit insurgere, & ipsum molestare, vel alias male tractare, mox flammis delendus sit, & cum omnibus suis participibus concremandus. iuxta hoc queritur, quidam prohibet aliquem parvulum

Bb 3

vel ma.



- vel magnum baptizari, dolo vel fraude, & interim moritur, qualiter punitur? dic quod pœna, C. ne sacram baptisma reiteretur, L. nulli, et L. 2. in fin. C.
9. de Iudeis: sed nunquid Iudais posset auferri ille paruulus, ut baptizetur? dic quod non: 8. quæst. 1. cap. Iudeorum, nisi esset dominus superior, cuius esset seruus, quia tunc eum posset auferre ad vendendum, & alibi transferendum, multò fortius, ad baptizandum, & ita notatur in Decretis, 65. distinct. cap. qui sincera: alia est, C. de episcopali audientia, L. mathematicos, ubi dicitur, quòd libri diuinatorum sunt incendio concremandi: alia est, C. de hereticis, L. dānato, ubi dicitur, quòd libri hereticorum sunt diligenti studio requirendi, & publicè comburendi: alia est, C. eodem tit. L. quicumq;, circa fin. ubi dicitur, quòd tales scripturæ et chartæ hereticorum incendio concrementur, ut facinorosa peruersitatis vestigia in flammis combusta pereant: alia est, C. ubi cause fiscales, L. vniuersi, in fine, ubi dicitur, quòd bacali, seruientes, administratores et officiales dominorum, qui pretextu sui officij iniurijs, contumelijs, et depraedationib. expresserint subiectos priuatos, publicè vini concrementur: alia est, C. de mulierib. quæ seruis proprijs se immiscuerunt, L. unica, ubi dicitur, quòd mulier, quæ cum seruo suo rem habuerit, igne concremetur: alia est, C. de maleficis & mathematicis, L. 3. ubi dicitur, quòd aruspex cōcremetur, alia est, C. de raptu virginum, L. unica, circa finem, ubi dicitur, quòd seruus, qui minister fuerit in raptu cōcremetur: alia est, C. de falsa moneta, L. si quis nummos, ubi dicitur, quòd qui facit falsam moneta-

tam,

tam flammarum accessionibus mancipatur; alia est, C. de Nili aggeribus non rumpendis, L. vna, ubi dicitur, quòd qui vsurpauerit aggeres, seu Nili valata intra duodecimū cubitum flammis cōsumatur; alia est, D. ad legem Iuliam peculatus, L. sacrilegi, circa princ. ubi dicitur, quòd sacrilegi vini exuratur; alia est, D. de pœnis, L. aut damnū, §. 1. alia est, in d. L. capitalium, §. igne, D. de pœnis, ubi dicitur, quòd serui, qui suis dominis insidiantur, plerunquo concremantur; alia est, in d. L. capitalium, §. nonnunquā, D. de pœnis, ubi dicitur, quòd incendiarij vini exurantur; alia est, D. de pœnis, L. si quis alius, §. 1. ubi dicitur, quòd transfuga, hoc est, illi qui ad hostes confugiunt, vini exurantur; alia est, D. de incendijs, ruina & naufragio, L. qui ades: ubi dicitur, quòd incendiarius agrorum frumenti, vindictus, verberatus, igne necari iubetur; alia est, C. de immunitate concessa Ecclesie, L. 1. lib. 10. ubi dicitur, quòd notarius, qui falsè confecerit instrumentū immunitatis alicui, flāma castigetur; alia est, C. de Iudeis, L. nullius, ubi mādatur, quòd synagoge Iudeorum passim concremētur; alia est, C. de sacrosanctis ecclesijs, in epistola liquet (quæ est residuum epistole pontificiæ) circa med. ubi recitantur verba Esaiæ Propheta, qui cap. 50. sic ait, Contra non rectè credētes, pergite in lumine ignis et flāme, quā succendistis; alia est, C. de re mili. L. si quis à barbaris, lib. 12. ubi dicitur, quòd proditor populi Romani, viuus cōburatur; alia est, C. de iure fisci, L. iustas, ubi dicitur, quòd iustæ etiā actiones, quæ debito tēpore non sunt propositæ, debent concremari; in alijs aut casib.

Bb 4

ubi



ubi fit mentio de igne, flamma, incendio, seu concre-
 matione, enunciatiue vnus est, C. de emendatione
 seruorum, L. vnica, ubi dicitur, quod dominus pu-
 nitur ut homicida si seruum suum fecerit igne con-
 cremari; alius est, D. de poenis, L. capitalium, in
 princ. ubi dicitur, quod capitalis poena est vini co-
 crematio; alius est, C. de parricidis, L. vna, ubi di-
 citur, quod parricida ignibus omnino punitur; item
 alius est, D. de poenis, L. moris, §. ista ferè, ubi dici-
 tur, quod decuriones non debent igne exuri; alius
 est, inst. de publicis iudicijs, §. alia deinde lex, ubi
 dicitur, quod parricida neque gladio neque igne pu-
 niatur; unde in summa sciendum est, quod poena
 debet dari iuxta conditionem delictorum: poenitentia
 verò, secundum qualitatem peccatorum, ut est tex-
 tus in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio, §. sic
 11. igitur, in fine, vers. sciant etenim: in alijs autè legib.
 in quibus fit mentio simpliciter de poena capitali, in-
 telligitur de perpetuo exilio, seu deportatione, ut no-
 tauerunt ha glossa, vna est, C. ne Christianum mar-
 cipium, L. prima, in princip. super verbo, capitali:
 alia est, C. de veteris numismatis potestate, L. fin.
 lib. ii. alia est, C. de iurisdictione omnium iudicū,
 L. in criminali: alia est, D. de inst. L. si mater: alia
 est, de crimine peculatus, L. vna: alia est, C. de na-
 uicularijs, L. si statutum, lib. ii. alia est, C. de Epi-
 scopis & clericis, L. si quis non dicam rapere, in fi-
 ne: alia est, C. de his qui accusare non possunt, L.
 penult. alia est, D. de parricidis, L. frater, in fine
 glossa, & L. penult. & pro hoc videtur textus, D. de
 publicis iudicijs, L. 2. & depositi, L. bona fides, cir-
 ca prin-

ca princ. & pro hoc, quia ad minus quod potest, de-
 bet iudex punire, ut D. de poenis, L. si de interpre-
 tatione, & C. de pratorio pignore, L. fin. facit C. si
 quis eum, cuius tutor non fuerit, L. vna, cum ibi
 notatis, vel alijs poenis potest subijci, iuxta criminis
 & persona qualitatem, ut notatur, C. de seditiosis,
 L. prima, iunctis his quae notantur C. de maleficis
 & mathematicis, L. nemo super verbo, capitis, ubi
 fit mentio de quatuor poenis capitalibus: alia autem
 poena capitales, & non capitales sunt multa: vna est,
 fustigatio, ut D. de his qui notantur infamia, L. fu-
 sibus, & C. de seruis fugitiuis, Auth. sed nouo iu-
 re: alia est, corporum verberatio, ut in Auth. de in-
 cestis nuptijs, §. primo, collatione tertia, & inst. de
 publicis iudicijs, §. sed eadem lege, alia est, infamia
 notatio, ut C. de arbitrio tutela, L. fin. in fine: quae
 quidem infamia notatio, tribus modis infertur: sci-
 licet, ipso iure: per sententiam: & ex genere poena:
 ut notatur D. de his qui notantur infamia, L. Ath-
 letas, §. primo, & C. de his qui notantur infamia,
 L. fin. quod enim per sententiam efficiatur aliquis
 infamis, probatur, D. de his qui notantur infamia,
 L. Athletas, §. fin. & de furtis, L. furtum, in fi-
 ne, & sic ut ibi: alia est, poena pecuniaria, quae est
 multiplex: aliquando, auri, aliquando, argenti, ut
 C. quorū appellationes non recipiuntur, L. ab exe-
 cutore, & L. fin. in fine, & de his qui accusare non
 possunt, L. penult. & de exceptionibus, L. penult. &
 C. de appellationibus, L. quoniam iudices: alia, re-
 legationis ad tempus, ut D. de furtis, L. vulgaris:
 alia, exilij, ut D. de interdictis & relegatis, L. rele-
 gato-

gatorum, §. ad tempus, & C. ut intra certum tempus, L. nouerūt; alia, remotionis privilegij; alia, priuatio cinguli, dignitatis & honorum; alia, expulsio ciuitatis, ut notatur C. de summa Trinitate & fide Catholica, L. fin. in fine, & L. 2. in fine, eodem tit. & C. de hereticis, L. quicumq; §. pen. vers. nullū; preterea est alia, quod quis insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter illas ferales angustias comprehensus, in propinquum mare, vel amnem proyiciatur, ut C. de parricidis, L. verum, iunctis his, quæ notantur in Auth. ut indices sine quoquo suffragio, §. hos autem, collat. prima, licet ista poena sit etiam capitalis ad literā; alia, pedis truncatio, ut C. de seruis fugitiuis, Auth. sed nouo iure, cum ibi notatis, circa princ. ubi fit mentio de quadruplici incisione membrorum, et in Auth. de mandatis princ. §. coges, collat. 3. alia est, manus dextræ amputatio, ut in feudis, de prohibita feudi alienatione per Fredericum Imperatorē, cap. imperialem, §. scriba: iuxta hoc quero, nunquid membri mutilatio sit meri imperij? dic. quod sic; ut in Auth. de collationibus, §. prohibemus, collat. 9. & est gloss. D. de iurisdictione omnium iudicū, L. 3. super verbo, animaduertendū; & idem in relegatione, ut D. de furtis, L. vulgaris, & de varijs & extraordinarijs cognitionib. L. 1. §. medicus; alia est, officij priuatio, ut C. de sacros. eccl. L. iubemus, §. œconomus, et D. de custo. reor. L. carceri, et L. non facile, et C. eodem, L. ad Commentariens. & L. fin. & de officio præfecti orientalis, L. si quos, et de seruis fugitiuis, L. mancipia, & in Auth. de armis, §. pen. coll. 6. et in Auth.

in Auth. de collatio. §. 1. coll. 9. & C. de susceptorib. & arcarijs, L. si aliquid, lib. 10. alia est, administrationis remotio, ut C. de suspectis tutorib. L. qui, & D. de solutio. L. quod si fortè, circa medium, & L. quamuis, eodem tit. & C. de cohortulib. L. Græcè, & in Auth. de non alienandis, §. ad hoc, collat. 2. alia est, dupli vel quadrupli amissio, ut C. de furtis, L. de his, & C. unde vi, L. non ab re, & Locati, L. conductores; alia est exilij et verberatio, ut C. de incestis nuptijs, Auth. incestas; alia est, in arenā damnatio, ad portandum, vel ad extrahendum arenā, pro faciendis adificijs principis, vel ad debellandum in arenam, id est, in quodam loco arenoso ad hoc deputato, cum bestijs feris, ut C. de inofficioso testamento, L. in arenam, & tunc dicitur esse seruus poenæ, D. de poenis, L. qui ultimo: alia est, in metallum dānatio, ad extrahendum metallum principis, vel ad portandum sicut bestia: & talis etiam est seruus poenæ, sic D. de poenis, L. aut damnū, aliās, L. aut damnā, & in L. seruorum, eodem tit. & C. eodem, L. metalli: alia est, ad opus publicum metalli, ut D. de poenis, L. seruus, & C. de poenis, L. si operis: et inter istas duas poenas, ad opus publicum metalli, & ad metallum est differentia, prout notatur in d. L. metalli, C. de poenis, et quod sint diuersæ poenæ, text. est C. de poenis, L. si matrē: alia est, in insulā deportatio, ut D. de falsis, L. 1. §. fin. et C. eodē, L. ubi, in fine, et de poen. L. deportatorū: alia est, corporū verberatio, seu cum loris cruciatio, seu flagellatio, ut in Auth. de non alienandis, §. de eo quoq; coll. 2. alia est, omnium honorū vel partis cōfiscatio, ut C. de bonis proscript. L. pri-



- L. prima, 2. & 3. & de requirendis reis, L. 2. & de falsa moneta, L. prima, §. domus, et ut intra certum tempus criminis accusatio terminetur, L. prima, et C. si quis eam cuius tutor vel curator fuerit, L. una: & intellige, omnes tales confiscationes, poenas pecuniarias, & multas indicatas auri vel argenti regulariter applicari fisco, ut notatur D. si quis in ius vocatus non ierit, L. 2. & C. de seruis exportandis, L. 2. et de sepulchro violato, L. prima, & de seruis fugitiuis, L. requirendi: & est regulare: quod actio quae competit ad vindictam, non datur heredi, ut D. de sepulchro violato, L. sepulchri, in fine, de quo dic, ut D. de publicis iudicijs, L. ex iudiciorum, & C. ne ex delicto defunctorum, L. prima: aliquando talis poena diuiditur, & partim applicatur parti, partim fisco, ut D. de his qui deiecerunt, vel effuderunt, L. si plures, §. hac autem actio, & C. de seruis fugitiuis, L. 2. & L. quicumque, & C. de his quae poena nomine, L. una, in fine: aliquando, parti tantum, ut notatur D. de calumniatoribus, L. in heredem, circa principium glossae, adde hic undecimam theoricam de transactionibus, quae incipit, nota quod poena semel: & refert, an fiscus habeat talia bona per modum quota, vel per modum quanta: quia, si per modum quota, teneatur de ea satisfacere creditoribus hereditarijs: secus, si per modum quanta, & ita concordat, C. de sententiam passis, L. 3. & ad legem Iuliam de vi publica, L. 3. & de heredibus instituendis, L. quoties: alia est, quod quis efficiatur intestabilis: et breuiter panitur in eo, in quo deliquit, ut D. de iniurijs, L. lege

Corme-

Cornelia, §. si quis libellum, & C. communia de successione, Auth. omnes peregrini: alia denique multa sunt poena in legibus comprehensa, quas enumerare, esset magis difficile & tediosum, quam subtile, quare studio hic omissa facio: illud ex his constat, quod illa combinatio poenarum, quam Decretista faciunt extra de accusationibus, cap. qualuer & quando, dicentes, quod poena in legibus statuta, sunt septem, scilicet, tres capitales, scilicet, mors, poena metalli, & deportatio: & quatuor non capitales, ut relegatio, infamia, dignitatis amissio, & officij priuatio, seu interdictio, non videtur sufficiens, cum sint plures, quam centum, ut praedictum est: eodem modo posset dici, quod non sunt, nisi duae capitales, scilicet, mortis ad literam, & alia, civilis, quae non est ad literam: & nota bonum argumentum pro condemnatis, quod non sint infames, cum extraordinarie condemnantur, ut notatur, C. de modo multandi, L. prima.

Doctor Baert.

Ciuilis) Hac de re, multa diximus in superioribus, capite ultimo, libri primi, sub finem, quo te remitto.

Leges autem) Casus, in quibus poena mortis specificè, à lege est imposita, tradit & enumerat Guilielmus Bont in tractatulo, què sic inscripsit, & Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. finali, practicae criminalis, quaestione 67. folio 327. columna secunda, seq. & alijs, secundum impressionem Francofurtensem Nicolai Bassæi, anno 1576.

Applica-



Applicatur parti) Vnde quaeritur, quando pars poenae applicatur fisco, & altera delatori, vel alteri priuato, an debeat tota solui fisco, an autem cuique sua pars? tu dic, quod tota debeat solui fisco: & postea, ille qui debet habere partem, debet adire fiscum, & ab eo suam partem petere, secundum Bart. in L. quis delatorem, §. senatus, num. 2. D. de iure fisci, & ita de consuetudine seruatur, auctore Angelo, de maleficis, in verbo, dandis & soluendis, numero primo.

Caput XIII.

Vbicunque reperitur poena certa legibus statuta sufficit eam declarari.	numero primo.
Enunciare	} idem sunt, num. 2
Declarare	
Decernere	
Quaestio.	3
Quaestio.	4
Fines sententiae non debent excedi.	5
A verbis rescripti, per iudices delegatos, non est recedendum.	6
Poenae sunt in dubio molliendae.	7
In sententia ferenda iudex debet habere animum definiendi	8
Qui non facit, quod debet, videtur velle facere, quod non debet.	9
Contra praesumptionem iuris, & de iure non admit- titur probatio.	10
Resolutio quaestionis.	11
Verba semper sumenda sunt cum effectu.	12
Lex rebus, non verbis imponitur.	13
Practica sententiandi	14
Iudex eandem suam sententiam declarare potest.	15
Solus princeps gratiam facit.	16

Barones

Barones hodie mitigant poenas ad instar Imperato- ris.	17
Consuetudo derogat legi.	18. & 20
Restrictio regulae.	19
Consuetudo habet tres virtutes.	21
Quaestio.	22
Quaestio.	23
Quaestio.	24
Quaestio.	25

Et est sciendum, quod ubicunque reperitur poena certa legibus statuta, sufficit declarari, seu pronunciarum in talem legem, seu declarare, eum qui condemnatur, in eius poenam incidisse, quamuis de poena certa imponenda, nullam faciat mentionem, ut D. ad Turpilianum, L. prima, §. primo, & de diuersis temporalibus praescriptionibus, L. inter quatuor, circa principium, & idem in illis, quae ipso iure nulla sunt, vel quae ipso iure cadunt in commissum, ut in Authent. de non alienandis, §. quia vero cognouimus, & in Authent. de nuptiis, §. quoniam, collatione quarta, & notatur extra, ut lite non contestata, capite secundo, circa finem glossae, super verbo, enunciamus, & idem in causis oppositionum, ut C. de appellationibus, L. eos, cum ibi notatis, super verbo, instam: unde, enunciare, declarare, & decernere, idem sunt, & pro eodem sumuntur in iure: verum, tutius est, quod utrunque ponatur, scilicet declaratio & condemnatio, licet non esset necesse, ut C. de calumniatoribus, L. quae non probasset de iudicibus, iunctis his, quae notantur in simili, in dicta L. eos, super verbo, instam, C. de appellationibus, & pone hic secundam theoriam.



theoricam, de iurisdictione omnium iudicum, qua
 3. incipit, nota morem antiquorū: circa premissa qua-
 ritur, nunquid causa meri imperij sint delegabiles?
 de quo dic, ut habes in magno papyro, de officio eius
 cui mandata est iurisdictione, L. prima, & de Peda-
 4. neis iudicibus, L. placet, et in sequentibus: sed, nun-
 quid si iudex dixerit in sententia, quia constat no-
 bis, & c. ideo dictum reum condemnamus ad fur-
 cam, seu ad suspendendum, vel ad ignem, vel ad con-
 cremandum, vel ad gladium simpliciter, ita quod
 non adiciat, & ibidem moriatur, an sufficiat ipsum
 sic condemnatum suspendisse in furca, vel in igne
 fuisse positū, vel gladio aliquo fuisse percussum,
 ita, quod si statim de furca vivus cadat, vel de igne
 exeat, vel gladio percussus fuit, sit iterum suspen-
 dendus, vel in ignem reponendus, vel gladio iterum
 feriendus? & videtur quod non: cum sententia sit,
 & simpliciter lata fuerit, ut D. familiae erciscun-
 da, L. item Labeo, §. sed & si purè, & quia, ut la-
 ta fuit, habuit effectum, cum non fuerit expressa-
 tum, quod ibidem moreretur: et ideo, ille iudex im-
 putet sibi, cum hoc potuerit expressare, & apertius
 conscribere, & non fecit, ut C. de caducis tollendis,
 L. una, §. penult. vers. sed ut varietatis, & de rei
 uxoria actione, L. unica, §. primo, in fine, & nota-
 tur extra de Ecclesiis adificandis, cap. 3. circa finē
 glossæ, & pro hoc C. de poenis, L. deportatur, in fine,
 & D. de pactis, L. veteribus, & de contrahenda
 emptione, L. Labeo, & L. cum in lege, §. fin. nam,
 ubi iudex non definit, quod moreretur, ibidem non
 debemus definire, ut D. de publiciana in rem actio-
 ne,

Sed nun-
quid.

ne, L. de pretio, cum ibi notatis, & D. de evictio ni-
 bus, L. si rem, §. fin. cum ibi notatis, iunctis his
 que notantur, C. de poenis, L. servus, in fine, & cū
 purè lata fuerit, aliud imponere non debemus, ut
 D. familiae erciscunde, L. item Labeo, §. sed & si
 purè, & D. de re iudicata, L. quod iussit, & L.
 Paulus, nec sunt fines sententiae excedendi, iuxta
 notata D. de arboris, L. nō distinguemus, §. de of-
 ficio, & C. de procuratoribus, L. si procurator,
 cum legibus ibi allegatis super verbo potuit, & L.
 marinus, & de negotijs gestis, L. fin. sicut, non est
 per iudices delegatos discedendum a verbis rescri-
 pti, iuxta notata D. de arbitris, L. Padius, in fine,
 cum etiam poene in dubio sint mollienda, & miti-
 ganda, ut D. de poenis, L. si de interpretatione, &
 C. de pretorio pignore, L. fin. in fine, ad quod, D. de
 liberis & posthumis, L. cum quidam, & de actio.
 & obligat. L. Arrianus: & ideo dicitur, quod ubi
 loquimur simpliciter de poena capitali, quod in du-
 bio, pro exilio interpretatur & accipitur, tanquā
 pro minori, iuxta notata C. ne Christianum man-
 cipium, L. prima, in princ. & quod in dubio pre-
 sumatur in benigniorem partem, iuxta regulam
 iuris, D. pro socio, L. merito, iunctis his que no-
 tantur, C. de vi publica vel privata, L. in possessio-
 nem, ibi, vel in dubio, & C. ad legem Iuliam repe-
 tendarum, L. fin. & D. ad Sylleianum, L. prima,
 §. item illud, iuncta L. non omnis, §. à Barbaris,
 cum ibi notatis, D. de re militari, & iunctis his
 que notantur, C. qui testamenta facere possunt, L.
 2. super, vers. probationibus, & testamento militis

C6

L.,



L. 2. & L. testamento, circa finem, & L. omnium super verbo, comprobatur, ad quod, D. de iure fisci, L. non intelligitur, §. si quis palam, iunctis his que notantur, D. de bonis eorum, L. 2. §. si quis: & cum iudex hoc ponere potuerit, & non posuerit, videtur nolle posuisse, iuxta notata D. de edilitio edicto, L. si fugitivus, §. idem ait si servus, ad quod etiam, C. qui accusare non possunt, L. si ea, in fine, & ut intra certum tempus criminalis actio terminetur, L. prima, alias, non posset sibi imputari, iuxta notata, D. de usuris, L. cum quidam, §. si pupillo super verbo non potuit, & C. de legibus, L. ab administratione, & D. de arbitris, L. celsus, §. idem ait, & pone hic theoreticam, de conditionis causa data, que incipit, nota conditio, quod autem iudex retinere hoc vel ponere potuerit in sententia, apparet iuxta notata, C. de testamento militari, L. & militibus, in fine, ad quod, D. de iniurijs, L. diuus, la petite, & D. de his qui notantur infamia, L. quid ergo, §. poena, & pro hoc, D. de legatis tertio, L. si quis, §. fin. & videtur expressum, D. familia erciscunda, L. item labeo, §. sed etiam, & de bonis que, L. si pater, & de iniusto, rupto, & irrito testamento, L. si quis filio exheredato, §. quod tamen, nam in sententia ferenda, debet iudex habere animum definiendi, non autem debet fictè vel fatuè loqui, de quo dic ut habes in theoretica, de arbitris, que incipit, nota in sententia: igitur, sibi imputet, qui cum hoc posset ponere, & non posuit, C. de iure deliberandi, L. fir. §. sin autem, vers. vel etiam aspernandam, iunctis his que notantur, D. de pignoratitia actione, L. eleganter, §. qui reprobos,

bos, circa medium, super verbo non liberatur, & de institoria actione, L. sed & si quis, §. finali, & de edilitio edicto, L. quod si nolit, §. si culpam, & inst. quod cum eo, §. ceterum, vers. sederit, & in Authentica, quibus modis naturales efficiantur sui, §. primo, & pro hoc, D. de bonorum possessione contra tabulas, L. non omnes, §. si quis ex liberis, & D. pro socio, L. socius socio, nam qui non facit quod debet, videtur velle facere quod non debet, iuxta notata C. de liberali causa, L. solo, per consequens etiam probabilior videtur opinio eorum, qui repetitionem supplicij negant, ut sic dicamus, quod pro expedito & liberato habeatur de iure, cum magis factò, quam voluntate iudicis servatus sit, ut D. de adulterijs, L. nihil interest, & de conditione causa data, L. si pecuniam, cum ibi notatis circa principium glosse, & de minoribus, L. verum, §. si locuples, vers. & quod factò, ut sic miraculosè videatur esse factum, iuxta notata D. de donationibus inter virum & uxorem, L. si stipulatus: & sic est presumpcio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio, iuxta notata D. quod metus causa, L. non est verisimile, circa principium, cum etiam sufficiat aliquid factum ad poenam: & sic, de iure non teneatur, iuxta notata D. de his qui notantur infamia, L. quid ergo, §. quod ait prator, super verbo, accipiendum est, ad quod etiam, D. ad Trebellianam, L. mulier, §. scientia, iunctis his que notantur, D. de procuratoribus, L. ad legatum, & D. indicatum

10.
Præsump-
tio iuris &
de iure.



soluti, L. si causa tamen, §. primo, contrarium credo verius, & pro hoc reputo casum, C. de pœnis, 11. L. seruus, nam verbum suspendere, & alia verba supradicta, simpliciter prolata per iudicem, in sententia condemnatoria sine præfinitione temporis, videntur in perpetuum ius transferre, & videtur textus, D. de bonis auctoritate iudicis possidendis, L. in venditione, §. de tempore, & de liberis & posthumis, L. gallus, §. antepenult. iunctis his que notantur, D. de pœnis, L. sine præfinitione temporis, ad quod etiam, D. de usuris, L. videamus, §. primo, & inst. de exceptionibus, §. appellatur, cum ibi notatis, super verbo agentibus: & pro hoc quoque facit ius illud generale, quod verba accipienda sunt cum effectu, D. de in ius vocando, L. prima, cum ibi notatis, & ad Velleianum, L. quamuis, §. si conuenerit, & de re militari, L. si non detulit, & illud generale, mentem plus quam verba inspicere: & legem rebus, non verbis imponi, D. de in ius vocando, L. quamuis, iuncta L. omne verbum, in fine, C. communia de legatis, licet sit secus per sententiam declaratoriam, per quam ius non transfertur in perpetuum, ut D. de pignoribus, L. si fundus, §. si plures, & si seruitus venditur, L. sicut, §. sed si queratur, cum ibi notatis, & de testamentis, L. heredes palam, §. si post motam, & notatur inst. de officio iudicis, §. fin. & de exceptionibus, §. item exceptio, & quia reprehendendus est qui indistinctè loquitur, ut D. ad legem Rhodiam de iactu, L. fin. in fine, cum ibi notatis: Distingui. posset sic distingui, quod inspiceretur qualitas criminis

Mentem plus.

Distingui.

minis in hoc casu, an esset tale, quod exigeret pœnam mortis ad literam, quia tunc intelligeretur de capœna, aut tale quod non exigeret: & tunc, non: ut ex qualitate facti pœnam pensemus, argumento C. si quis Imperatori maledixerit, L. vna, sic concordantur & intelliguntur leges, D. de legatis tertio, L. quibus, & L. argento, & de rebus dubijs, L. prima, & de peculio legato, L. id quod in princ. & de iure dotium, L. cum in fundo, §. vxor, & ad Trebellianum, L. quoties pater, cum L. seq. sic distinxit glossa, D. de postulando, L. Imperator Titus, & pro hoc videtur glossa de postulando, L. puto, §. primo: 14. unde, timore iurium prædictorum, iudices criminum consueuerunt ponere in suis sententijs criminalibus: idcirco, dictum reum ad suspendendum in furca, & quod ibidem moriatur condemnamus: Et quod dicerem tamen, quod talis iudex, si esset ordinarius, ibidem moriatur. posset suam sententiam declarare, ut D. de re iudicata, L. quod iussit, & de appellationibus, L. ab ex-ecutore, §. primo, iunctis his que notantur, D. de euictionibus, L. sed si ex utriusque, sententiam dico 15: suam eandem declarare potest, iuxta L. Paulus, D. de re iudicata, & notatur, C. de arbitris, L. ne in arbitris, §. sin autem, super verbo, iudex, alias autem, non posset mutare, nec reuocare sententiam suam, iuxta notata, C. de pœnis, L. incredibile, & L. pœnam, eodem tit. nec etiam Baro vel Comes potest sententiam sui iudicis reuocare, nisi hoc actum fuerit expresse in sententia, per iura superius allegata, ad quod in feudis de pace tenenda, & eius violatoribus, §. si ministeriales, nec enim iudex relegando aliquem,



aliquem potest in sua sententia retinere, quod possit reconciliari pro tempore, & pro hoc D. de bonis qua liberis, L. si pater, & D. familiae erciscunda, L. item Labeo, §. 1. & de legatis tertio, L. si quis in principio testamenti, §. 1. nec aliquis iudex potest aliquam gratiam facere, vel poenam augmentare, nisi solus princeps Romanus, ut D. de iniurijs, L. diuus, & C. de legibus, L. digna vox, & ad legem Iuliam, de vi publica vel priuata, L. seruos, in fine, cum legibus allegatis in superioribus, hoc eodem libro, cap. 9. nu. 3. in fine, & nu. 4. in princ. & hac vera, nisi ex causis in legibus comprehensis, ut supra dixi, quod innuitur ex illo verbo facile positum in L. si operis, in fine, C. de poenis, & notatur D. de his qui notantur infamia, L. quid ergo, §. poena grauior, quae quidem cause sunt semper in sententijs talibus inferende, ut D. si mensor falsum modum dix. L. 1. cum ibi notatis, & D. de verb. obligat. L. qui Roma, §. fin. & C. de iudicijs, L. properandum, §. illo procul super verbo, in sua sententia, iunctis his quae notantur, D. de postulando, L. puto, §. 1. in verbo si autem queras, & D. si quis cautionibus, L. sed & si quis, §. 1. & C. de iurisdictione omnium iudicum, L. 1. in fine glosse. & de precibus imperatori offerendis, L. quoties, & si contra ius vel utilitatem publicam, L. 1. & C. quando prouocare non est necesse, L. 1. cum ibi notatis circa finem glosse, & de electionibus, L. minor, §. 1. iunctis his quae notantur, D. de fideicommissarijs libertatibus, L. si legatorio, in fine glosse, & C. de falsis, L. nec exemplum: Barones tamen nostri temporis, de facto, aut de consuetudine,

Causa.

17

tudine, pro libito voluntatis faciunt, prout sepiissime intellexi, quod forte facere aut possunt, aut debent, cum hodie scissum sit imperium, & talia iura imperialia sint diuisa in Barones, Comites & alios, ut notatur C. de studijs liberalibus urbis Roma, L. unica, lib. 11. & sicut Imperator facere potest, sic ipsi in sua iurisdictione, territorio, & imperio mitigare possunt poenas, quamuis non in totum remittere: nam sicut poena legis Cornelia, per statutum vel consuetudinem loci potest mitigari, ita quod puniatur quis secundum statutum vel consuetudinem, & non secundum legem, ut D. vi bonorum raptorum, L. 1. & inst. eodem, in princ. & D. arborum furtim casarum, L. si colonus, & D. de sepulchro violato, L. qui sepulchra, in fine, & de actionibus & obligat. L. quoties, sic Barones hoc possunt facere in sua iurisdictione, & hos credere verum, in leuibus criminibus: secus, in enormibus, ut est textus cum glos. D. ad Senatusconsultum Sylleianum, L. diuus Marcus, & circa hoc sic distingue, aut poena statuta, est applicanda parti, aut iurisdictioni: si parti, tunc non tollitur poena legalis per poenam statuti: si iurisdictioni, secus: sic intelligo iura pro utraque parte allegata, & pro hoc D. de publicanis, L. licitatio, §. quod illicitum, & L. 1. §. dixerit aliquis: item, quamuis poena legis Cornelia non possit penitus, & in totum tolli per consuetudinem, nec per Barones seu eorum iudices, quia esset contra bonos mores, & induceretur delictum, si absorberent totam poenam, cum Reipub. intersit, ne maleficia remaneant impunita, ut D. ad legem Aquiliam, L. ita vulneratus, cum etiam, non remitti

Co 4

poenam



Mitigare.
Mutare.
Pecuniari-
am.

penam facile publice interfit, ne ad maleficia quisquam profiliat, ut C. de pœnis, L. si operis, in fine, iunctis his quæ notantur, C. de decurionibus, L. prima, lib. 10. mitigare tamen possunt, seu mutare penam corporalem in pecuniariam, sic notatur D. de regulis iuris, L. nec ex pratorio, circa medium, quæ est notabilis, & C. de petitione bonorum sublatâ, L. prima, & in Auth. de defensoribus ciuitatû, §. quia vero, cum ibi notatis, collat. 3. & extrâ de temporibus ord. cap. 2. in fine glossæ, sic intelligo textum, cum glossa, facta æquiparatione pacti & consuetudinis, D. de pactis, L. contra iuris regulas, & L. si quis, §. primo, eodem tit. sic intelliguntur notata, extrâ de obseruatione ieiunij, cap. 2. §. prima, super verbo constituere, si ergo per consuetudinem quæ inducitur per tantum consensum populi, L. de quibus in fine, D. de legibus, possit mitigari, sicut antè diximus, ergo, multo magis per expressum consensum fieri poterit, ut C. de legation. L. si quando extraordinarium, lib. 10. & argumento D. de pactis, L. non impossibile puto, & C. de sacrosanctis Ecclesijs, Auth. multo magis, iunctis his quæ notantur, D. quod quisque iuris, L. prima, & C. de proximis sacrorum seruiorum, L. iubemus, cum ibi notatis circa principium glossæ, non autem posset in totum auferri, quia esset contra bonos mores, & sic non valeret, ut C. de decurionibus, L. omnes iudices, & L. exemplo, lib. 10. & in Auth. ut nulli iudicum, §. primo, collat. 9. & licet consuetudo deroget legi, ut D. de legibus, L. de quibus, & de sepulchro violato, L. 3. §. diuus, & ad legem Rhodiam de iactura,

Auth. L. de precatio, & quod cuiusque vniuersitatis, L. item eorum: hoc est verum, nisi expresse per legem fuerit reprobata, ut C. de furtis, Auth. nauigia, & C. de usuris, L. eorum, vel nisi sit contra ius naturale, iuxta notata extrâ de consuetudine, cap. fin. circa principium glossæ, super verbo legitime, & circa finem glossæ: vel, contra libertatem Ecclesiæ, iuxta notata, extrâ de electione, cap. cum circa, & C. de sacrosanctis Ecclesijs, Auth. cassa, vel, nisi inducat delictum, vel scandalum, vel contra bonos mores, vel, nisi absorbeat totam penam, sic intelliguntur iura superius allegata, & C. ne filius pro patre, Auth. habita, cum ibi notatis super verbo, consuetudine, alias tamen specialis consuetudo post legem veniens, vincit legem, in loco in quo est, si non est iuri naturali contraria, vel contra regulas iuris, vel contra ius fiscale, vel contra ius gentium, vel nisi absorbeat ius alterius in totum, vel nisi specialiter seu nominatim à iure fuerit prohibita, ut C. de furtis, Auth. nauigia, dum tamen adsint illa quæ notantur, D. de legibus, L. de quibus, & ext. de consuetudine, cap. fin. & C. quæ sit longa consuetudo, L. prima, 2. & 3. & inst. de iure naturali gentium & civili, §. ex non scripto, & talis, habet tres virtutes, immutandi, interpretandi, & corrigendi, iuxta notata C. quæ sit longa consuetudo, L. fin. & inst. de iure naturali gentium & civili, §. ex non scripto, hic adde quæ habes D. de legibus, L. cū de consuetudine, circa glossam, & totam materiam de consuetudine. Iuxta præmissa queritur, nunquid princeps possit tollere ius naturale? de hoc dic

Ce 5

De consuetudine
22.



- ut habes in magna papyro, D. de iustitia & iure, L. ius civile, item adde hic theoricā in proœmio, D. in parua papyro. item, iuxta præmissa queritur, nunquid iudex possit parentē suum dimittere, an vero debeat & eū punire debita pœna? & dic de hoc ut habes in magna papyro, D. de regulis iuris, L. fin. item pone hic illa quæ ponuntur in magna papyro, D. de adoptionib. L. nam ita. iuxta præmissa queritur, utrum iudex ius unicuiq; reddendo, videatur ius reddere? dic, ut in magna papyro, D. de iustitia & iure, L. ius pluribus, & adde hic theoricā de officio præconsulis, cum theorica seq. sed nunquid mortuo rege, possit Senescallus ordinare & cognoscere, donec nouus rex venerit, & ipsum confirmauerit, vel reuocauerit? dic quod sic, ut per Doctores notatur D. inst. L. si quis, §. si impubes, & hoc videtur notare glossa, D. de constituta pecunia, L. hætenus, circa principium glossæ.

Doct̃or Baert.

Sed nunquid) Hunc articulū pponit eisdem penè verbis, & tractat ex p̃fesso Ludouicus Carerius, in sua practica noua crimin. §. circa, nu. 17. vers. sed quid si condēnetur, pag. 143. col. 1. secundum impressionem Venetā, anni 1556. vbi plures authores, authorū rationes, limitationes & declarationes in vtramq; partem citat.

Præsumptio iuris & de iure) Quod cōtra præsumptionem iuris, & de iure non admittatur probatio, tenet ex p̃fesso quoque D. Ioannes Nicolai Arelatanus, in tractatu de hæreticis, notabili 24. nu. 2. per L. fin. C. arbitr. tutelæ, &

L. anti-

L. antiquæ, C. ad senatusconsultū Velleianum, & per cap. adferte, ext. de præsumptionibus, quibus adde Ioannē Franciscū Ponzinibiū, aliq; Ponzinum Placentinū, in tractatu de lamijs, nu. 60. vers. præterea ista pars, Didacum Couarruuias, in sua epitome in 4. decretal. primæ partis, cap. 4. §. 1. nu. 2. & Ioannē de Turre Cremata Sabinensem Episcopū, in cap. ferrum, nu. 4. vers. ad secundum, distinct. 50. & Panormitanum, in cap. is qui fidem, nu. 6. vers. quædā est p̃sumptio, extrā, de spōsalibus & matrimonijs. *Mentem plus*) Hac de re diximus aliquid in superioribus, ideo nihil hic repeto.

Distingui) Vide Iulium Clarum, receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, practicæ criminalis, quæst. 98. nu. 9. vers. vltimo quæro.

Et quod ibidem moriatur) Hanc cautelā refert etiam Fulgofius in L. præfenti, C. de his qui ad statuas confugiunt, attestante Ludouico Car. in sua praxi criminū §. circa, nu. 17. vers. & Fulgofius: & ita se vidisse in practica semper obseruari, testatur Ioan. Papo. l. 24. tit. 17. arresto. 14.

Causa) Cōtrouertitur apud interpretes, an iudex in sentētijs criminalibus tenatur exprimere causam? sed quicquid sit de iure, Alberic⁹ de Rozates in L. p̃perādū, §. illo, nu. 34. & seq. C. de iudicijs, ita moribus vulgò receptū scribit, ut in criminalibus sentētijs causa semp̃ inseratur, & illud dictū Alberici sequitur, & refert Ang. de Aret. de maleficijs, in verbo, & quia nobis, nu. 4. seruaturq; pluribus in locis, & ego cū praxi vacarē, vidi sæpius obseruari Duaci Cautuacorū, in gubernātia, quæ multarū causarū iudex est.

Minga-



Mitigare) Hunc articulum quoad omnia sua membra, tam respectu mitigationis, quam respectu mutationis, latissimè prosequitur Paulus Girlandus, in suo tractatu, de relaxatione carceratorum, quæst. 6. rursus, Julius Clarus, receptarum sententiarum libro quinto, §. finali pract. criminalis, quæstione 85. nu. 10. vers. ulterius quæro, fol. 383. colum. 1. secundum impressionem Francofurtensem Nicolai Bassai, Anno 1576.

Mutare) Vide Iulium Clarum receptarum sententiarum, lib. 5, §. finali, pract. criminalis, quæst. 85. nu. 11. vers. non omitto etiam.

Pecuniariam) Hinc quæritur, an valeat statutum vel consuetudo disponens, quod pro homicidio imponatur pœna pecuniaria? qua de quæstione, dic: vt scribit Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. homicidium, nu. 19. vers. sed nunquid, folio 44. columna prima.

De consuetudine) Nisi me fallit animus, hic quiescit Iacobus de Bello Visu, siue, hic definit contextus Iacobi de Bello Visu, reliquaquæ quæ adduntur, vtique suspicor ex additionibus, in contextum irrepsisse, quod vel ex eo quoque colligi potest, quia proximis nō cohæreant, & farrago quæstionum satis incompta proponatur: interim, nolui quamuis adulterina rescare, quia liberum cuius iudicium relinquere, erat in fatis.

Caput

Caput XV.

	numero primo:
Quæstio.	2
Quæstio.	3
Negatiua triplex est.	4
Qualitatis diuisio.	5. & 12
Negatiua facti, nullo modo probari potest.	6. & 13
Fallentis regulæ.	7
Oculus æquè videt quod negatur, quàm quod affirmatur.	8
Negatiua quandoque probatur per iuramenti delationem.	9
Negatiua quandoque probatur per confessionem partis.	10
Confessiones fiunt ad exonerationem partis.	11
Quæstio.	12
Ea quæ liquidè probari non possunt, coniecturis probantur.	13
In incertis est locus coniecturis.	14
Ordo probandi.	15
Iuramentum purgationis defertur in defectum probationis.	16
Sine causa neminem audit prætor.	17
Ratione incertitudinis veritas inquiritur.	18
Quibus in casibus iuramentum purgationis locum habeat, explicat.	19
Emphyteota iurare tenetur quanti rem vendiderit.	20
Mercator iurare tenetur quòd res sit sua, vt immunitate fruatur.	21
Transientes tenentur iurare quæ res sint in fardellis.	22
Purgatio est multiplex.	23
Vna præsumptio tollitur per aliam.	24. 26. 28. & 30
Consciis criminis, testimonium ferre potest.	25
Amicitia antiqua firmior est quàm noua.	27
Ad proximiora est facienda relatio.	28
Facta probant hominem.	29

Elegans



Elegans praesumptio pro emphyteota.
 Qui dolum allegat, eum probare tenetur.

Quaestio.

Iuramentum pro veritate accipitur.

Triplex est iuramentum.

1. Nunc videndum, qualiter iste criminisus poterit probare negativam, scilicet, quod non commiserit? de ista probatione negativa, dic ut habes C. de probation. L. actor, in magna papyro, & notatur, C. de sicarijs, L. 1. in princ. & D. de probation. L. 2. circa fin. & C. de errore aduocatorum, L. 2. & de codicil. L. non codicillis, & de rei vendicat. L. cum superius, alias, superueniens, & D. ad legem Iuliam maiestatis, L. famosi, & C. de iniurijs, L. si non conuicij, & D. de furtis, L. penult. unde, ista negativa aliquando probatur faciliter, aliquando non, ut D. de probation. L. cum de indebito, & extra de electione, cap. bona memoria: sed, nunquid mere negativa quae non habeat affirmatiuam implicitam in se, vel adiectionem temporis vel loci, potest aliquo modo probari? & videtur, quod non: D. de probation. L. ei qui, & C. de probationibus, L. actor: contrarium videtur, quod imò possit probari, C. de errore aduocatorum, L. 2. cum ibi notatis: tu dic, quod si sit talis, in qua haberet testis deponere verisimiliter per visum vel auditum, dico, quod talis posset probari, ut, si aliquis vellet probare, quod non vendidit, vel non erat, vel talis non est heres, nam, testis dicet, ego fui praesens in toto negotio, & vidi & audiui quod non vendidit, vel non emit, sed impignorauit: vel, dicet sic, ego fui praesens quando talis fecit testamentum, & vidi & audiui, quod non fecit

2.
 Mere negativa.

fecit talem heredem, vel, quod non legauit tali aliquo. sic C. de errore aduocatorum, L. prima, cum ibi notatis, & de codicillis, L. nec codicillos, cum ibi notatis, & C. de testibus, L. testium, & in Auth. de heredibus & falcidia, § si vero absunt: si autem non possit testis verisimiliter deponere per visum vel auditum, tunc, talis negativa non potest probari: ut, si dicat testis, ego vidi quod non fuit mutua in mense quo steti in ciuitate tali, ista non probatur secundum naturam: sic intelligitur, L. actor, C. de probationibus, sed est probanda per affirmatiuam, seu per adiectionem loci & temporis, sic C. de contrahenda & committenda stipulati. L. optimam: unde, quedam est negativa iuris: quedam, facti: quedam, qualitatis: si loquamur de negativa iuris: tunc, aut queris in his quae se habent per regulam permissorum, ut in materia de testibus & procuratorum: & tunc, ille qui negat, habet probare, ut D. de procuratoribus, L. 1. & D. de testibus, L. 1. aut queris in illis quae se habent per modum prohibitorum: & tunc, ille qui affirmat, habet probare, non ille qui negat, ut D. de collegijs illicitis, L. 1. & 2. sic intelligo quod notatur, D. quod cuiusque vniuersitatis, L. 1. super verbo salinatum: quedam est negativa qualitatis, & talis qualitas est duplex: quia, quedam est intrinseca, quedam extrinseca: rursus, intrinseca est duplex, quia quedam intrinseca est naturalis: quedam, accidentalis: naturalis, ut habere sensum naturalem, ista est qualitas naturalis intrinseca, et qui eam negat, habet probare, sic, C. de codicil. L. nec codicillos, cum similib. si autem est accidentalis, ut habere



bere scientiam: tunc, aut aliquis vult de nouo admittere, vel vult admissum repellere, si de nouo vult admitti: tunc, ei qui dicit & vult admitti ad actum, incumbit probatio, non ei qui negat, sic C. de professoribus & medicis, L. magistros, lib. 10. & de professoribus qui in vrbe Constantinopolitana, L. una, & de sacrosanctis Ecclesijs, L. qui sub pretextu, si autem vult admissum repellere: tunc, ille qui negat, non qui allegat, eam probare habet sic intelligo leges allegatas, & D. de decretis ab ordine faciendis, L. quod semel, & est ratio, quia iste est in possessione huius iuris: & ideo, praesumitur esse talis: & ideo, contrarium allegans, probare habet, sic C. de seruis exportandis, L. moneor: aut talis qualitas est extrinseca: & tunc, si aliquis pretextu qualitatē velit admitti ad actum, ut quia allegat aliquis se habere diuitias: & tunc, ille qui vult admitti ad illū actum, propter talem qualitatē extrinsecam, habet probare, & non alius, sic D. qui satisfacere cog. L. si vero, §. qui rei: & idem, si vult repellere aduersarium ex eo, quod collega sit soluendo, sic C. de probationibus, L. ex persona: & idem, si pretextu paupertatis velit admitti ad actum, vel aduersarium repellere: quia, negans huiusmodi qualitatē non habet probare, imò affirmans, sic inst. de excusationibus tutorum, §. idem proponitur, & est ratio, quia natura docet homines quod sint diuites & industriosi, cum à natiuitate quilibet nascatur pauper, quia nudus, sic C. arbitrium tutela, L. si defunctus, quaedam est negatiua facti, & de ista, traditur illa regula, quod nullo modo probari possit secundum

secundum naturam; & ista regula fallit in casibus; primo, ubi negatiua habet in se affirmatiuam tacitam, ut si dico, aliquem non esse mortuum, iam tacite dico ipsum esse viuum, sic D. ad legē Aquiliam, L. inde Neratius, §. fin. cum L. seq. secundo fallit, ubi probato, affirmato aliquo, sequitur de necessitate, quod negatiue ponitur; ut si probo aliquem non esse filium, certè probatur, quia pater fuit absens, sic D. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, L. filium; item fallit, ubi talis negatiua potest subijci inspectioni oculorum, ut si dicam, non esse scriptum in testamento, vel, aliquem non esse vulneratum mortifere, ut D. finium regundorum, L. & si irruptionem, & D. si mensor falsum modum dixerit, L. si duobus, §. secundo, & C. finium regundorum, L. tertia, & est ratio, quia eodem modo potest ostendi negatiua, sicuti affirmatiua, oculus enim aequè videt, quod negatur, quàm quod affirmatur; & isto modo, probatur negatiua per inspectionem ocularem iudicis, medicis, scriptorum, & aliorum Mechanicorum, D. de ventre inspiciendo, L. prima, §. primo, & fin. & C. de remilitari, L. semel, & de fide instrumentorum, L. comparationes; item quando, 8. probatur negatiua secundum quosdam, per iuramenti delationem, ut est, quando quis negatur dominus, D. de iureiurando, L. sed & possessory, in princ. & L. si duo patroni, §. nullius, cum §. seq. sed istud non est propriè probatio, imò potius videtur litis decisio, ut est transactio vel sententia, ut D. de iureiurando, L. prima, & L. eum qui, in princ. quando, 9. negatiua probatur per confessionē

D d

partis,



- partis, ut D. de probationibus, L. quidam, & extra de confessoribus, capite primo, libro sexto: sed istud
10. non est propriè probatio, sed probationis exonera-
tio, quia confessiones fiunt ad exonendum partes,
sic D. de interrogatorijs actionibus, L. prima, cum
ibi notatis, & ideo optimè fit positio negativa, &
pars habet respondere, ut C. de iuramento calum-
nia, L. secunda, §. primo, & d. cap. primo, extra de
confessoribus, lib. 6. sed quid probatur de casu, quo nega-
11. tiva probatur? dic, quòd quãdo habet affirmatiuam
implicitam, nõ probatur negativa, sed probatur af-
firmatiua, qua probata, probatur & negativa per
cõsequens, sic L. nec codicillos, C. de codicillis; si au-
tem negativa habeat determinationem tẽporis, vel
loci; tunc, ipsa determinatio probatur, quo probato,
sequitur negativa, ut L. optimam, C. de contra-
henda & committenda stipulatione, & potest pro-
bari, quando testis deponit de natura, sensu corpo-
reo, visu, vel auditu subiecto, puta, si dicam, Docto-
rem Baert non legisse hodie ius civile in scholis, quia
Anno 1580 rem Baert non legisse hodie ius civile in scholis, quia
Colonie illi, qui continue fuerunt in scholis, & viderunt
eum legentem continue ius canonicum, loco Docto-
ris Steenvuichij, deponunt, ipsum non legisse ius ci-
uile, quia ipsi non audiuerunt, D. de itinere actu-
que priuato, L. prima, §. hoc interdicto, & in Au-
thent. de heredibus & falcidia, §. si verò, collatione
21. sexta, unde regula est, quòd negantis factum nulla
est probatio, ut C. de probationibus, L. actor, unde,
glossa illius L. actor, remittit nos ad glossam magi-
stralem, D. de probationibus, L. 2. in qua ponun-
tur due regule, de vna me non intromitto de pre-
senti,

fenti, nisi ut supra dictum est, sed tantum de ista ne-
gatiua, qua nõ potest probari aliquo modo, ut d. L.
actor, C. de probationibus; fallit tamen in quibus-
dam casibus; primò, ubi est presumpcio pro affir- 13.
mante, ut d. L. nec codicillos, C. de codicillis, & de
ficarijs, L. 1. item fallit in quibusdam casibus, in
quibus, propter eorum enormitatem probatur ne-
gatiua, ut C. de dolo, L. faciliter; item fallit, ubi
actor iam probauit suam affirmatiuam, C. de con-
trahenda & committenda stipulatione, L. optimam;
item fallit secundum quosdam, in quodam iuramen-
to purgationis, quod purgatur per asserentem nega-
tiuam, ut C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, L.
presenti, §. sicubi, & de iure deliberandi, L. fin. §.
licentia, & est ratio, quia per presumptiones, per
iuramenta, per bonam famam, & per tales conie-
cturas hoc probatur, quia qua liquidè probari non 14.
possunt, coniecturis probantur, ut D. de re milita-
ri, L. non omnes, §. à barbaris, & sic intelligitur
glossa C. de nuptijs, L. si vicinus, in fine, & D. de
ritu nuptiarum, L. in libere, & de in ius vocan-
do, L. quia semper, & de probationibus, L. pri-
ma, & fin. quia in incertis; non certis, est locus con- 15.
iecturis, ut D. de verborum obligat. L. continuus,
& cum ita; unde in probationibus talis ordo serua- 16.
tur; quia, ei qui dicit, incumbit probatio, D. de
probationibus, L. secunda: & si non probat; tunc,
aut est presumpcio contra ipsum reum, aut nulla;
si nulla; tunc, habet locum illa regula, quòd acto-
re non probante, reus absoluitur, ut C. de edendo
L. qui accusare: si autem sit presumpcio pro agente



- contra reum, ut in casu presenti; tunc, si non potest alias probari, admittuntur domestici, & alij, qui alias non admitterentur; & tunc, si est causa civilis, & modica, statur dicto eorum, sic in feudis, si de investitura inter dominum et vasallum lis oriatur, cap. in clericorum, & cap. seq. sic intelligo notata D. de iureiurando, L. admonendi, super verbo, exacto iureiurando, & C. de fide instrumentorum, L. fin. & inopia probationum emergente, decurritur ad sacramentum purgationis, & ad aliud auxilium, quod est despiciendum, in magna causa etiam criminali, sic glossa, C. de sicarijs, L. prima, in principio, & pro hoc textus cum sua glossa, C. de rebus creditis, L. tertia, in principio, non tamen ita de facili sicut in pecuniaria, quia reus est absolvendus, cum actor plenè non probat, ut notatur D. de iureiurando, L. 3. circa principium glossæ; & istud iuramentum purgationis, datur in causa civili & criminali, in defectum probationis, & propter difficilem probationem, ut notatur in d. L. prima, C. de sicarijs, & in d. L. 3. C. de rebus creditis, & in d. L. admonendi, super verbo, exacto iureiurando, in fine, D. de iureiurando, & datur semper contra iustè suspectos, sicut notatur D. de incendio, ruina, naufragio, L. prima, §. si suspicio, & ad legem Aquiliam, L. si quis fumo, & in d. L. tertia, C. de rebus creditis, & quæ notantur D. qui satisfacere cogantur, L. si fideiussor, §. fin. alias autem sine causa neminem audit prætor, ut D. de incendio, ruina, naufragio, L. prima, §. si suspicio, & de transactionibus, L. cum hi, §. in causa, sic
- 17.
- 18.

sa, sic intelliguntur iura, qua dicunt, quòd ratione incertitudinis veritas inquiritur, iuxta notata D. si quis cautionibus, L. si eum, circa principium, nã in casu, in quo non potest alias haberi veritas, relinquatur conscientia illius, & statur sacramento suo, & pro se & eius conscientia purganda, sic C. de Episcopis & Clericis L. nulli, circa principium, vers. & siquidem, & D. de dote prælegata, L. Theopompus, & C. de fideiussoribus, L. fin. & extrã, de rescriptis, cap. statutum, §. assessorem, libro 6. & datur tale iuramentum purgationis, in multis casibus, scilicet si sit suspicio, & bona alicuius fugitivi sint deposita, vel commodata alicui, ut ille compellatur iurare, si scit; nec in domo sua, sic intelligo L. presenti, §. sicubi, cum ibi notatis, super verbo, interuentione, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt; sic etiam, cui competit aliquid sibi fieri, vel ostendi, debet iurare de calumnia, ut C. quemadmodum testamenta aperiantur, L. penult, & D. eodem, L. prima, in princ. cum ibi notatis, & D. de edendo, L. si quis ex argentarijs, §. exigitur, & qui satisfacere cogantur, L. de die, §. iubetur, & de questionibus, L. fin. in fine, item tenetur iurare relapsus & regrediens ad sanctam matrem Ecclesiã, ut notatur C. de sacrosanctis Ecclesijs, in epistola, liquet (quæ est residuum epistole pontificiæ) in fine, super verbo recepti; & si iurare recuset, est fortius compellendus; & si iurare noluerit, tanquam suspectus de errore hæretico, ut hæreticus est censendus, & tradendus est brachio seculari, ut notatur extrã de testibus cogendis, cap. ceterum, in fine,

19.

20.

Si scit.
In domo
sua.

Dd 3 & de



& de hereticis, cap. excommunicamus, §. adyciamus, vers. si vero: item, compellitur quis iurare, ubi vendidit, vel aestimat rem alicuius auctoritate iudicis, quod non per gratiā, ut C. de bonis auctoritate iudicis possidendis, L. fin. in fine; item, sacramentū prestatur per creditorem, quod tanti rem vendidit, quantum potuit reperire, ut C. de iure domini impetrando, L. fin. §. penultimo, super verbo, religione; item, purgat se quis per iuramentum, qui dicit, se rem emisse ab ignoto, ut notatur C. de furtis, L. civile, in fine, de quo iuramento prestando notatur & D. de edendo, L. prator ait, §. sed & si quis inscio domino, & de his, qui notantur infamia, L. sed & si iureiurando, & C. de his qui notantur infamia, L. non damnatos, in fine, & C. de iure deliberandi, L. finali, §. litem, cum ibi notatis, super verbo illius, & C. de iudicijs, L. properandum, §. & quidem pars, & C. quando & quibus quarta pars, L. 2. circa finem glossæ, super verbo, iurata fide, lib. 10. & C. qui bonis cadere possunt, L. prima, circa princ. & C. de non numerata pecunia, L. in contractibus, §. index, super verbo, offerri, C. de fide instrumentorum, L. si solennibus, & L. fin. circa finem principij glossæ, & C. de rebus creditis, L. 3. & L. pen. in fine, & ad legem Corneliam de sicarijs, L. 1. in princ. glossæ; & D. de publicis iudicijs, L. is qui, circa princ. glossæ, super verbo, purgetur reus, & D. de itinere actusq; priuato, L. 1. §. 1. & ibi glossa, super verbo, usus sit; aliās, nisi sit expertus & probatus, non debet se intromittere de talibus, ut dicitur in theorica ad legem Aquiliam, que incipit,

nota

nota quod nemo, in veteris item per glossas & iura 21.
 predicta potest dici, quod emphyteota, qui dicit, se
 vendidisse rem aliquā pro certo pretio, habeat iura-
 re domino, an maiori, vel minori pretio vendidit;
 eodem modo, quo mercatores Tholosani, qui di- 22.
 cunt, se habere immunitatem, non soluendi pædagi-
 um pro reb. suis, tenentur iurare, quod res sint sue;
 & eodem modo, si leuans vectigal dubitet, que res
 contineantur in sardellis sarcinarum transeuntium;
 domini rerum, vel ducentes animalia habent iura- 23.
 re, que res sint, & que species, ut C. de usuris, L.
 eos, in fine, & de littorum & itinerum custodia,
 L. una, lib. 12. quia aliās non excusaretur, ut de
 excusationibus munerum, L. maximarum, & de
 exactoribus tributorum, L. penultima, lib. 10. & C.
 de sacrosanctis Ecclesijs, L. sacrosancta; & si domi-
 ni, vel transeuntes iurare recusent, potest Leideri-
 us sardellos aperire, & videre quid est, ut C. de
 cursu publico, L. 3. circa princ. lib. 12. & sic ex præ- 24.
 dictis glossis & iurib. potest recolligi, quod quis po-
 test se purgare uno de decē modis: primò, per testes;
 secundo, per instrumentum; tertio, per presump-
 tionem; quarto, per facti euidenciam; quinto, per iura-
 menti delationem, ut extrā de restitutione spoliato-
 rum, cap. cum ad sedem, in fine, & notatur in d. L.
 prima, C. de sicarijs: sexto, ostendendo, se ex bonis
 parētib; procreatum, D. de edilitio edicto, L. quod
 si nolit, §. qui mancipia, & in Auth. de referenda-
 rijs palatij, §. penultimo, collat. 2. cum ibi notatis,
 in fin. super verbo, patribus, & C. de cohortalibus,
 L. si cohortalis, lib. 12. iunctis his, que notantur

Dd 4

C. ad



- C. ad legem Iuliam maiestatis, L. quisquis, in fine,
25. & instit. de actionibus: §. fin. nam una presumpcio tollitur per aliam, ut D. de ritu nuptiarum, L. non solum, §. de una re, & ad legem Iuliam peculatu, L. fin. circa finem, iunctis his quæ notantur, extra
26. de appellationibus, cap. postremo; septimo, ostendendo, se esse hominem bonæ famæ, bonæ conditionis, & conuersationis honestæ, argumento eorum, quæ notantur, C. de furtis, L. inutilem, & L. civile, & D. ad legem Iuliam maiestatis, L. famosi; Vnde, bona fama multum valet, iuxta notata in Authent. quomodo oporteat Episcopos & Clericos, §. sancimus, super verbo, testimonium, collat. prima,
27. & potest conscius ferre testimonium de fama et bonitate sui consortij, ut C. de agentibus in rebus, L. penultima, in principio, ver. eos enim, & pro hoc, extra de electione, cap. innotuit, & cap. scriptum, & cap. postquam, & in Auth. de Monachis, §. cogitantium, & C. de repudijs, L. consensu; octauo, si probet, se fuisse in alio loco, tempore criminis commissi, quam in loco, ubi fuit commissum, argumento eorum, quæ notantur instit. de verb. obligat. §. item verborum, & C. de contrahenda & committenda stipulatione, L. optimam, & L. seq. & notatur in L. prima, C. de sicarijs; nono, si probet, se esse affinem, vel de parentela interfecti, ut notatur in d. L. prima, C. de sicarijs, aliàs, amicum specialem et antiquum, quia, amicitia antiqua firmitior est & verior, quam noua, vel saltem tanta, ut D. de verborum significat. L. late culpa, §. amicos; & quid sit amicus? dic, ut ibi notatur, amor enim verus pendet ex

det ex animo, ut notatur C. de donationibus inter virum & uxorem, L. hac ratio, in principio glosse, ad quod C. de maleficis & mathematicis, L. tertia, circa principium, iuncta L. si non sunt, & L. verum, D. pro socio; decimo, si probet, se hominem pacificum, & quietum, & talem, qui nunquam commisit, dixit, nec fecit, nec dicere, seu facere consuevit alicui iniurias reales, & verbales rixas, inuasiones, & rebelliones, sine iusta ac legitima causa, & talia qualia sunt illa, quæ sunt sibi imposta, & quod pro tali fuit semper, & adhuc est communiter habitus, & reputatus, & haberi & reputari consuevit inter illos, qui habent notitiam de eodẽ, nam ex præterito presumitur ad præsens, & ad futurum, & ex præ-

30. Ex præterito.

senti, ad præteritum & futurum, sic D. de re mil. L. nõ omnes, §. à barbaris, & de accusationib. L. si cui, §. primo, & si cui plus, quam per legem Falcidiam, L. iste à quo, §. primo, & de tritico, vino, oleo legato, L. Seia, circa principium, & L. fin. in fine, & C. familiae erciscunde, L. quoties, in fine, iunctis his quæ notantur, D. si certum petatur, L. tertia, in fine, nam de uno tempore trahitur ad aliud presumptione, ut D. de probationibus, L. non est necesse, & est textus cum sua glossa, C. de adulterijs, L. si qui adulterij, & C. de apochis publicis, & de descriptionibus curialibus, & de distributionibus ciuilibus, L. quicumque, lib. 10. iunctis his quæ notantur, C. de probationibus, L. ex persona, nam ad proximiora est facienda relatio, ut D. de legatis primo, L. si seruus plurium, §. fin. & de testibus, L. heredes palam, §. sed si notam; nam qualis est quis hodie,

D d 5 talis



32. *ialis* praesumitur fuisse, C. de statuis et imaginibus, L. 1. & argumento D. de probationibus, L. non est necesse, & d. L. quicumque, C. de apochis publicis, lib. 10. facta enim probant hominem, in Auth. de nō alienandis, aut permutandis ecclesiasticis rebus, §. de eodem, collat. 2. & inst. in proemio, §. cumq; hoc, & C. de veteri iure enucl. L. 2. §. quae omnia, & C. de officio magistri militum, L. per Armeniam:

33. ex quibus legibus dicitur, quod si emphytheota possit probare solutam fuisse pensionē de tribus annis proximē praeeritis, quod videatur soluisse in alijs annis praeeritis, nisi contrarium probetur: & idem in decimis solutis rectori, ut d. L. quicumq;, C. de apochis publicis, lib. 10. & in feudis, quae sit investitura, cap. si vasallus, & argumento C. de fideicommissis, L. prima: & istis probatis, vel altero istorum, erit purgatus de crimine sibi imposito, & quaestiones evitabit: nisi liquidē per procuratorem fisci probetur contrarium, ut notatur C. de requirendis reis, L. prima, circa finē, iunctis his, quae notantur C. quod metus causa, L. non est verisimile, circa principium glossae, & de iure dotium, L. nuptura, & extra de presumptionibus, in Rubrica, & extra de sponsalibus, cap. 16. qui, & C. de petitione hereditatis, L. 2. circa finem glossae, & de pignoraticia actione, L. si creditor, & de instit. L. 3. & per quas personas nobis acquiritur, L. si filius. & de non numerata pecunia, L. prima, circa principium glossae, super verbo, asserit, & L. 2. eodem titulo, & D. locati, L. si quis fundum, §. Imperator, & D. de vacatione munerum, L. 1. in princ. super verbo faceret, & de

exceptio-

exceptione rei iudicata, L. si rem, & C. de evictionibus, L. pen. et qui testamentum facere possunt, L. 2. super verbo probationibus, et de appellationibus, L. qui ad civilia, super verbo, monstraverit, & de temporib. appellationū, L. 1. et de negotijs gestis, L. alimenta, super verbo ostendit, ut de pericul. tut. L. fin. & de conditione ob turpem causam, L. prima, & si servus extero emi se mandaverit, L. penult. & de falsis, L. maiorem, super verbo, probat: sic intelliguntur iura, quae dicunt, omnia licere aduersario, ut contrarium probet, iuxta notata D. de probationibus, L. ab ea parte, nam qui dolum obligat, dolum probare tenetur, & per consequens, delictum, quod dolose committitur, ut D. de probationibus, L. patronus, & L. quoties, & de suspectis tutoribus, L. impuberibus, §. fin. licet videatur notari contrarium. D. de iureiurando, L. insurandum & ad pecunias, §. alterum, & L. si non fuerit: sed, illa non obstant: quia, illud ibi fit propter malam electionem: & ideo sibi malē eligenti est imputandum: sed nunquid istud sacramentum purgationis potest referri? dic, quod non: ut notatur C. de rebus creditis, L. delata, in fine, nec aliud compellitur subire, quod deferatur sibi per partem: nisi, de consensu partium sit actum, quod lis inter partes decidatur per insurandum, ut d. L. delata, C. de rebus creditis, & D. de iureiurando, L. manifeste: & accipitur tale iuramentum pro veritate, iuxta notata D. de iureiurando, L. sed & si possessori, §. si iuravero, & L. eum qui, §. si mulier, §. si libertus: nec retractatur, nisi in casibus spacialibus notatis

D. de



D. de iureiurando, L. admonendi, & C. de rebus creditis, L. fin. in fine, & ibi glossa, super verbo, petitionem; auctori autem, voluntarium & iudiciale deferri potest, quia posset confiteri, si vellet, ut legibus superius allegatis; necessarium autem sibi deferri non potest probationum inopia, emergente, C. de probationibus, L. fin. & de falsis, L. ibi, & de pœnis, L. qui sententiam; dum tamen agatur criminaliter; licet videatur notari contrarium, D. de iureiurando, L. admonendi, super verbo, exacto iureiurando, in fine illius glossæ, & L. tertia, in principio glossæ, C. de rebus creditis; secus videtur si pecuniariter, & ita intelligitur d. glossa proximè allegata, & D. de iniurijs, L. lex Cornelia, §. primo, & sic est triplex iuramentum, ut D. de iureiurando, L. prima, & ubi auctore deferente, iuravit reus, se crimen non commisisse, non debet puniri pœna talionis deferens, ac si deficeret in probando, iuxta L. finalem, C. de accusationibus, & D. de iureiurando, L. eum qui, in principio, & C. de plus petitionibus, L. una, & C. ex quibus causis infamia irrogetur, L. non damnatos, in fine, licet non sit idem in causa matrimoniali & monachi, ut D. de iureiurando, L. tertia, §. primo, cum ibi notatis, quia hoc non est prohibitum, D. ex quibus causis maiores, L. nec non, §. eis, ad quod etiam C. de transactionibus, L. fin. sed in monachali requiritur voluntas & consensus prelati, ut ibi notatur, si est voluntarium, vel iudiciale sacramentum: quia secus, si necessarium, ut D. de iureiurando, L. 3. §. quæri potest, ad quod etiam C. de calumniatoribus, L. secunda, in fine, quia

quia in istis duobus casibus non transit in rem iudicatam, ut notatur in d. L. 3. §. primo, super verbo, agatur, D. de iureiurando: & quæ sit differentia inter voluntarium & necessarium: dic, ut notatur C. de rebus creditis, L. prima, in fine: et est ratio, quia in istis duobus casibus non transeat in rem iudicatam, quia Deo est obligatus talis, & ideo per iuramentum hominis, talis obligatio tolli non potest, ut C. de pactis, L. si seruus, & D. de arbitris, L. nam magistratus: glossa tamen dicit alibi, quod super his potest transigi, C. de transactionibus, L. finali, quam non credo veram, per iura superius allegata.

Doctor Baert.

Merè negatiua) Ut hæc intelligantur, est sciendum, quod negatiua non entis, est improbabilis secundum omnes, ut ait Ioannes Igneus in repetitione §. non alias, numero 77. D. ad senatusconsultum Sylleianum: rursus, negatiua simplex & indeterminata, est improbabilis, ut ait glossa in cap. bonæ, el primo, in verbo, per rerum naturam, ext. de electione: si autem coarctetur loco & tempore: tunc, æquè probatur ac affirmatiua, utpote cum testes deponunt in contrarium negatiuæ, & reddunt rationem, quòd non potuisset esse vel fieri, quin ipsi testes vidissent, vel sciuisent, authore Felyno in cap. nostra, numero octauo, in fine, extrà de testibus, qua de re plura nosse, qui volet, adeat huc eundem nostrum Iacobum de Bello Visu, superius in libro primo, capite decimotertio, numero septimo.

Si scit)



Si scit) Scilicet, vbi bona sint.

In domo sua) Scilicet, esse: hoc est, ille, cui defertur iuramentum purgationis, ille duo iurare debet: videlicet, se nescire, vbi bona sint: & ea, quos ad præsens, non esse in domo sua, prout hic ait Iacobus de Bello Visu: sed ego consultius fore puto, si cogatur iurare secundum tria membra, L. quod te, D. de rebus creditis.

Bona fama) Vnde versus:

*Omnia si perdas, famam seruare memento,
Qua semel amissa, postea nullus eris.*

Ex praterito) Idem tradit ex professo Franciscus Brunus, in tractatu de iudiciis & tortura, quæstione quinta, primæ partis, circa quintam quæstionem, numero secundo.

LIBER TERTIVS.

Caput primum.

Propter fugam criminofus reddit se suspectum. nu. 1.
Fuga est indicium sufficiens ad torturam. numero 2
Sine violentis præsumptionibus, & indicijs non est aliquis torquendus. 3

Ad hoc, vt aliquis torqueatur, sententia ferri debet, & ab ea potest appellari. 4

Partitio huius libri. 5

1. Nunc restat. *Nunc restat videre de quæstionibus, modo, & qualitate tormentorum, quia iste criminofus, propter fugam reddit se suspectum, iuxta notata C. de custodia*

custodia reorum, L. inter eos, in fin. glossa, & C. vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militares, post administrationem depositam, 50. dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant, L. 1. & in Auth. de exhibendis reis, §. si verò quidam, collat. 6. et C. de omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur, L. domini prædiorum, lib. 11. & D. de re milit. L. 3. §. si ad rem, & de suspectis tutoribus, L. impuberibus, §. præterea, & C. de rebus creditis, L. 3. circa medium glossa, ibi, cum dicit, vel per fugam: & quia fugata talis est sufficiens indicium ad quæstionandum, per iura allegata: cum, sine indicijs & præsumptionibus violentis & sufficientibus, non sit subiiciendus quæstioni, vt D. de quæstionibus, L. 1. circa princ. & C. de quæst. L. milites, §. fin. iunctis his, qua notantur, D. ad exhibendum, L. fin. & C. de seruis fugitiuis, L. quicumq;, super verbo, inter locatorem, & C. de custodia reorum, L. 1. in princ. idcirco, pronunciandum est per iudicem, fore quæstionandum: & à tali pronuntiatione, est licitum appellare, vt D. de appellationibus recipiendis, L. 2. Et circa quæstiones & tormenta, per ordinem sunt videnda: Primò, ex quib. causis: Secundò qui sunt quæstionandi: Tertio, qui non sunt: Quarto, qua sunt indicia sufficientia ad quæstionandum: Quintò, quis ordo seruetur in quæstione facienda: Sextò, cum quib. rebus sit consuetis quæstionari: Septimò, qualiter & super quibus sunt tales interrogandi: Octauò, in quib. casib. stetur quæstioni factæ in tormentis, & in quibus non: Nonò, quando repeti debeat quæstiones: Decimò, quis sit effectus quæstionis.

Doctor



Doctor Baert.

Nunc restat) Transitionem facit ad materiam quæstionum, simul indicat rationē, quare superioribus hunc tractatum subijciat.

Suspectum) Quod fuga reddat aliquem suspectum, refert Ioannes Thierrij Lingonensis in suo tractatu de fuga, numero primo, per L. impuberes, §. præterea, & ibi Bart. D. de suspectis tutoribus: rursus idem Ioannes Thierrij Lingonensis ibidem, numero quarto, vers. ad hæc quæritur, in principio: Marfilij in sua praxi criminali, §. attingam, numero 37. & num. 45. Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria quarta, casu 301. num. 3. folio 253. columna secunda, secundum impressionem Francofurtensem anno 1575. & plusculum Iacobus hic noster de Bello Visu infra, hoc eodem libro, capite quinto, numero 11. vers. & intelligas.

Fuga talis est sufficiens indicium) Quæstionis est, an fuga, quæ fit ante incarcerationem, faciat probationem criminis aduersus fugientem: utpote Titius reperitur occisus de nocte, simul ignoratur quis illum occiderit: Mœuius & Sempronius, postquam dictum homicidium factum esse vulgo innotuit, à ciuitate fugam arripuerunt, & nescitur, ex qua causa: quæritur, an ipsa fuga probet, illos esse istius criminis reos? & si non plenè probet, an saltè ex dicta fuga semiplena probatio oriatur? in cuius articuli discussione tres interpretū sententias inuenio: nā aliqui volunt, quod ex eiusmodi fuga induca-

inducatur plena probatio, propterea quod ipsa fuga sit in se maleficium, L. desertorem, §. desertor, & ibi Bart. D. de re militari, L. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, D. de edilitio edicto, L. impuberibus, §. præterea, & ibi Bart. D. de suspectis tutoribus: alij voluere, quod ex fuga non inducatur plena, sed tantum semiplena probatio, ut est glossa in L. admonendi, D. de iureiurando, & gl. in L. in bonæ fidei, C. de rebus creditis & iureiurando, cap. fin. ext. de successione ab intestato, cap. fin. ext. de iureiurando: Tertij vero putant, quod ex fuga, de per se, neque plena, neque semiplena probatio inducatur, sed solum quædam suspicio, per L. vnicam, C. de raptu virginum: cum enim textus ibidem post fugam requirat exactissimas siue clarissimas probationes, sequitur, quod fuga nullam faciat probationem. atque ita tenet ibidem Salycetus, quem sequitur Hyppolitus de Marfilij in sua praxi criminali, §. attingam, nu. 37. & 45. Paulus Girlandus in suo tractatu de relaxatione incarcerationum, cap. de fuga carcerati, nu. 4. vers. conclusio ergo. Menochius, de arbitrarijs iudicium, libro 2. centuria 4. casu 301. nu. 3. fol. 253. col. 2. sed ego posteriori sententiam sequor, & Paulus Girlandus in tractatu de relaxatione incarcerationum, cap. de fuga incarcerationum, num. 3. vers. circa quæ breuiter, & Franciscus Brunus de sancto Severino, in tractatu de indicij & tortura, quæstione tertia, primæ partis, §. item est aliud indicium, nu. 7. vers. ex quorum omnium, & Guido de Suzaria in tractatu de tormentis, siue de in-

Ec

dicijs



dicijs & tortura, §. quæ & qualia, cum additione D. Ludouici Bolognini, nu. 40. vers. item illud quod dictum est, & nu. 42. vers. similiter fama publica.

Pronunciandum) Idem tradit inferius, hoc eodem libro, cap. 5. nu. 25.

Et circa) Diuidit hunc librum, quo ad quæstiones in decem membra, quæ postea sigillatim profequitur & declarat.

Caput secundum.

Etiam pro crimine priuato quis quæstionatur. nu. 1
Tam ex causa ciuili, quàm ex causa criminali quis torquetur. 2

Quæstio. 3
Durus & arctus carcer est loco quæstionis. 4

1. *Circa primum dico, quod etiam pro crimine priuato quis quæstionatur, ut per glossam, in L. 1. D. de quæstionibus, & in Auth. ut indices sine quoquo suffragio, §. sin autem, & §. illud, collat. 2. non tamen ex qualibet causa, seu responsione, nec de quolibet crimine est habenda quæstio, ut D. de quæstionibus, L. edictum. & torquentur homines, tam ex causa criminali quàm ciuili, cum veritas facti reperiri non possit, ut D. de quæstionibus, L. diuus, non tamen ex omni causa quis torquendus est, nec qualibet persona indifferenter, ut dictum est. iuxta hoc quæritur de tali dubio, quod potest quotidie accidere de facto, scilicet, cōtinetur in statuto alicuius ciuitatis, villa, vel castri, quod aliquis nō possit torqueri, nisi in certis casibus: & si index extra illos casus quæstionat aliquem, incidat in pœnam statutum: sed quid si facit eum detineri in curia, vel in aliquo*
- Circa primum. Priuato.
Quam ciuili.

quo loco denegando ei alimenta, quousque confiteatur. vel, in hyeme facit ipsum stare spoliatum, donec confiteatur, nunquid videtur eum quæstionare? dico quod sic. D. de iniurijs, L. item apud Labeonem §. quæstioni, in verbis, malam mansionem, & D. depositi, L. si hominem, in princ. nam, durus & arctus carcer & quæstio æquiparantur, ut ext. de hereticis, cap. multorum querela, circa princ. vers. duro tamen carcere, in Clementinis, nam non refert quid ex equipollentibus fiat, ut D. de statuliberis, L. statuliber à ceteris, & D. mandati, L. fin. iuncta L. omnino, cum ibi notatis, D. de sponsalibus, & extra de clerico coniugato, cap. unico, lib. 6.

Denegando ei alimenta.

Doctor Baert.

Circa primum) Paulus Girlandus in suo tractatu, de quæstionibus & tortura, quæstione quinta, putat in omnibus causis criminalibus generaliter ad torturam deueniri posse, si modo præcedant legitima indicia, & veritas aliter haberi non possit, ut L. prima, in princ. D. de quæstionibus.

Priuato) Nec enim distinguitur, an delicta sint priuata, an vero publica, secundum Ludouicum Carerium in repetitione L. obseruare curabis, nu. 179. vers. & intellige, C. de appellationibus.

Quam ciuili) An in causa ciuili & pecuniaria sit locus torturæ? reperies apud D. Franciscum Brunū, in tractatu de indicatijs & tortura, quæst. 3. secundæ partis, §. tertio principaliter quæro, nu. 5. vers. sed quæro quid si, & remissiuè apud

Et a Ludou-



Ludouicum Carerium in repetitione, L. obseruare curabis, nu. 179. vers. an autem in causa ciuili, C. de appellationibus.

Additio D. Ludouici.

Quam ciuili) Circa causas quaestionis habenda, optimè locutus est D. author, cuius dictis adde dominum Abbatem in cap. cum in contemplatione, in prima columna, extra, de regulis iuris: tamen, scias quod in causis ciuilibus regulariter tortura non permittitur, vt L. diuus, & L. etiam, & ibi Bart. D. de quaestionibus, & Ang. Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica, nisi, pro delicto ciuilitè conueniatur, secundum Baldum in cap. dilectus, ext. de appellationibus.

Denegando ei alimenta) Circa hanc quotidianam & vtilem materiam tormentorum, non dico vtilem tamen pro torquendis, sed potius quo ad eos horrendam & inutilem, licet multum practicabilem, vt vides, D. author fecit quinque principales dubitationes, in quibus vis eius tota consistit cum declarationibus, interpretationibus, & limitationibus, per me in vnoquoque passu inferius subiiciendis: & primo, circa hoc primum, quod quaestio fit ad eruendam veritatem, per tormenta & corporis dolorem, dicas, quod hoc verum est: sed iudicio meo, dicitur etiam fieri per tormentum, quasi torquens mentem, à torqueo, torques: ita reperio dixisse dominum Abbatem, in cap. cum in contemplatione. col. prima, in princ. in vers. & pro intellectu materiae, ext. de regulis

lis iuris. Plus dico, quod etiam denegatio victus dicitur species torturae, textus est in L. prima, §. quaestionum, & ibi glossa, D. ad senatusconsultum Sylleianum, & ideo, malè facit iudex, denegans alimenta carcerato, qui non possit torqueri, secundum Bartolum, in L. prima, §. diuus, D. de quaestionibus, & D. Angelū Aret. in suo libello maleficiorum in verbo, fama publica precedente, in secunda columna. & adeo requiritur corporis vel mentis dolor, quod si iudex fecit quem spoliare, vt torturae eum praerberet, si confiteatur crimen, non dicitur confessio esse extorta metu tormentorum, secundum Nicolaum de Neapoli, in L. nouissimè, D. de falso tutore autore, licet Salycerus in hoc ultimo teneat contrarium, in L. 2. C. de custodia reorum, & fortè melius: nam, si denegatio victus, inducit speciem torturae: idem, in subiecto torturae & iam spoliato vt torqueatur, nam in esse videtur, L. lecta, vers. dicebam, D. si certum petatur, & facit L. penult. D. de testamento militari: pro quo facit, quia ferula dicitur esse species torturae in pueris, L. prima, §. impuberes, D. ad Sylleianum, & est glossa quā commendat ibi Baldus in L. fin. C. ad Sylleianum, & Bart. in L. ex libero, §. ex minore, D. de quaestionibus: ad idem facit, quia si filius torquetur prout torqueri debet ante patrem, coram patre, pater dicitur quasi tortus, L. sed veteres, D. de noxalibus, & tamen corpus eius nō tangitur: praeterea, ductus solum ad locū torturae, si confitetur, dicitur confessus in tormentis, L. 2. C. de quo appell.

Et 3

Doctor



Doctor Baert.

Denegando ei alimenta) Idem tradit ex professo Ludouicus Carerius in repetitione, L. obseruare curabis, nu. 180. vers. amplia, vt nec etiam isti, C. de appellationibus, pag. 39. col. prima, secundum impressionem Venetam, Anni 1556.

Caput tertium.

Liberi
Serui
Liberti
Statuliberi } quæstionari possunt. numero primo.
Masculi
Fœminæ

Fœminæ pregnantes quæstionari non possunt. 2
Liberi homines tam in seipso quam in alios torqueri possunt. 3
Personæ in dignitate positæ, torqueri non possunt. 4
Quæstio. 5
Quæstio. 6

1. Circa secundum est sciendum, quod quæstionari possunt tam liberi quam serui, & liberti & statuliberi, vt D. de quæstionibus, L. edictum, & L. ex libero, & L. diuus, & tam masculi quam fœminæ, nisi fuerint pregnantes, vt D. de pœnis, L. pregnantis, & quamuis in priore quidam contrarium dixerunt, dic tamen indubitanter, liberos homines tam in seipso principaliter quam in alios posse torqueri, vt d. L. ex libero, & L. vnius, §. testes, D. de quæstionibus, & C. ad legem Corneliam de falsis, L. sicut, & L. si quis decuria, & D. de re mili-

militari, L. proditores, & in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio, §. oportet, & C. de quæstionibus, L. milites, vbi indistinctè loquitur quo ad crimina, & quo ad personas cuiuscunque conditionis: exceptis personis positis in dignitate, quas torquere lex non permittit, ne in eis aliqua pudoris macula aspergatur, vt C. de infamibus, L. nullam, lib. 10. & de assessoribus, L. nullus, in fine: iuxta præmissa queritur, nunquid homo liber possit torqueri? videtur: quod non: quia quasi totus titulus de quæstionibus, C. & D. videtur loqui de quæstione seruorum: tu dic, quod liberi homines torqueri possunt, non solum in alios, vt dictum est, per L. ex libero, primo responso, & L. vnius, §. testes, D. de quæstionibus, & C. de abolitionibus, L. fallaciter, §. quod si ingenuorum, & C. de assessoribus, L. nullus, in fine, & D. de custodiareorum, L. diuus: sed etiam in seipso, quando deferuntur ex aliquo crimine, C. de quæstionibus, L. si cognitionaliter: aliàs, cognitis, & C. ex quibus causis infamia irrogetur, L. nullam, & C. ad legem Corneliam de falsis, L. sicut, & D. de re militari, L. proditores. quod autem liber homo possit torqueri, argumentor inconuincibiliter, per L. si quis decurio, C. de falsis, nam ibi habetur, quod decurio torquetur: nemo autem, nisi sit homo liber, potest esse decurio, vt D. de decurionibus, L. seuerus: imò, melius, D. de quæstionibus, L. finali, vbi videtur casus, quod liber homo torqueri possit, vt C. de accusationibus, L. finali, & C. de assessoribus, L. nullus, & ita obseruat generalis consuetudo. sed, queritur

Et 4

nunquid

4.

Ne in eis.

Iuxta præmissa.

Homo liber.

Tu dic. Liberi homines.

Imò melius.



nunquid principalis qua accusat, debeat tortura subijci ad veritatem criminis eruendam? videtur, quod non: quia totus titulus & tractatus de questionibus videtur consistere circa prauos torquendos, & circa testes vacillantes: sed tu dic, quod, ipsa principales persone sunt questionibus subijcienda, ut C. de questionibus L. 3. & D. de questionibus, L. prima §. diuus, & §. si quis vltro, & D. de re militari, L. proditores: procedere debent tamen inducia verisimilia, ex quibus iudicis animus informetur, ut C. de questionibus, L. cognitionaliter, & L. milites, §. oportet, & C. de falsis, L. sicut.

Additio D. Ludouici.

Circa secundum) Circa hanc secundam conclusionem, de personis torquendis, seu, quæ torqueri possint, adde quod dictum in liberis ipsemet author confirmat, hoc eodem capite, num. 5. & idem dicendum est etiam in statuliberis, textus est in L. statuliberum, D. de questionibus: & statuliber dicitur ille, cui libertas est relicta in certum tempus, vel certa conditione, L. prima, & per totum, D. de statuliberis, & ita in terminis voluit dominus Abbas, in cap. cum in contemplatione, in vltima columna, circa finem, in vers. si vero sunt statuliberi, ext. de regulis iuris, & voluit Bart. in L. diuus Pius, D. de questionibus, & Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, vers. fama publica precedente, in vers. sexto quæro, quæ personæ. vbi dat regulam generalem, quod omnes possunt torqueri, nisi sint excepti à iure: de ser-

uis

uis autem dicas tu clariùs, quod, aut volumus torquere contra extraneum: &, indistinctè possunt: aut, contra dominum, & non possunt, nisi in subsidium, nisi sit super facto communi, domini & serui, L. quicumque, C. de seruis fugitiuis, & nisi in criminibus exceptis, vt læsæ maiestatis, & similibus, ita voluit D. Abbas, vbi supra in vltimis verbis, licet D. Angelus, vbi supra simpliciter dicat seruos torquendos.

Doctor Baert.

Questionari possunt) Hæc omnia verbotenus inuenio tradere Guidonem de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, num. 8. vers. quæ autè personæ: rursus, Ambertus de Antramonina Bononiensis, in tractatu super materia questionum seu torturæ, numero primo, vers. modo videndum est. meminit & eorum Franciscus Brunus, in tractatu de iudicijs & tortura, questione quarta, secundæ partis, §. quarto principaliter, numero primo, & Ludouicus Carcerius in repetitione, L. obseruare curabis, numero 180. vers. circa tertium, C. de appellationibus.

Pregnantes) Nam mulier quam diu pregnas torqueri non debet, L. pregnantis, D. de pœnis, vbi plus dixit glossa, quod etiam post partum depositum per quadraginta dies non torquetur, & illam glossam tenet Andreas de Pisis, & Baldus, in L. imperator, D. de statu hominum: & est ratio, quia intra quadraginta dies post partum non est fortis mulier, ad subeunda tormenta, secundum eos, & idem tenet Bart. in

Ee 5

L. preg-



L. pregnantis, D. de pœnis, addens rationem, quia si intra quadraginta dies torqueretur, cum sit debilis, moreretur, & iudex excedens modum puniretur: debet ergo differri, donec sit fortis ad torturam, secundum eum, & plus voluit Baldus, in L. imperator, D. de statu hominum: quod si mulier pregnantis torquetur & confiteatur, quod non valet talis confessio facta in tormentis, quia, cum illicita sit tortura, non valet etiam quod sequitur ex ea, argumento L. maritus, D. de quæstionibus. porro, quod de muliere pregnantis dicitur, habet locum, etiam si sit pregnantis ex alio quam ex marito, L. ex feruorum, §. penu, D. de statu hominum, & idem, si est pregnantis de pauco tempore, puta decem vel viginti dierum, secundum Baldum.

Ne in eis) Hæc omnia suppleuimus ex Guidone de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, nu. 16. vers. item in dignitate positi.

Iuxta præmissa) Hunc locum verbotenus ita retulit antea Guido de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, nu. 81. vers. sed nunquid liber homo.

Additio D. Ludouici.

Homo liber) De libero homine, vt possit torqueri, iudicio meo, non est dubitandum, licet D. author ad hoc probandum, multum laboraret, prout vides: nam ego habeo hoc pro absoluto, & licet de hoc dixerim in principio huius operis, tamen nunc pro confirmatione dico vnum vltra omnes: nam, si liber homo torqueri

non possit, profecto, ex mille delictis non puniretur vnum, contra L. ita vulneratus, D. ad legem Aquiliam, nam in delictis non semper sunt presentes testes: imò, qui malè agit, communiter odit lucem, vnde ex hac ratione, primò debet posse liber homo absque dubio torqueri, & contra se & contra alios.

Tu dic) Idem scilicet antè quoque dixit hoc eodem cap. numero primo.

Doctor Baert.

Liberi homines) An, quando, quomodo, quibus casibus, & qui liberi homines torqueri possint, exactè quoque tradit Franciscus Brunus, in tractatu de iudicijs & tortura, quæstione quarta, secundæ partis, §. quarto principaliter, nu. 4. & multis seqq. vers. quod dictum est.

Imò melius) Hæc omnia suppleuimus ex Guidone de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, nu. 82. vers. sed nunquid liber homo, circa finem.

Caput quartum.

Milites
Veterani
Decuriones
Eorum filij
Viri præfectissimi
Magni generis
Dignitatis
Viri eminentissimi
Iudices
Minor
Decrepitus
Mulieres pregnantes

} questionari non possunt.
numero 5. & 7

Quæstio.



Quæstio.	2
Quæstio.	3
Quæstio.	4
Exceptio.	6. & 9
Quæstio.	8
Quæstio.	10
Quæstio.	11
Quæstio.	12

1. **Milites. Veterani. Decuriones.** Tertio est videndum, qui non sunt questionandi? & dicitur: quod milites, & veterani, & decuriones, & eorum filij non questionantur, ut C. de questionibus, L. milites, circa princ. & L. decuriones, circa princ. cum ibi notatis, & D. de decurionibus, L. fin. nec etiam viri prefectissimi, & magni generis, vel dignitatis, ut C. de questionibus, L. diuo Marco, & ad legem Iuliam maiestatis, L. nullus, cum ibi notatis, & de ista nobilitate generis loquitur lex, C. de episcopali audientia, L. tam dementis, & in L. nullus, C. ad legem Iuliam maiestatis, & C. de nuptiis, L. si furiosi, & de commercijs & mercatoribus, L. 3. & in Auth. de defensoribus ciuitatum, §. si qui vero, & de mandatis principum, §. penult. collat. 3. & in feudis, de pace tenenda, cap. si miles: sed, nunquid Doctor questionari possit, inuestigationis est? videtur, quod non: ut D. de in ius vocando, L. parentes, & de senatoribus, L. unica, cum sit miles, & scientia eum nobilitet, sicut diuitia, argumento eorum que notantur, C. de postulando, L. prouidendum, in principio glossæ, & extra de prabendis, cap. venerabilis, & in Auth. de testibus, §. primo, collat. 7. & C. de commercijs & mercatoribus, L. 3. & de aduocatis diuersorum iudicum,

dicum, L. aduocatus, maxime, cum videatur in clarissima dignitate, ut C. de aduocatis diuersorum iudicum, L. prima, ad quod, C. de dignitatibus, L. Severinam, lib. 12. & de questionibus, L. decuriones, & L. milites, & L. diuo Marco: sed nunquid Consules capitularij, seu, consules nostri temporis possunt equiparentur decurionibus? credo quod non: cum equiparentur decurionibus, ut notatur D. de dolo, L. sed & si ex dolo, §. primo, & C. de decurionibus, in rubrica, sed nunquid filij naturales decurionum, & nobilium excusantur à tormentis sicut naturales & legitimi? videtur, quod sic: D. de questionibus, L. parentes, & de senatoribus, L. unica: dicitur, quod non, sic intelligitur §. L. diuo Marco, in secundo responso, cum legibus ibi allegatis, C. de questionibus, & iura que dicunt, quod idem est ius de patre naturali, quod verum est, quo ad iura naturalia, ut ei presteretur honor, & quod alimentetur, & similia: non autem quo ad illa que sunt iuris ciuilibus, quia tunc intelligitur de naturali & legitimo, ut est expressum, C. de adulterijs, L. 3. & C. de institutionibus & substit. L. generaliter, §. fin. & videtur expressum C. de suis & legitimis hered. L. ex libero, cum ibi notatis in princ. tales enim matris conditionem sequuntur, non patris, ut D. de statu hominum, L. lex natura, & ad municipalem L. prima: & ideo, dico, si talis habeat matrem nobilem, & patrem plebeium, quod possit questionari per leges predictas: & licet de alijs liberis hominibus questio haberi possit, secundum iura superius allegata, excipiuntur tamen quedam persona, quæ torqueri ius non permit.

5. Excipiuntur.



Quatuordecim annis. Virgis corrigi.

Decrepito.

Ignoscitur

6. Læse maiestatis.

7. Prægnantes.

8. Nostri temporis.

permittit: in primis, excipiuntur aliqui propter ætatem, ut minor quatuordecim annis, nam torqueri non potest, tamen ferula cadi, & virgis corrigi potest leuiter, ad eruendam veritatem, ut D. ad senatusconsultum Syllcianum, L. 1. §. impubes, & L. excipiuntur, D. de questionibus, L. de minore, & L. ex libero, §. de minore. Hostiensis autem circa hoc distinguit, dicens, quod aut est doli capax, aut non: primo casu, punitur, iuxta L. impuberem, D. de furtis. secundo vero casu, non: ut L. infans, D. de sicarijs, & de hoc dic, ut notatur per Hostiensem in summa, in titulo, de delictis puerorum, vers. sed nunquid maior septē annis: item, decrepito subuenitur, ut non torqueatur: sed, quæ dicitur illa ætas decrepita? habes D. ad senatusconsultum Syllcianum, L. 3. §. ignoscitur. item, positi in dignitate nõ torquentur, ut eminentissimi viri, iudices, milites, & decuriones, & filij predictorum, ut supra dictũ est. sed in quibusdam casibus, dignitas, non præberet excusationem veniæ, nec minor ætas, ut in crimine læsæ maiestatis & prodicionis, & alijs, de quibus habes, D. de questionibus, L. de minore, primo responso, & L. ex libero, §. primo, & de re militari, L. desertor, §. is cui, & L. proditoris, & C. de falsis, L. si quis decurio: rursus, mulieres, quamdiu sunt prægnantes, non debent torqueri, ut D. de pœnis, L. prænantis, & arg. D. de statu hominum, L. imperator Adrianus: sed, quid de militibus nostri temporis, an possunt subijci quæstionibus? dic, quod sic, cum in assumptione militia multa inueniantur in eis deficere, nec illa obseruentur, quæ veros mili-

tes decet obseruare. & ideo, militaribus priuilegijs non debent gaudere, ut in Auth. de mandatis principum, §. fin. collat. 3. cum ibi notatis: quemadmodum, ubi non obseruatur solemnitas fabricensium cum fabricensis efficitur, habetur pro non fabricensi, & sibi fabricensia priuilegia denegantur, C. de fabricensibus, L. si quis consortium, lib. 11. & C. de Episcopis & Clericis, L. generaliter, vers. eos tamen, ubi, clericis non seruantibus solemnia clericalia priuilegia denegantur, ut habemus in L. nominationes, C. de appellationibus: præterea, veri etiam milites in quibusdam casibus torquentur, & habentur quo ad hoc pro non militibus, ut D. de re militari, L. proditores: sed, quid dicemus de cœlestis militia militibus? dic, quod præbyteri non torquentur, clerici autem sic, de iure ciuili, ut C. de Episcopis & Clericis, L. præbyteri, cum ibi notatis, & C. de abolitionibus, L. fallaciter, hodie autem de iure nouissimo, secus, ut in feudis, de statutis & consuetudinibus contra libertates Ecclesie, cap. statumimus: præterea, militibus terrestribus est concessum: ergo, multo fortius cœlestibus, ut C. de sacrosanctis Ecclesijs, L. sacrosanctæ: sed, quid de iudicibus & aduocatis nostri temporis, nunquid possunt torqueri? videtur, quod non: sicut nec milites, C. de aduocatis diuersorum iudicum, L. aduocati: præterea, sicut militibus concessum est priuilegium, ne condemnati teneantur, nisi in quantum facere possunt, ita & aduocatis, ut D. de re militari, L. milites, primo responso, cum ibi notatis: contrarium videtur, quia

In quibusdam casibus. 10. Cœlestis militia. 11. Aduocatis



quia nulla lege cauetur quod indices & advocati torqueri non possint: ergo, sine lege loqui non debemus, L. illam, C. de collationibus, sed prior opinio verior est de iure, per iura superius allegata, de consuetudine tamen, quæ est optima legum interpret, contrarium seruatur: sed quid dicendum est de consiliarijs ciuitatum nostri temporis? dic, quod de iuris solemnitate non debent torqueri, quia cuiuscunque ciuitatis consiliarij, decuriones sunt, ut D. quod cuiusque vniuersitatis, L. nulli, & de verborum significat. L. pupilli, §. decuriones, sed generali consuetudine, contrarium obseruatur.

Doctor Baert.

Milites) Idem tradit ex professo, Paulus Girlandus in suo tractatu de quæstionibus & tortura, quæstione sexta, num. 2. vers. quorum quidam, subiungens, illud introductum priuilegio militum, & fauore Reipublicæ, per L. milites, in princ. C. de quæstionibus.

Veterani) Non ignominia causa missi, secundum Franciscum Brunum, in tractatu de indicijs & tortura, quæstione quarta, secundæ partis, §. quarto principaliter, nu. 19. vers. item milites.

Decuriones) Decuriones inquit Paulus Girlandus, in tractatu de quæstionibus & tortura, quæstione 6. nu. 2. vers. secundo excipiuntur, torqueri non possunt, quamdiu sunt in decurionatus officio, propter officij dignitatem, L. milites, L. decuriones, & L. diuo Marco, C. de quæstionibus. Ludouicus autem Carerius, in repeti-

repetitione L. obseruare curabis, nu. 180. vers. & ideo decuriones, C. de appel. etiam depositio officio, decuriones torqueri posse negat, in memoriam pristinae dignitatis, L. nihil, in fine, C. de quæstionibus, L. fin. D. de decurionib.

Additio D. Ludouici.

Consules) Circa Consiliarios non torquendos, sum omnino cum domino authore, nam consiliarij successerunt loco decurionum, secundum Bart. in L. prima, D. de officio assessorum, & notatur in rubrica C. de decurionibus, libro decimo. Plus dico, quod iudex torquens eos, capite punitur, secundum Baldum in L. decuriones, C. de quæstionibus, & D. Angelus Aretius in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama, in vers. quæro quæ personæ, vbi dixit, hoc non habere locum in crimine læsæ maiestatis, & prodicionis populi, allegat textum in L. fallaciter, C. de abolitionibus.

Doctor Baert.

Equiparantur decurionibus) Idem tenet ex professo Ludouicus Carerius, in repetitione L. obseruare curabis, numero 180. vers. loco quorum decurionum, C. de appellationibus.

Excipiuntur) Idem verbotenus antea tradidit Guido de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, numero duodecimo, vers. excipiuntur, & Ambertus de Antramoniam Bononiensis, in tractatu super materia quæstionum, & torturæ, numero secundo, vers. omnia prædicta, & Franciscus Brunus, in tractatu de indicijs

Ff

& tor-



450 PRACT. CRIMIN. DE
& tortura, quæstione quarta, secundæ partis,
§. quarto principaliter, numero decimosexto,
vers. excipitur, & Paulus Girlandus, in tractatu
de quæstionibus, & tortura, quæstione sexta,
numero 4. vers. tertio excipiuntur.

Quatuordecim annis) Cùm antea legere-
tur IIII. annis, ego reposui XIII. annis, eò
quòd authores alij, qui verbotenus hæc eadem
tradunt, & ante hùc Iacobum nostrum de Bel-
lo Visu tradidere, ni fallor, ita legant, & quia ra-
tio suadeat.

Additio antiqua.

Virgis corrigi) Vnde, si per statutum pœna
manus, vel membri imponatur, & iudex habet
punire puerum vel senem, potest ille iudex dis-
pensare, nec poterit appellare, ita dicit Bal. in
L. quicumque, C. de seruis fugitiuis, argumen-
to, L. qui Posthumos, in ratione illius literæ, D.
ad senatusconsultum Sylleianum: quod nota,
vt scias euadere puerum vel senem ab amputa-
tione membri, pro hoc vide textum in L. auxi-
lium. §. in delictis, ibi, nisi quatenus interdum
miseratio, ad mediocrem pœnã iudicem per-
ducit, & ibi glossa in verbo, miseratio, D. de mi-
noribus, & vide glossam ordinariam in L. quid
ergo in §. pœna grauior, in vers. onerasset, in
principio, D. de pœnis.

Doct̃or Baert.

Decrepito) Idem verbotenus antea tradidit-
se video Guidonem de Suzaria, in tractatu de
iudicijs

BELLO VISU, LIBER III. 452
iudicijs & tortura, nu. 14. vers. item ætati. me-
minit & Franciscus Brunus in tractatu de indi-
cijs & tortura, quæst. 4. secundæ partis, §. quar-
to principaliter, nu. 18. vers. item non torque-
tur: sed Paulus Girlandus in suo tractatu de
quæstionibus & tortura, quæstione sexta, nu. 7.
vers. quidã propter, negat indistinctè, seu gene-
raliter, etatem excusare à tortura, excepto vno
casu, qui refertur in L. 3. §. ignoscitur, D. ad se-
natusconsultum Sylleianum: aliàs (inquit) nul-
lam video rationem, quare senex torqueri non
possit in casibus, in quibus de iure ciuili deue-
niri potest ad torturam, saltem, leuiter & tem-
peratè, siue mitiùs, quàm alij robustiores & iu-
niores, L. prima, §. diuus, & L. de minore, §.
tormenta, D. de quæstionibus.

Ignoscitur) Addas huic textui cap. vltimum,
80. distinct. & Ioannem Andreæ, in proœmio
libri sexti: vnde versus:

*Infans, inde puer, adolescens, post iuuenis, vir,
Dicitur inde senex, postea decrepitus.*

Lesa maiestatis) Idem tradit ex professo
Ludouicus Carerius, & antea verbotenus Am-
bertus de Antramonìa Boniensis in tractatu su-
per materia quæstionum & torturæ, nu. 2. vers.
in quibusdam tamen criminibus, & Franciscus
Brunus in tractatu de iudicijs & tortura, quæ-
stione quarta, secundæ partis. §. quarto princi-
paliter, num. 24. vers. sed prædicta limita. Pos-
tremò, Paulus Girlandus in suo tractatu de
quæstionibus & tortura, quæstione sexta, nu-
mero decimo, vers. prædictas tamen limita-
tiones.

Ff 2

Additio



Additio antiqua.

Pregnantes) Non solum pręgnantes nõ debent torqueri, sed nec puniri, vt allegata L. Imperator Adrianus, D. de statu hominum, & notat glossa in L. negat lex regia, D. de mortuo inferendo, & sepulchro ædificando, & idem habet locum in ancilla, secundum glossam & Doctores in dicta L. Imperator, D. de statu hominum, quia est eadem ratio, ne partus pereat: vbi verò pepererint, aliud est, quia possunt alteri dare puerum educandum: & si reperiatur, quòd nullus velit nutrire dictum partum, debet de publico nutriri, ne executio differatur, argumento L. primæ, C. de seruis qui pro premio accipiunt libertatem, & L. lege Cornelia, & ibi glossa super verbo, damnati, D. ad Syllianum.

Doctor Baert.

Nostri temporis) In hac quæstione, an videlicet milites nostri temporis torqueri possint, variæ sint Doctorum sententiæ, prout eas adfert Franciscus Brunus, in suo tractatu de indicij & tortura, quæstione quarta, secundæ partis, §. quarto principaliter, numero 19. vers. sed quid de militibus, nam Cynus in L. tertia, C. ad legem Iuliam maiestatis, existimat omnino, torqueri posse, cum non sint propriè milites, & idem vult Angelus in L. milites, D. de quæstionibus, quos refert & sequitur Aret. in tractatu maleficiorum, in glossa, fama publica, col. 23, in vers. sextò quæro, & idem approbat

bat Angelus in additionibus ibidem: Contra, Salycetus, in L. prima, C. de iuris & facti ignorantia, tenet indistinctè, quòd milites nostri temporis omnino torqueri non possint: & idem dicit, velle Guilielmum de Cuneo, in L. penultima, D. ex quibus causis maiores, & istud dicit approbari per Modernos, in L. centurio, D. de vulgari & pupillari substitutione: idem tenet Paulus Girlandus, in tractatu de quæstionibus & tortura, quæstione sexta, numero secundo, vers. sed quæro an hodie milites, adferens vlteriùs idem ibidem, numero 3. quòd consuetudo in contrarium non valeret, & Ludouicus Carerius, in repetitione L. obseruare curabis, numero 180. vers. quod etiam procedit, pag. 39. columna secunda, secundum impressionem Venetam, anni M. D. LVI. quibus addere libet id ipsum verbotenus antea tradidisse Guidonem de Suzaria, in tractatu de indicij & tortura, numero 104. §. an milites nostri temporis.

Additio D. Ludouici.

Nostri temporis) Aliàs promisi tibi examinare, an milites nostri temporis possint torqueri, in tractatu de præcedentia Doctoris & militis circa finem, in additionibus meis ibidem: nunc igitur scias velim, quòd milites nostri temporis euntes quotidie per plateas, non gaudent priuilegijs militum, prout dixi tibi in loco præallegato, possunt torqueri, sicut alij priuati, ita voluit Bart. in suo tractatu de quæstionibus, licet (iudicio meo) ille tractatus non fuerit



Bartoli, vt videre poteris ex stylo eius, tamen attribuitur Bartolo: sed, vltra Bartolum, dicas, quòd idem voluit Cynus in L. prima, C. de iuris & facti ignorantia: tamen reperio eundem Bartolum in L. prima, in fine, C. qui bonis cedere possint, dicentem, quòd milites nostri temporis non possunt carcerari pro debito contractus, vel vltimæ voluntatis, quia, secundum eum, veri milites sunt: aliàs, falso vocabulo vterentur: & licet non habeant insignia antiquæ obseruantia, tamen, habent insignia nouæ obseruationis, quæ loco veteris successit: & idem comprobauit Ioannes de Lignano, in capit. quanto, in penultima columna, extrà de magi. sed, tu non recedas à prima opinione, quia imò isti non sunt veri milites, prout vult expressè D. Abbas in dicto capit. quarto: pro quibus facit, nam, insignia sola esse vera, non est illud, quod facit milites gaudere priuilegijs suis, sed exercitium: prout probatur in L. penultima, C. de testamento militari, vbi dicitur, quòd miles non militans, non gaudet priuilegijs militum: ergò, multò minùs debent gaudere milites nostri temporis, qui non habent, nec vnquam habuerunt vera insignia, nec etiam exercent officia militaria, seu non militant. ad idem facit quod dixit Baldus in L. penultima, C. de testamento militari, & Bartolus in L. officiales, C. de Episcopis & Clericis, & idem Ioannes de Lignano in Clementina, cùm ex eo, de sententia excommunicationis, & Angelus in consilio 197. quod incipit, in Dei nomine visa narratione, &

ne, & domini Canonistæ, in capit. secundo, extrà de foro competente, vbi dixerunt, quòd milites, seu fratres gaudentes, non gaudent priuilegijs clericorum, ergo, in proposito nostro, milites nostri temporis non debent etiam gaudere priuilegijs veri militis: & in terminis voluit Dynus, in suo tractatu de quæstionibus, in vers. quæ personæ possunt torqueri, in verbis, modò dictum est, & Cynus & Angelus in L. milites, C. de quæstionibus, & Cynus in L. tertia, C. ad legem Iuliam maiestatis: in terminis etiam voluit Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo, fama, in vers. sexto quarto, quæ personæ.

Doctor Baert.

In quibusdam casibus) Exemplum superiùs assignauit in crimine læsæ maiestatis, ex L. quisquis, C. ad legem Iuliam maiestatis.

Cælestis militia) Vide Ludouicnm Carerium in repetitione L. obseruare curabis, numero centesimo & octogesimo, vers. item excipitur clericus, pagina trigesima nona, columna prima, secundum impressionem Venetam, anni M. D. LVI. & Guidonem de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, numero centesimo & septimo, §. quid de militibus.

Additio D. Ludouici.

Cælestis militia) Idem sentire quosdam, refert dominus Abbas, in capit. cùm in con-



templatione, in prima columna, in vers. quinto quæro homines, extrà de reg. iuris, ubi tamen ipse postea decidit contrarium: & plus dicit, quod etiã si essent presbyteri, possunt torqueri: subdit tamen, quòd clerici in vno sunt priuilegiati, quòd tortura non debet esse ita seuerà in eis, sicut in laicis: vnde, non debent supponi aculeis, vel funiculis, sed virgis, seu corrigæis, secundum textum in cap. primo, in fine, 23. quæstione tertia.

Doctor Baert.

Aduocatis) Hunc articulum, scilicet, an Doctores & aduocati torqueri possint, elegantissimè disputat in vtramque partem Odofredus in suo tractatu de quæstionibus, circa finem, prout eum refert ad longum Franciscus Brunus in tractatu de iudicijs & tortura, quæstione quarta, secundæ partis, §. quartò principaliter, numero vigesimo secundo, vers. quid autem de Doctoribus, vbi præterea recenset omnia ea argumenta, quæ noster hic Iacobus de Bello Visu adfert, & addit vltèrius, quòd Doctores legum & aliarum scientiarum non possint personaliter capi, vel ad iudicium duci, vel alio modo vexari, secundum Bartolum in L. 3. C. de professoribus & medicis, libro decimo: Deinde, omnis qui in dignitate positus est, non potest torqueri, secundum Odofredum in L. omnes, C. de decurionibus, libro decimo. Sed aduocati, Doctores, & similes, sunt etiam positi in dignitate, secundum Bartolum in L. prima, C. de dignitatibus, libro duodecimo, ergo torqueri.

queri non possunt: ad idem facit, L. nullus, C. ad legem Iuliam maiestatis: ergo, gaudent eisdem quoque priuilegijs, quibus illi, qui sunt in dignitate positi, secundum Ludouicum Carenum in repetitione L. obseruare curabis, numero 180. vers. item excipiuntur Doctores, pagina 39. columna secunda, secundum impressionem Venetam anni M. D. LVI. per consequens & aduocati: etiam, deposito officio aduocationis, secundum eundem, quia semper eandem dignitatem retinent, ex sententiã quoque Guidonis de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, numero 108. vers. quid de iudicibus, vbi verbotenus habet ea, quæ noster hic Iacobus de Bello Visu recitat.

Additio D. Ludouici.

Aduocatis) Sum propositi, quòd, nec de iure, nec de consuetudine possint aduocati torqueri, nam de iure habeo hoc pro expedito, prout conclusit ipsemet author, pro quo faciunt ea, quæ dixi suprà in additionibus meis, de præcedentiã Doctoris & militis, nam argumenta ibi facta, manifestè concludunt, quòd aduocati multò minùs possunt de iure torqueri quàm milites: de consuetudine etiam non possunt torqueri: nam, consuetudo inducens, quod personæ priuilegiatæ torqueantur, non valet, textus est in L. omnes iudices, & hoc ibi voluit Bartolus C. de decurionibus, libro decimo.

Ff 5

Doctor

Sed prior) Hæc addenda putavi ex Francisc. Bruno, in tract. de indicatijs & tortura, quæst. 4. secundæ partis, §. 4. principaliter, num. 23. vers. factis hinc inde argumentis.

De consuetudine) Hanc consuetudinem nusquam se dicit vidisse obseruari Franciscus Bruno in tractatu de indicatijs & tortura, quæst. 4. secundæ partis, §. 4. principaliter, nu. 23. circa fin. vers. & ita legi aliquos modernos: & si foret (inquit) aliqua talis consuetudo, ea nõ valeret.

Caput quintum.

Admonet iudices.	numero primo.
Quæ indicia requirantur ad torturam.	num. 2
De indicatijs, certa regula tradi non potest.	3. & 6
Tremor	} sunt species indiciorum, numero 4. 6. 8. 10. 12. 14. 20. 22. 27. 29. & 31
Loquela timidior	
Pallor in facie	
Declinatio oculorum versus terram	
Fama	
Consuetudo	
Sententia	
Pactum	
Iactatio	
Latitatio	
Fuga	
Contumacia	
Confessio subita	
Negligentia puniendi	
Testis vnus	
Affirmatio defuncti	
Conuersatio	
Inimicitia	

Testis

Testis vacillans quæstionatur.	numero 5
Nõ caret omni veritate, quod communiter dicitur.	7
Consuetudo patrisfamilias semper est attendenda.	9
Fuga de per se probationem nullam facit.	11
De præsentis præsumitur ad præteritum & futurum.	13
A tormentis non est incipiendum.	15. & 35
Omne, quod non determinatur à lege, relinquitur arbitrio iudicis.	17
Iudex arbitratur inspecta conditione personarum & criminis.	18. & 21
Indicia quid sint, quem effectum habeant, & vnde dicantur.	19
Quibus ex causis pater filium exhæredare possit.	23
Quæstio utilis & quotidiana.	24
Ab interlocutoria sententia, facta super quæstione, appellatur.	25
Quæstio.	26
Obiectionum solutio.	28
Fama per se non probat, & quatenus.	30. 32. 34. & 36
Quæstio.	33
Inimicus contra inimicum suum, in testem adhiberi non debet.	37
<i>Circa quartum est sciendum, quæ sint indicia sufficientia ad torturam? & dic, quod iudices, qui de aliquo quæstionem habere intendunt: ante omnia iuris & humanitatis considerationem habere debent, ut non faciles ad tormenta prosiliant nec repente, quantumcumq; adsint aliqua verisimilia argumenta: si modo, aliqua alia leuiori via possit criminis obiecti citius veritas reperiri, ut D. de quæstionibus, L. diuus, primo & secundo responso, & L. edictum, & C. de quæstionibus, L. quoties: nec etiam qualibet indicia sunt sufficientia ad torturam: sed, precedere debent indicia verisimilia: et talia, quod sola quasi torquendi confessio deesse videatur, ut D.</i>	

1. Iudices

2.



Quatuor-
decem iu-
dicia.

3. ut D. de questionibus, L. diuus, tertio responso; rur-
sus, ex quibus iudicis animus informetur, ut C. de
questionibus, L. cognitionaliter, & L. milites, §.
oportet, C. de falsis, L. Fulcinius; & sunt quatuor-
decim indicia, & plura (de quibus non potest dari
certa regula, argumento D. de testibus, L. tertia, §.
tu magis) ex quibus, & ex quolibet ipsorum, pra-
sumatur quis suspectus, & iudicandus questiona-
rius; primum, tremor, & loquela, pallor in facie, &
& declinatio oculorum versus terram, & similia,
ut D. de questionibus, L. de minore, §. plurimum,
iuncto dicto §. tu magis, L. tertia, D. de testibus,
5 nam etiam testis vacillans questionatur, ut dicta
L. ex libero, D. de questionibus, & C. de questionib.
L. super statu, & de abolitionibus, L. fallaciter; se-
6 cundum est, existimatio, & fama in ciuitate, nam
7 quod communiter dicitur, non caret omnino veri-
tate, iuxta notata D. de officio praesidis, L. barba-
rius, & D. de supellectile legata, L. tertia, & ad
Macedonianum, L. si quis patrem, in princ. & de
8 test. L. prima, circa principium glossae; tertium est,
si commiserit, vel consueuerit alias facere, vel dice-
re alias tale delictum, siue simile, vel maius in loco
isto, vel si est condemnatus vel pactus, ut D. de ac-
cusationibus, L. si cui, §. his de criminibus, cum ibi
notatis; & hoc verum, si fuit pactus data pecunia,
ut D. de his qui notantur infamia, L. furti, §. pa-
ctus, & C. eodem, L. non damnatos; sic intelligun-
9 tur iura quae dicunt, quod consuetudo patris fami-
lias est attendenda; siue in bonis, siue in malis, iuxta
notata D. de negotijs gestis, L. siue negotia, et de ser-

uistr-

uitibus urbanorū praed. L. Olympo, & L. binas,
super verbo, accessus, & de pignoratitia actione, L.
vel uniuersorum, & commodati, L. si ut certo, §.
quod verò & mandati, L. idem quia Labeo, & de
usuris, L. qui semissem, §. primo, super verbo fœ-
nerauit, & de annuis legatis, L. si cui, in princ. &
de acquirendo rerum dominio, L. naturalem, §. in
his, & de furtis, L. si pignore, §. primo, & de triti-
co, vino, & oleo legato, L. cum de lanionis, §. asi-
nam, & de testamentis, L. haeredes palam, §. sed si
non, in fine; quartum est, si iactauit se committere
velle, vel commisisse illud crimen, argumento eorum
10 Si iactauit:
qua notantur D. ex quibus causis, in possessionem
eatur, L. Fulcinius, §. quid sit, & argumento, D.
de exceptione doli, L. apud, in princ. quintum est,
si latitauit, aliàs aufugit tempore commissi crimi-
nis, per iura superius allegata, & argumento eorū,
qua notantur C. de rebus creditis, L. 3. circa me-
dium glossae, ibi cum dicit, vel per fugam rei; quid
autem sit latitare, dic ut notatur in dicto §. quid sit,
L. Fulcinius, D. ex quibus causis in possessionem ea-
tur; & intelligas, quod, licet fuga reddat aliquem
11 Fuga:
suspectum, non tamen facit plenam, vel semiplenam
probationem contra talem criminiosum; & hoc ve-
rum, ubi posset allegare iustam causam recedendi;
quia aliàs secus, D. pro socio, L. merito, & D. de
acquirenda possessione, L. si rem, & de edilitio edi-
cto, L. quid sit fugitiuus, §. apud Labeonem; sex-
12 tum est, propter contumaciam in non veniendo, ut
D. de re iudicata, L. contumacia; septimum est, si
fit contumax in non respondendo, ut D. de interro-
gatoriis



Ex abrupto.

Si sit negligens,

gatorijs actionibus, L. de atate, §. placuit; octauum est, si statim ex abrupto confessus fuit, & in ea confessione non stetit: sic intelliguntur ea, quae notantur, C. de custodia reorum, L. secunda, in principio, & quorum appellationes non recipiuntur, L. 2. circa principium glossae, & C. de episcopali audientia, L. addictos; nonum est, si sit negligens, in non puniendo delinquentes, ut C. de priuatis carceribus, L. unica, cum iuribus superius allegatis; decimum est, in non iurando de calumnia, ut C. de iuramento calumnia, L. fin. §. quod si actor; & intelligas omnes praedictos casus, eo casu, quo quis se reddit suspectum, imò, quasi conuictum ex confessum, nisi aliquas causas rationabiles alleget, ut supra dixi, iuxta notata C. quorum appellationes non recipiuntur, L. prima, in fine penultima glossae, & D. de appellationibus, L. creditor, §. missus, cum ibi notatis; undecimum est, si per unum testem fuerit conuictus, ut notatur C. ad legem Iuliam maiestatis, L. in super conuictus; duodecimum est, si inuafus, tempore inuafionis, clamauit, talis interfecit me, & incontinenti reperitur interfecit, quia non praesumitur immemor suae salutis, ut C. ad legem Iuliam repetundarum, L. fin. & in Auth. de iureiurando à moriente praestito, §. primo, collatione quinta, licet non sit sufficiens probatio, ut C. de fide instrumentorum, L. apud eos, & ad Sylleianum, L. si quis in graui, in fine; tredecimum est, si fuerit nominatus ab interfecto, ut ex dictis facta pensamus, ut C. si quis Imperatori maledixerit, L. una; quartumdecimum est, si cum malis hominibus consueuerat conuer-

conuersari, argumento D. de excusationibus tutorum, L. 3. §. nullus putat, & in Auth. de monachis, §. cogitandum, & de edilitio edicto, L. hoc aut, cum ibi notatis, & D. de iniurijs, L. item apud Labeonem, §. abduxisse, in fine, & D. de actionibus empti, L. nullus, §. primo; & si malos famulos teneat, Auth. de non alienandis, §. hos autem, collat. 2. ad quod extra de simonia, cap. licet Eli, in princ. nam de presenti praesumitur ad praeteritum & futurum, C. de adulterijs, L. si quis adulterij, cum ibi notatis, & sic habes, quod indicia sufficientia & verisimilia, habent precedere questionem, nam à tormentis non est incipiendum, ut D. de questionibus, L. prima, primo responso: nam, sine indicijs & suspitionibus, quis torquendum non est, ut D. de questionibus, L. unius, §. in eo, et L. maritus, & C. de falsis, L. sicut, in fine; & certè, à tortoribus est valde considerandum, nunquid praecedant indicia sufficientia & verisimilia ad torturam habendam: nam plerique, dum torquentur, solent deficere, ut D. de poenis, L. aut damna, §. 2. & quod torturam debeant precedere indicia sufficientia & verisimilia, probant iura C. de questionibus, L. milites, & L. cognitionaliter; iuxta hoc queritur, quae indicia sunt sufficientia ad habendam questionem? dic, quod non potest dici vel ostendi, nec de eis certa descriptio tradi vel doctrina, sed hoc communiter relinquatur arbitrio indicantis, ut D. de testibus, L. tertia, §. tu magis, sicut de accessionibus & mortura dicitur D. de diuersis & temporalibus praescriptionibus, L. de accessionibus, & D. de usuris, L. mora; &

13.

15.
Et sic habes.

16.

Nō potest dici.
Relinquitur arbitrio iudicis

17. *mora*; & generaliter omne quod non determinatur per legem, relinquitur arbitrio iudicantis, ut est videre in poenis non declaratis à iure, ut D. de poenis, L. hodie, & L. sanctio, & de effractoribus, L. prima, §. quibus nullam, & argumento D. de questionibus, L. questionis, & de iure deliberandi, L. prima, in fine, & de custodia reorum, L. 4. & arbitratum, inspecta conditione personarum & criminis, ut D. de iudicijs, L. sed & si susceperit, §. penultimo & finali, ac etiam de tempore, ut de iure deliberandi, L. prima, §. primo; possumus autem in genere talem doctrinam dare, quod astutus index debet sollicitè instare ad indagandum indicia contra
19. *delatum super aliquo crimine*: nam, indicia sunt alijs probationibus proxima, & dicuntur indicia quasi veritatem demonstrantia, vel adminicula probationum, ut C. de probationibus, L. instrumenta domestica, & L. fin. sunt etiam indicia pars probationis clara, ut C. qui testamenta facere possunt, L. hac consultissima, §. primo, nam indicium ab indicando dicitur: unde, indicia idem est quod demonstrantia, vel adminicula, ad indagandum veritatem, ut D. de prescriptis verbis, L. solent: querat igitur index, & instanter indaget, cum quibus, & per qua loca versabatur delatus, quem torquere intendit, nam, mala conuersatio, male operationis est indicium, ut D. de administratione tutorum, L. tertia, qua incipit, si pluris, §. assidue, & ex mala conuersatione, bonus efficitur malus & vitiosus, ut D. de edilitio edicto, L. adiles, §. hoc autem, nam, similis similem sibi querit, et ad hoc facit casus breuis decretalis,

decretalis, ext. de statu monachorum, cap. recolentes, quia, secundum varietatem locorum, variè colligitur coniectura, ut C. si mancipium ita fuerit alienatum, L. fin. & D. de poenis, L. aut facta, §. euenit, instet etiam querere, si erat inimicus offensus, vel si aliqua offensa interuenerit inter eos, quia tunc erit presumptio culpa, quia inimicus inimico mala cogitare solet, ut D. de adimendis legatis, L. 4. in fine, & de his quibus ut indignis, L. inimicitia, & D. de questionibus, L. prima, §. questionis, & D. de test. L. 3. circa princ. item, studeat inquirere, cuius fama & existimationis sit, nam, qualis fuerit existimatio & fama cuiusque in ciuitate, talem ipsum presumimus esse, ut D. de questionibus, L. de minore, §. tormenta, & de rei vindicat. L. si à bone fidei possessore, primo responso, & in Authen. de testibus, §. sancimus. item index poterit sumere indicia, ex constantia vocis, & trepidatione membrorum, vel ex pallore, ut in d. §. tormenta, L. de minore, D. de questionibus, iunctis his que notantur D. de testibus, L. 3. §. tu magis, locutionis enim constantia, vel trepidatio, & existimatio cuiusque diligenter attendenda sunt & indaganda, quia multum conferunt ad illuminandum veritatem, ut d. §. tormenta, L. de minore, D. de questionibus, item, indaget cuius vita fuerit, & an talia vel similia facere consueuerit, nam de unoquoque malum vel bonum presumitur, consideratis primo commissis ab illo, ut D. de re militari, L. desertorem, §. is qui, & L. non omnes, §. à barbaris, & de suspectis tutoribus, L. tutor quoque, §. quando: ex gestu enim



præteritorum, tractamus præsentia, ut C. de agentibus in rebus, L. prima, § fin. lib. 12. & extra de præsumptionibus, cap. mandata, & cap. ex studijs, item, an fuerit comminatus: quoniam, erit indicium quod operibus adimpleverit, quod verbis terrendo profudit, ut ex dictis, hominum facta persequimus, ut C. si quis Imperatori maledixerit, L. unica, & D. de suppellectile legata, L. 3. item, considerandum est, an posse habuerit talia faciendi, quod est notatu dignum, ut D. ad legem Iuliam maiestatis, L. famosi, item, an fugerit vel absentauerit se statim post perpetratum maleficium, ut in Auth. de exhibendis reis, §. si vero, & C. de assessoribus, L. consiliarios. item, sunt testes recipiendi super maleficio, de voce publica & fama: qua probata, erit ad minus sufficiens indicium quo ad torturam, ut D. de fluminibus, L. prima, §. in flumine, & ex his modis & alijs circumstantijs, iudex poterit sumere indicia, ad informandam conscientiam super veritate delicti. & idem est dicendum in alijs civilibus iudicijs, ut in feudis, quibus modis feudum amittatur, cap. amo, in fine, & que sit prima causa beneficij amittendi §. prædictis, & C. de quadriennij præscriptione, L. 2. circa princ. & de præscriptione triginta vel quadraginta annorum, L. omnes, in princ. ex quibus legibus potest dici, quod non solum propter causas positas, in §. causas, Auth. ut cum de appellatione cognoscitur, possit pater exheredare filium: imo, ex pluribus alijs causis illis similibus, ut in casu notabili, D. de sponsalibus, L. sed ea, & in alio, D. de bonorum possessione contra tabulas, L. 3. §. si

23.

Propter causas.

Ex pluribus alijs.

§. si emancipatus. unde, per prædicta possunt formari defensiones accusatorum, dicendo, quod ipse est bonus homo, bonæ fame. & c. & è contrario, articuli præventionis contra ipsos præventos, per procuratorem fisci, seu per accusantes, dicendo, quod ipse alias commisit, & quod se iactavit, & fugit, & c. sed quid erit dicendum, si criminis indicia sufficientia præcesserint, per que iudex est informatus: ideoque, iudex ilico velit procedere ad torturam, reus tamen dicit iudici domine, admittatis me ad meas defensiones proponendas, antequam ponatis me in tormentis, quia paratus sum in continenti redarguere indicia, contra me recepta, nunquid reus erit audiendus, & sibi defensio danda antequam torqueatur? videtur, quod non: C. ubi senatores vel clarissimi, L. 3. §. adeo autem: tu dic contra, quod imò danda est defensio antequam torqueatur: maxime quando quid tale allegauerit, quo probato, non debet procedi ad questionem: & hoc illa ratione, quia à comminatione vel interlocutoria, facta à iudice, quod videlicet aliquis torqueatur, appellatur: ut D. de appellationibus recipiendis, L. 2. & est considerandum, quod à tali interlocutoria licitum est appellare, quia, si defensio daretur post tormenta, non posset postmodum detrimentum reparari per appellationem, vel alia via, ut D. de appellationibus recipiendis, L. 2. tardè enim appellaretur, cum quandoque soleat deficere in tormentis illi qui torqueatur, ut D. de pœnis, L. aut damna, §. 1. & per appellationem non tollitur interlocutoria, ut C. de appellationibus, L. si quis pronocatione, cum ibi notatis: amplius.

24.
Sed quid erit.

Danda est defensio.

25.



cuiuslibet, innocentia sua defensio conceditur, ut C. de custodia reorum, L. prima: ergo, multo fortius hic non est deneganda: praeterea, nos videmus, quod etiam damnato ex confessione facta in tormentis & perseverata princeps subuenit etiam post sententiam, defensionem suam innocentia concedendo, & sententiam retractando, si constat de innocentia condemnati, ut D. de quaestionibus, L. prima, §. si quis ultro, ergo, multo fortius ante tormenta concedi debet, quod confesso & condemnato conceditur: nam cui plus conceditur, non debet denegari quod est minus. ut D. de reg. iuris, L. cui plus: item, quid plura, casus est D. de quaestionibus, L. unius, §. cogitur: iuxta praemissa queritur, si probatum est per unum testem tantum, de veritate, nunquid erit sufficiens indicium ad habendum torturam? videtur, quod non: quia per dictum unius testis non proceditur ad quaestionem, D. de quaestionibus, L. maritus: praeterea, dictum unius, non inducit indicium sufficiens siue praesumptionem, D. de dote praelegata, L. Theopompus, & D. quemadmodum testamenta aperiantur, L. prima, §. fin. in glossa, iunctis his quae notantur, D. de iureiurando, L. admonendi, super verbo exacto iureiurando: & quia textus, qui loquuntur de indicijs quae requiruntur ad torturam habendam, loquuntur in plurali, scilicet, indicia procedere debent, non autem indicium. D. de quaestionibus, L. prima, secundo responso, & L. unius, §. ex causa, & L. fin. & C. de quaestionibus, L. cognitionaliter, & L. milites, pluralis enim locutio, singulari non acquiescit, ut D. de manumissis test. L. liber-

26.
Iuxta praemissa.
Unum testem.

libertas, §. fin. sed dic, unum testem deponentem de veritate, sufficere ad torturam habendam, ut C. ad legem Iuliam maiestatis, L. si quis alicui impetratum: non obstat, L. maritus. D. de quaestio. quia ibi ideo non fuit tortus propter dictum unius testis, quia ille testis erat familiaris producentis, & ideo dictum suum non fuit tanti effectus, quod faceret indicium: nec obstant alia iura, in quibus de indicijs, sub pluralitate habetur mentio, quia illa pluralitas, inspecto usu loquendi, in singularitatem resolvitur, ut D. de verborum significatione, L. non est sine liberis, & D. de negotijs gestis, L. ait praetor, §. primo, & de origine iuris, L. 2. §. exactus, & de conditionibus & demonstrationibus, L. falsa demonstratio §. fin. sed, nunquid confessioni factae per interfectum, dum moriebatur, sit standum, queritur? dic de hoc ut D. ad Syllernanum, L. Seia: sed, quid si iam sit contra aliquem probatum de fama, an poterit procedi ad quaestiones? videtur, quod sic: quia, probatio fama equiparatur probationi unius testis, ut D. de testibus, L. ubi numerus: tu dic contrarium, quia fama per se non probat: sed, inducit aliquod indicium ad confirmandas seu coadiuvandas probationes, ut D. quemadmodum testamenta aperiantur, L. prima, §. fin. ubi solum confirmat rem de qua agitur: non tamen per se facit validum indicium, quia res fragilis & perniciofa fama est: & ut plurimum per clientelas voces artificiosè transmissa, ab eis qui de hoc desiderant famam esse, ut D. de heredibus inst. L. fin. & de poenis, L. decurionum, & C. de officio rectoris provinciae, L. insti-

Gg 3

tutio-

27.

28.

29

Sed quid si

30.
Tu dic contrarium.

tutionis: nec etiam qualibet indicia sunt sufficientia ad habendam torturam, ut supra dixi: secus, si præter famam esset aliquod aliud indicium, puta, dictum unius testis, quod facit indicium, ut d. L. Theopompus, D. de dote prælegata: vel si constiterit accusatum, inimicum fuisse interfecti, vel alias eum offendisse, cum lex præsumat malum de talibus, ut D. de questionibus, L. 2. § præterea, & de testibus, L. 3. in princ. item, si se iactavit accusatus, de malo contrahendo vel committendo, nam talis iactatio inducit indicium contra iactantem, quod maleficium commiserit, considerata qualitate criminis & personæ, ut D. quod metus causa, L. metum, & ex quibus causis maiores, L. 3. in princ. tu allega melius, D. ad legem Iuliam maiestatis, L. famosi, in verbis, an qui fecerit. & C. si quis Imperatori maledixerit, L. unica: nam ex dictis facta pensamus, ut C. de officio magistrum militum, L. per Armeniam, & D. de suppellectile legata, L. habes: item, si accusatus visus est fugere delato maleficio, nam fuga accusat fugientem, ut in Auth. de exhibendis & introducendis reis, §. si vero, & in Auth. de sanctis episcopis, §. si quis autem ad ordinationem: item, si consiliarius vel officialis, officio finito, se absentet, habetur pro confesso, argumento, L. consiliarios, C. de assessoribus, & de suspectis tutoribus, L. pluribus, in fine. item est indicium, si is contra quem infamia laboret est prava conditionis, & homo qui talia facere consuevit, ut D. de questionibus, L. de minore, §. tormenta, & D. de accusationibus, L. si cui, §. eisdem criminibus: item, si aliud fuerit indici-

31.
Dictum
vnius te-
stis.

Item est
indicium.

indicium, quod qualibet sapiens poterit per se perpendere, secundum factorum varietatem, & personarum qualitatem, tunc enim cum adest præterea aliud aliquod de predictis indicijs, vel alijs similibus, & fama probatur contra eum, bene poterit ad tormenta procedere, quia fama publica probata, cum aliquo indicio, facit legitimum, & sufficiens indicium ad habendam torturam, quanquam per se non sufficiat: sed, quid si iudex habet arbitrium, nunquid publica fama probata sufficienter, faciet indicia ad tormenta? dic, quod sic: per vigorem arbitrii, nam, concedere arbitrium iudici, nihil aliud est dicere, quam quod procedat bona fide, secundum quod eius conscientia melius dictauerit: dura tamen videtur ista sententia, cum arbitrium de facto indicium videatur supplere non posse, cum de iuris solemnitate seu auctoritate sit, quod legitima habeantur indicia, ut ad torturam oporteat procedere, & hoc indicis arbitrio non videtur concessum, ut D. ad municipalem, L. ordine, §. primo: iuxta præmissa queritur, quid operetur fama in maleficijs? ut puta, accusatur quis de homicidio, vel alio crimine, accusator non probat aliud nisi famam, & vocem publicam, videlicet, quod accusatus, maleficium, de quo est accusatus, dicatur commississe, nunquid ex tali probatione erit condemnandus accusatus? dic, quod non: quia fama non sufficit: imò, ubi sola fama est, debet absolui, per regulam, actore non probante reus absolvitur,

Gg 4

C. do

32.]

33.

Sed quid
si iudex.Per vigorem
arbitrii.

Dura.]

14.

Quid ope-
retur.

C. de edendo, L. qui accusare: nam in criminibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, ut C. de probatio. L. sciant cuncti, & de pœnis, L. qui sententiam: quid ergo operabitur tunc fama probata in maleficijs? respondeo, quod habet confirmare alias probationes aliorum testium, que non

- Torqueri. sunt omni exceptione maiores: sed, nunquid operabitur ut torqueri possit accusatus secundum iura communia? dic, quod sic: nam ad veritatem maleficii inveniendi, torqueri potest accusatus, ut colligitur ex d. L. qui sententiam, C. de pœnis, & C. de questionibus, L. cognitionaliter, in fine, & L. milites, in verbis, inuestiganda veritatis gratia, & D. de questionibus, L. prima, in princ. & §. diui. precedentibus tamen & alijs indicijs, alias non est à questionibus inchoandum, nisi precedant indicia seu aliqua alia argumenta, ut d. L. milites, C. de questionibus, & C. de falsis, L. si quis, nam fama probata inducit indicium ad alias probationes confirmandas, ut supra dictum est. ex preparatorijs autem vel confirmatorijs indiciorum, secundum iura communia, non proceditur ad questionandum, sed ex indicijs: unde si præter famam erat aliquod indicium contra accusatum, ut puta, dictum unius testis, quod facit indicium secundum Theopompum, D. de dote prælegata, vel si constaret quod accusatus, erat inimicus occisi, illa inimicitia induceret indicium seu adminiculum, propterea quod de inimico male præsumitur, ut D. de questionibus, L. prima, §. præterea: & eadem ratione quandoque repellitur testis à testimonio perhibendo contra inimicum.

micum: & si recipiatur, est saluum ius opponendi ei de inimicitia, ut in Auth. de testibus, §. si vero, & D. de testibus, L. 2. in princ.

Doctor Baert.

Indices) Eadem verba, nullo penitus omisso reperies, & apud Guidonem de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, num. 1. vers. primū, refert & Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu super materia questionum seu torturæ, numero primo, vers. & primo nota, Gandinus in tractatu maleficiorum, in rubrica, de quæstionibus & tormentis, in princ. Franciscus Brunus, in tractatu de indicijs & tortura, quæstione quinta, secundæ partis, §. quinto principaliter, num. 15. vers. sexto iudex considerare debet, & nu. 17. vers. septimo animaduertat iudex.

Quatuordecim indicia) Quamuis in genere, generalium indiciorum pro quolibet crimine non possit aliqua certa regula tradi, tamen in specie quorundam delictorum certa possunt indicia numerari, prout inuenire poteris apud M. Antonium Blancum Patauinum, in suo tractatu quem inscripsit, de indicijs homicidij ex proposito commissi, & de alijs indicijs homicidij & furti, ad L. finalem, D. de questionibus: exempli causa, furti indicia sunt:

Si quis sit solitus furari, ut est glossa ordinaria in L. ciuilem, & ibi Baldus & Salycetus, C. de furtis. Furti indicia.

Mala fama.

Si quis vicinus sit ædibus, in quibus furtum commissum



474 PRACT. CRIMIN. DE
commissum sit, & an fractus ædium solus op-
timè norit, ex sententia Bart. in L. dominus
horreorum, D. locati.

Si res furtiva penes aliquem reperiatur, & non
possit ostendere à quo bona fide habuerit,
L. in ciuilem, C. de furtis.

Si quis de nocte visus sit exire domum, in qua
furtum commissum sit, ex sententia glossæ
in L. furem, D. ad legē Corneliam de sicarijs.

Si cum fardello siue sarcina, sub pallio diligen-
ter occultata, visus sit exire domum, prout
ait Angelus in L. 2. C. de quæstionibus.

Si multum pecuniæ nunc expendat, cum sem-
per & antea fuerit pauper, ex sententia Bart.
in L. fin. D. de quæstionibus.

Si pecunia certæ monetæ expendatur ab eo,
qui verisimiliter eius monetæ pecuniā ha-
bere non potest, vt ait Franciscus Brunus, in
tractatu de indicatijs & tortura, quæst. 3. pri-
mæ partis, §. circa tertium, nu. 4. vers. item
quia visus.

Forma pedis alicuius, Albericus in L. indicia,
col. 2. C. de rei vendic. ad eum planè modū
quo Plutarchus in libro quem scribit, *ὁπόση
ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ
ἀρετὴν διαφορὰ*, scitè subtiliterq; ratiocina-
tum, Pythagoram Philosophum dicit, in re-
perienda modulandaque status longitudi-
nisque Herculis præstantia.

Si relum siue propria res alicuius in loco furti
reperiatur, author ad Herennium, libro se-
cundo.

Fuga, secundum distinctionem Francisci Bru-
ni,

BELLO VISU, LIBER III. 475
ni, in tractatu de indicatijs & tortura, quæ-
stione tertia, primæ partis, §. circa tertium,
nu. 5. vers. item est aliud indicium.

Schala alicuius reperta ante fenestram domus,
in qua furtum commissum sit, ex sententia
Paridis de Puteo, in suo tractatu de syndica-
tu, in verbo an stetur dicto torti, col. 7. vers.
an si reperiatur.

Custodia simulata secundum M. Antonium
Blancum Patauinum, in d. tractatu de indi-
cijs homicidij ex proposito commisi.

Si quis alicui rei desiderio teneri se dixerit, &
exinde eadem res sublata sit, vt voluit Bart.
in L. fin. D. de quæstionibus.

Et hæc aliqua sint indicia pro furto: sed in
homicidio alia sunt indicia, quæ similiter ad
longū reperies examinata, à M. Antonio Blan-
co Patauino, in d. tractatu de indicatijs homici-
dij ex proposito commisi, quæ propter haud
est vt alicui crambem bis coctam propinam,
sed ipsa tantū capita summis labris attingam,
& sunt hæc:

Si quis insolitus emat arma.

Si quis insolitus arma gestet.

Si quis in ludo gladiatorio præter ætatem suā,
& consuetudinem sæpe reperiatur.

Frequentatio viæ, in qua delictū cōmissum sit.

Asportatio bonorum.

Genus armorum.

Inimicitia, prout infra quoque scribit, hic no-
ster Iacobus de Bello Visu, cap. 12. nu. 2.

Iactatio.

Literarū scriptio vel acceptatio, vt puta, Sépro-
nius

Homicidij
indicia.



nus Caio scribit ita, multi sunt qui dicunt occidisse Titium, ideoque mandauit iudex vt apprehendereris, ideoque fac vt tibi consulas, &c. iste literæ reperiuntur vbi Caius aufugisset, nec se excusasset, nec aliquid ea de re dixisset.

Secreta conuentio plurium.

Rixa, prout infra quoque scribit hoc eodem libro, cap. 12. nu. 2. vbi species elegantissimas adfert.

Fama.

Qualitas personæ. secundum M. Antonium Blancum Patauinum, in d. tractatu de indicij homicidij ex proposito commissi, nu. 255.

Trepidatio, prout infra quoque scribit, hoc eodem libro, cap. 22. nu. 2.

Mendacium.

Taciturnitas, ex sententia Baldi, in L. excipiuntur, D. ad Sylleianum.

Sollicitans vt inquiratur, vbi res ad eum nullo modo pertinet, ex sententia Paridis de puto, in tractatu de syndicato, in verbo, tortura, in fine.

Fuga, prout infra quoque scribit, hoc eodem libro, cap. 12. nu. 2. vbi species elegantissimas adfert.

Contumacia.

Negligentia in puniendo.

Mortui depositio, vel ex sententia M. Antonij Blanci Patauini, in d. tractatu de indicij homicidij ex proposito commissi, nu. 390. vers. mortui, vbi in vtramque partem hunc articulum disputat.

Porro

Porro, adulterij indicia, varij variè quoque numerant, vt videre est apud glossam, & Doctores in L. quod ait lex, D. ad legem Iuliam de adulterijs, interim pauca mihi videntur assignari posse hæc.

De osculatio.

Tactus mamillarum.

Apparatus.

Conuiuia.

Si de nocte quis solus cum sola reperiatur.

Reliquorum vero criminum omnium indicia referre, cum maximi laboris, tum difficile foret: imò, aliquorum criminum indicia specificari non possunt, vt si quis veneno aliquem necauerit, ideoque iudex in hisce delictis facilius quoque debet esse ad torturam, quam in alijs, vel ex sententia quoque Alexandri, cons. 77. col. 2. & 3. volumine primo, Bald. in L. 3. C. de episcopali audientia: quinimò, Franciscus Brunus, in tractatu de indicij & tortura, questione quinta, secundæ partis, §. quinto principaliter, nu. 6. vers. addo alios casus, existimat in prodimetis, & ijs tractatibus, qui secreto fiunt, posse iudicem deuenire ad torturam sine indicij: & hoc, propter probationis difficultatem, quod intelligo secundum Ludouicum Carerium in repetitione, L. obseruare curabis, nu. 183. vers. limita etiam, vt in eiusmodi criminibus quæ secreto fiunt, sufficiant indicia præsumpta, hoc est, in eis non requirantur tam vrgentia indicia quam in alijs criminibus.

Additio

Adulteria
indicia.



Additio antiqua.

Si iactavit) Et dicitur crimen concussionis, vel quando imitatur aliquid, extra de symonia, cap. dilectus, & 24. quæst. prima, cap. multarum, in fine. & D. de concussione, L. 1. & 2.

Doctor Baert.

Fuga) Hac de re diximus in superioribus, hoc eodem libro capite primo, per totum.

Ex abrupto) Exempli causa, si (prout aliqui solent) cum capitur id est apprehenditur, aut cum primo ducitur ad iudicium, lamentetur & doleat eo se deuenisse, vt talem ob causam reus agatur, & actum de se dicat: nam turbatio mentis, & aspectus formidabilis iudicij, sæpe vel incio, ne dicam impræmeditato, nec etiã cogitanti reo veritatem excutiunt.

Si sit negligens) Solent enim conuiuere participes criminum, ne socio torto, scelus & ipforum detegatur.

Et sic habes) Verbotenus eadem refert Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu super materia quæstionum & torturæ, nu. 4. vers. sed quæro. meminit & Franciscus Brunus, in tractatu de indicij & tortura, quæstione quinta, secundæ partis, §. quinto principaliter quæro, nu. primo.

Non potest dici) Verbotenus eadem tradidit antea Guido de Suzaria, in tractatu de indicij & tortura, num. 30. vers. quæ & qualia indicia: meminit & Franciscus Brunus, in tractatu de indicij & tortura, quæstione tertia, primæ

primæ partis, §. circa tertium, num. primo, & Paulus Girlandus, in tractatu de quæstionibus & tortura, quæstione tertia, numero 17. vers. quæ autem dicuntur esse legitima.

Additio D. Ludouici.

Non potest) Circa hanc materiam: qualiter, & quomodo sumantur indicia, & qualia requirantur vt quis torqueri possit, D. author, vt vis des, multipliciter exëplificauit, & finaliter cõcludit, hoc pendere ex arbitrio iudicis, vt ait & Panormitanus, in cap. cū in cõtemplatione, in prima colum. vers. & quæ indicia sufficiãt, ext. dereg. iuris, & Baldus in L. 1. in vltima colum. in princ. C. cõmunia de legatis, & in L. ea quidem, C. de accusationibus, & in rubrica, C. de probationibus, & in L. seruos, C. de testibus, & in L. 2. C. quorum appellationes non recipiuntur, & D. Angelus Aret. in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica præcedente, in quinta columna, vers. quæro, an vnũ indicium, vbi ponit ferè omnia exempla, de quibus hic per D. authorem: & vltra ea subdit, quod si res furata reperitur penes aliquem, quod præsumatur ipsam furatus: & si iuuenis reperitur in domo pulchræ puellæ, vel reperitur exire de domo, quod præsupponatur supposuisse: allegat Bartolũ post Iacobum de Burtio, in L. fin. D. de hæredibus instituendis: vel, si quis reperi- tus est cultro euaginato prope mortuum: nam, istud est indicium sufficiens, imò, manifestum, secundum Bartolum, in L. fur manifestus, D. de furtis: & idem, si quis visus fuit cum cultro
sanguis-



sanguinolento exire domum, facie pallida, & intus in domo repertus fit mortuus, allegat Ioannem Andreæ in additionibus ad Speculatorem, in titulo de probationibus, §. primo, vers. 12. vbi refert Thomam de Piperato Combonensem, hoc ipsum dicentem: imò, plus affirmantem, quod hoc vltimum est indicium sufficiens ad condemnationem, prout latius id ipsum recitat Angelus, in tractatu maleficiorum, in verbo fama publica præcedente, in quinta columna: cuius dictis adde etiam in hac materia indiciorum, & primo dum dixit, quod si res fuit subtracta & reperitur penes aliquem, præsumitur ab eo subtracta: nam hoc verum, dummodo probetur illum solitum esse talia perpetrare: alias, non reddetur suspectus ex eo solo, secundum Alex. conf. 5. volumine primo, col. 2. præterea, in eo quod dictum fuit, quod mala fama alicuius de præterito facit præsumi de præsentis, L. non omnes, §. à barbaris, D. de re militari, L. si cui, §. eisdem, D. de accusationibus, hoc procedit in eodem genere mali: alias autem, non: secundum Iacobum de Rauenna, & Bart. in L. Cassius, D. de senatoribus, & Bart. in L. si pupillus, §. sed si quis, in 7. questione, D. de operis noui nūciatione, Baldus & Ioannes ab Imola, in L. fin. D. de hæredibus instituendis, & D. meus Alex. conf. 5. volumine primo, vbi multum singulariter, more suo, locutus est in hac materia indiciorum, & conf. 142. vol. 2. conf. 67. vol. primo, vbi ponit de teste deponente de visu, & de fuga illius, qui dicebatur particeps eiusdem delicti, & conf. 77. vol. primo,

primo, vbi dat vnam doctrinam multum magistralem, & declarantem totam hanc materiã, quòd in delictis, quæ occultè committuntur, vt est adulterium, venenare aliquem, falsificationem, & similia, iudex debet esse facilior & promptior ad torturam, allegat Baldum in L. 3. C. de episcopali audientia: de qua materia posuit etiam D. meus Alex. in conf. 41. volumine primo, & in conf. primo, volum. 3. similiter illud, quod dictum est de inimico, vt præsumatur ab inimico offensus, per L. 3. §. fin. D. de alimentis leg. dicas, quòd idem voluit Speculator, in titulo de præsumptionibus, §. primo, & facit textus in L. prima, §. si rescriptum, D. ad Sylleianum: tamen intellige, hoc esse verum, loquendo de inimico capitali, vel saltem, cum quo erat lis de maiore parte bonorũ. ita voluit Speculator, in titulo de præsumptionibus, §. primo, Bart. in L. tertia, §. finali, D. de alimentis leg. & Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica præcedente, vers. quæro, quid si reperiatur quidam occisus, argumento glossæ in L. licet, D. de arbitris, vbi ponit etiam de eo, qui repertus est mortuus prope domum Titij, an præsumatur occisus à Titio? & concludit, quòd sic: si Titius erat solitus committere homicidium, per gl. in L. ciuilem, C. de furtis, & Bart. in L. fin. D. de vi publica: & similiter, si quis reperitur mortuus in strata, præsumitur occisus ab illo, qui frequentabat in illa, secundum Bart. in L. iuste, in princ. D. de vsucapion: tamẽ, intellige, si erat malus homo: alias, non: secundum Angelum,

Hh

in tra-



in tractatu maleficiorum, vers. quid autem si quis in strata: similiter, dum dixit D. Author de minis præcedentibus, vt faciant indicium, & etiã consuetudo talia perpetrandi: dicas, quod idem voluit Bald. in L. finali, D. de hæredibus instituentibus, & Panormitanus in cap. tertio loco, in 6. col. extrã de probationibus, & Cynus in L. prima, C. si quis Imperatori, Cynus & Bald. in L. metum, C. quod metus causa, Salycetus in L. prima, C. si quis Imperatori, Ang. & Ioannes ab Imola in L. fin. D. de hæred. instit. tamen intellige hæc vera, secundum qualitatem personæ minantis, ex sententia Salyceti, in L. prima, C. si quis Imperatori: item, illud quod dictum est de fuga: intellige, si fuga sequatur, vel inquisitionem, vel accusationem, in causis non capitalibus: sed in capitalibus, post inquisitionem, vel accusationem ex fuga: vel si reus stat cautè in domo vel alibi, ne capiatur, non est præsumptio vel indicium: quia, iustè timet: & sic iustè facit, secundum Bart. in L. prima, D. de his qui sibi mortè. idem dicas, vbi fugiens propter terrorem familiæ, & postea citatus compareret, quia tunc ex fuga non inducitur indicium, secundum Bart. in L. quis sit fugitiuus, §. prima, D. de edilitio edicto: idem, vbi quis aufugit de carcere, quem apertum inuenit, secundum Bald. in L. succurritur, D. ex quibus causis maiores. similiter indicium resultat, quando dominus locutus est ad aures famuli, vel in secreto, & postea famulus delinquat, secundum Bart. in L. si ventri, §. finali, D. de priuilegijs creditorum, & Bald. in L. prima, C. de seruis fugitiuis.

idem

idem dico, si dominus diceret apertè famulo hæc verba, vel similia, non redeas domum, nisi sensero aliquid noui de tali re, secundum Bart. in L. si quis mihi bona, §. sed si mandauerit, D. de acquirenda hæred. & Paulus de Castro, in L. prima, in secunda columna, C. de his, quibus vt indignis, & cons. 260. similiter fama publica orta à personis fide dignis, facit indicium ad torturam, secundum Bart. in L. de minore, §. plurimum, D. de quæstionibus. & similiter fama cum fuga, secundum Bald. in L. voluntas, in sexta columna, C. de fideicommissis. similiter confessio in tortura, iuncta cum fama publica, vel cum alio indicio, secundum Cynum in L. fin. C. de accusationibus. & Ang. in L. & si certus, D. ad Sylleianum, Castrensis, cons. 117. & cons. 195. similiter confessio iudicialis, vel etiã extraiudicialis, secundum glossam & Bart. in L. capite quinto, D. de adulterijs.

Doctor Baert.

Relinquitur arbitrio iudicantis) Hoc ipsum profequitur admodum latè, subtiliter, & eleganter Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria tertia, casu 270. numero secundo, & seq. fol. 139. col. quarta, secundum impressionem Francofurtensem, & Paulus Girlandus in suo tractatu de quæstionibus & tortura, quæstione tertia, numero decimo septimo, vers. quæ autem dicuntur esse legitima.

Propter causas) Causæ ex sunt quatuordecim, quas nos aliquando in eum ordinem rede-
 Hh 2 degimus,



degimus, vt decem priores concernant ipsos parentes: quatuor verò reliquæ, ipsos liberos: & sunt hæ:

Causæ in-
gratitudi-
nis.

- Si quis parenti suo manus intulerit.
- Si vitæ parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentauerit.
- Si grauem & inhonestam iniuriã eis ingesserit.
- Si eos in criminalibus causis accusauerit.
- Si delator filius contra parentes extiterit, & per suam delationem grauia eos dispendia sustinere fecerit.
- Si vnum de parentibus in captiuitate detineri contigerit, & eius liberi, siue oēs, siue vnus, non festinauerit eum redimere.
- Si quemlibet de parentibus inclusum esse contigerit, & liberi petiti ab eo, vel vnus ex his in sua eum noluerit fideiussione suscipere.
- Si quis de parentibus furiosus fuerit, & eius liberi, vel quidam ex his, obsequium ei & curam competentem non præbuerint.
- Si nouercæ suæ, aut concubinæ patris, filius sese immiscuerit.
- Si cõuictus fuerit aliquis liberorum ex eo, quia prohibuerit, parentes suos condere testamentum.
- Si quis de parentibus orthodoxus constitutus, fenserit, suum filium vel liberos nõ esse Catholicæ fidei.
- Si præter voluntatem parentum inter arenas rios vel mimos sese filius sociauerit, & in hac professione permanserit.
- Si cum maleficis hominibus, vt maleficus versatur.

Si aliquid

Si aliquid ex parentibus volenti filiæ suæ, vel nepu-
maritum dare, & dotem, secundum vi-
res substantiæ suæ pro ea præstare, illa non
consenserit, sed luxuriosam degere vitam
elegerit.

Ex pluribus alijs) Si quis textum Authentice diligenter inspiciat, & verba ponderet, utique videbit Authenticam, siue constitutionem illam Iustiniani, nullas ampliationes, aut extensionem nullam pati: sic enim loquitur ibidem Iustinianus: sed quia causas, ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diuersis legibus dispersas, & non aperte declarantes, inuenimus, quarum aliquæ, nec dignæ nobis ad ingratitude visæ sunt, aliquæ verò, cum essent dignæ prætermittæ sunt: ideo, necessarium esse perspeximus, eas nominatim præsentis lege comprehendere, vt præter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitude causas opponere, nisi quæ in huius constitutionis serie continentur, & aliud quoque capitulum, Auth. vt cum de appellatione cognoscitur, cap. tertio, vbi Græcus textus id ipsum clarius ita exprimit: δια τῆτο ἀναγκάστον εἶναι συνείδομθν τάυτας ὀνομασῖ τῶ παρόντι νόμῶ περιλαβεῖν, ὡσε παρὰ τάυτας μηδενὶ δεῖσθαι δεῖτέροῦ νόμου ἀχαριστίας αἰτίας ἀντιτιθέμεν, εἰ μη τὰς ὧ ὑπὲρ τῆς παρῆστον διατάξιας περιεχομένας.

Sed quid erit) Hanc quæstionem refert eisdem verbis Ambertus de Antramonìa Bononiensis, in tractatu super materia quæstionum & torturæ, numero 12. vers. sed quæro, quid si

Hh 3

in cri-



in crimine. & Ludouicus Carerius in repetitione L. obseruare curabis, num. centesimo & octogesimo octauo, vers. sed quid si reus, pag. 43. columna prima, secundum impressionem Venetam, anni M. D. LVI.

Danda est defensio) Scilicet, ante formatum processum, & ante litem contestatam, iudex nō debet procedere ad torturam, secundum Frāsciscum Brunum in suo tractatu, de iudicijs & tortura, quæstione quarta, secundæ partis, §. quinto principaliter, numero quadragesimo nono, vers. item ad aliud.

Iuxta præmissa) Refert eadem verbotenus Ambertus de Antramonis Bononiensis, in suo tractatu super materia quæstionum & torturæ, numero decimo octauo, vers. quid si probatum est, & Guido de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, nu. 90. vers. sed quid si probatum.

Additio D. Ludouici.

Iuxta præmissa) Dominus Author concludit, quod potest quis torqueri per vnum testem deponentem de veritate, & idem voluit ipsemet hoc eodem capite, numero 29. dum tractat de fama, in quo adde tu glossam singularem, de hoc in cap. at si clerici, extrà de iudicijs, quam pro singulari secutus est D. Abbas ibi in septima col. & Bart. in L. tertia, C. ad legem Iuliam maiestatis, in L. finali, D. de quæstionibus, & Baldus in L. secunda, C. de appellat. in L. milites, C. de quæstionibus, & D. meus Alexander conf. 65. in penultima columna, quod incipit, si præcedentibus, volumine primo, & d. Angelus Areti-

Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama, in vers. quæro, an vnum indicium, vbi limitat prædicta procedere, si est vnus testis integer, quia infamis, vel vilis non faceret indicium ad torturam, L. prima, §. item Cornelio, & ibi Bart. D. de quæstionibus: & voluit D. meus Alex. conf. 65. in penultima col. vol. primo: secundo limita prædictam conclusionem, quando testis deponit rectè super maleficio: secus, si deponeret super indicio ad maleficio probandum, ita voluit gloss. quam sequitur ibi Bart. & Bald. in L. fin. C. familiæ eriscundæ, & Bart. in L. fin. in fine, D. de quæstionibus. & D. Abbas in cap. primo, in prima columna, extrà de confessis, & in cap. super eo, el secundo, in secunda col. extrà de testibus: Tertio, limita prædictam conclusionem procedere, nisi aliæ circumstantiæ resisterent, quia tunc vnus testis de visu non facit indicium, secundum Baldum in L. 2. C. quorum appellat. vbi refert Ioannem Andree ita tenentem, quod est notandum, secundum eum, & idem voluit D. Abbas, in cap. tertio loco, in quinta col. de probat. & in cap. cum in contemplatione, extrà de reg. iuris: pro quo adduco, quia quando aliqua sunt indicia pro reo, excusantia: tunc, indicia contra eum debent esse multum vrgentia, vt superent illa, quæ faciunt pro excusatione rei: ita habetur in L. prima, §. primo, D. de quæstionibus, ita voluit Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama, in vers. & prædicta procedunt.

Hb 4

Doctor



Doctor Baert.

Unum testem) Paulus Girlandus in suo tractatu de quaestionibus & tortura, quaestione tertia, num. decimo octavo, tenet, quod vnus testis de visu, facit indicium ad torturam, si modo testis ille sit fide dignus, & omni exceptione maior, & non suspectus, secundum quod dicit Bart. in L. finali, D. de quaestione. Baldus in L. 2. C. quorum appella. Panormitanus in cap. cum in contemplatione, de reg. iuris: idem tradit ex professo M. Antonius Blancus in tractatu de indicij, num. 316. vers. testis de visu.

Sed quid si) Verbotenus eadem refert Ambertus de Antramonis Bononiensis, in suo tractatu super materia quaestionum & tortura, numero 20. vers. sed quid si iam fuit, & Guido de Suzaria, in tractatu de indicij & tortura, numero 83. vers. quid si maleficium.

Additio D. Ludouici.

Tu dic contrarium) De fama non sufficiente pro indicio ad torturam D. author recte locutus est, cuius dictis adde, quod idem voluit Bart. in L. de minore, §. tormenta, D. de quaestio. & Bal. in L. milites, C. de quaestio. & Salycetus in L. ea quidem, C. de accusationibus, tamen limita, nisi fama esset orta a personis fide dignis, vel esset iuncta cum fuga, prout supra dixi in additione mea, incipiente, circa hac materiam, qualiter & quomodo sumatur indicia, circa finem, ad qua me remitto.

*Doctor**Doctor Baert.*

Dictum vnus testis) Haec omnia suppleuis mus ex Guidone de Suzaria, in tractatu de indicij & tortura, numero 94. vers. sed si praeter famam.

Additio D. Ludouici.

Idem est indicium) Quodlibet ex praedictis indicij vnà cum fama sufficit ad torturam, prout concludit D. Author: sed tu dicas, quod multa ex praedictis indicij, etiam sine fama, sufficiunt sola ad torturam, prout supra dixi circa principium, in additione incipiente, circa hanc materiam, qualiter & quomodo sumatur indicia, qua non repeto, sed vide ea, qua dixi ibi, vbi posui de inimico, & de fuga, & alijs similibus, sed vnus pro nunc non omitto, an vnus testis vnà cum fama, sint indicia sufficientia ad condemnationem? dic, vt habes in gloss. in cap. veniens, el primo, extra de testibus, & posuit Bart. in L. minore, §. tormenta, in vltima col. D. de quaestione.

Doctor Baert.

Sed quid si index) Idem tradit ex professo Guido de Suzaria, in tractatu de indicij & tortura, numero 96. vers. sed quid si potestas.

Per vigorem arbitrarij) An arbiter ad torturam deuenire possit non precedentibus indicij, admodum late, subtiliter, & eleganter in negatiuam partem tradit Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro primo, quaestione

Hh 5

84. fol.



84. fol. 62. col. prima, secundum impressionem
 Francofurtensem, & Ludouicus Carerius, in
 repetitione L. obseruare curabis, numero 182.
 vers. amplia etiam si officialis, pag. 40. colum-
 na quarta, secundum impressionem Venetam
 anni M. D. LVI.

Additio D. Ludouici.

Dura) Pro conclusione D. Authoris, quod
 vigore arbitrij iudici concessi à lege, vel à sta-
 tuto, non possit supplere defectum indiciorū,
 adduco primò L. si à milite, §. edictum, D. de
 testamento milita. vbi per libertatem arbitrij
 non intelligitur concessum, quod non conue-
 nit bonis moribus. & sic secundum bonos mo-
 res est interdictum: sed est cōtra bonos mores,
 torquere aliquem sine sufficientibus indicijs:
 ergo, non potest in hoc supplere iudex vigore
 arbitrij sui: & ita in terminis reperio Paulum
 de Eleazara in commentarijs ad cap. grauis,
 extrà de deposito, & Gaudinum in suo tractatu
 maleficiorum, in vers. item quæro, nunquid
 potestas: pro quibus facit, nam hoc esset tollere
 defensiones & iura tertij, quæ non potest quis
 auferre vigore alicuius arbitrij, etiam liberi, &
 absoluti, vt in Clementina sæpe, cum glossa, in
 verbo, defensiones, extrà de verborum signifi-
 cat. & in Clementina pastoralis, §. penultimo,
 extrà de re iudicata, & voluit Bart. in L. filius
 familias, D. de do. & in L. prima, D. de testamē-
 to milit. & in extrauagante ad reprimendum,
 in verb. videbitur, & in verbo, figura, & D. An-
 tonius, & Ioannes ab Imo: a in cap. primo, extrà
 de const.

de constitut. & Petrus de Ancharano, conf.
 162. incipiente, visis diligenter. vnum tamē te-
 nemēte, quod, vigore talis arbitrij poterit iu-
 dex torquere aliquē per dictum vnius testis de
 visu, etiam si non sit omni exceptione maior, ita
 singulariter voluit D. Gaudinus, vbi suprà pro-
 ximè in d. vers. item quæro, nunquid potestas,
 & voluit D. meus Alex. in conf. 65. in penulti-
 ma col. volumine primo, vbi etiam plus dixit,
 quod, etiam si ille testis fuisset receptus parte
 non citata, possit torqueri vigore illius testi-
 ficationis, dummodo stylus sit, quod non cite-
 tur pars in examinatione testium in ea mate-
 ria: quod perpetuò tene mente, pro confirma-
 tione eorum, quæ dixit D. Author hic circa ar-
 bitrium concessum iudici in torquendo.

Doctor Baert.

Quid operetur) Hæc omnia, quæ sequun-
 tur, ad verbum retulit Ambertus Antramo-
 nia Bononiensis, in suo tractatu super materia
 quæstionum & torturæ, num. 25. vers. sed quæ-
 ro, quid operetur.

Torqueri) An fama publica faciat iudici-
 um sufficiens ad torturam? latè disputat Gau-
 dinus, in tractatu maleficiorum, sub rubrica
 de quæstionibus, vers. sed de vno quæro, pone
 fortè probatum, & tandem concludit, quod si
 cum fama concurrat aliquod aliud indicium,
 quod tunc possit torqueri, & hoc secundū iura
 ciuilia, sed secundum iura canonica dicit ipse,
 quod per solam probationem famæ possit ali-
 quis torqueri: quia de iure canonico fama fa-
 cit semi-



cit semiplenam probationem, & æquiparatur dicto vnus testis, cap. illud, extrà de præsumption. cap. si quis, extrà de purgatione canonica: & subdit, quòd assessores hoc seruant communiter: interim subiicit etiam, quòd multoties viderit obseruari contrarium: sed acerrimi iudicij Franciscus Brunus, in suo tractatu de iudicijs & tortura, numero 32. vers. sed tu serua contrarium, rectè negat eius efficaciam famam esse, vt per solam famam possit aliquis torqueri, nisi sit iuncta cum alijs iudicijs, prout hic optimè declarat Iacobus de Bello Visu noster, & in ea sententia videtur quoque residere Bartolus in L. fin. D. de quæstionibus, & in L. de minore, §. tormenta. D. de quæstionibus, Salyce- tus in L. ea quidem, C. de accusationibus, & glossa in L. tertia, §. eiusdem, D. de test. Cynus in L. fin. C. de quæstionibus, Baldus in capit. primo, §. iniuria, de pace iuramento firmanda, & Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in glossa fama publica, in vers. & an fama: quod tamen limita secundum eundem Franciscum Brunum, in tractatu de iudicijs & tortura, numero 32. nisi, fama esset multum vehemens, secundum Baldum in d. capite primo. §. iniuria, col. 9. de pace iuramento firmanda, vel nisi cum fama concurreret dictum syndici, qui deposuerit iuratus, & denunciarit, ipsum tale crimen, de quo agitur, commisisse, secundum Bartol. consil. 186. quia tunc fama sufficeret ad torturam, quemadmodum Duaci Catuacorū, in gubernantia aliquando practicaui.

Caput

Caput sextum.

Iudex in quæstionibus habendis primò considerare debet, à quo veritas facilius haberi possit. numero primo & 9

Is qui maximè suspectus est, ante omnes alios torqueri debet. num. 2

Filius ante patrem torqueri debet. 3

Pater magis diligit filium, quàm seipsum. 4

Fœmina prius torqueri debet, quàm masculus. 5. & 10

Tardius vir, quàm mulier confitetur. 6

Timidior primò torqueri debet. 7

Debilioris ætatis & complexionis primò torquetur. 8

Vbitorquendi fuerint æquales in robore corporis & ætate, est locus gratificationi. 11

Circa quintum est sciendum, quis ordo seruetur in quæstione faciendâ? posito quòd de pluribus hominibus quæstio habenda sit, dic quòd sagax iudex considerabit, à quo facilius possit veritas extorqueri, & ab illo incipiat quæstionem; vel à mediocri, & magis suspecto, & à debiliore, non à fortiori, ut D. de quæstionibus, L. prima, §. primo, & L. vnus, primo responso. item, si torquendi sunt pater & filius, à filio incipiat, & in conspectu patris; ut hoc pater citius dicat veritatē, quia præsumitur ipsum magis velle torqueri, quàm si filius torqueretur, quia ipse pater magis diligit filium, quàm seipsum, ut D. quod metus causa, L. isti quidem, & in sit. de noxalibus, §. sed voces, vers. quid enim, item, fœmina est prius torquenda, quàm masculus, quia homo tanquam constans, tardius confitetur: et mulier citius, quia momentaneum cor & mobile habet, ut C. de inofficioso testamento, L. filiam, & D. de iure fisci, L. differentia, in princ. & si vnus non

Circa quinta.

Quis ergo,

1.

2.

3.

4.

5.

6.

apparet



7. appareat magis suspectus, quam alius; tunc, à timidiore ut D. de questionibus, L. unius facinoris. primo responso: si autem non appareat timidior; tunc, ab illo est incipiendum, qui magis videbitur tenera etatis & complexionis, ut d. L. unius facinoris,
9. secundo responso, D. de questionibus. si autem non appareat unus magis tenera etatis, quam alius, tunc incipitur ab illo, à quo videbitur magis defacili veritas extorqueri posse, ut dicta L. prima, circa principium, C. de questionibus. & si uxor & maritus, in dubio uxor tanquam magis fragilis & tenera est prius torquenda, ut D. de rebus dubijs, l. qui duo, §. penultimo, & L. si fuerit, & C. ad legem Iuliam maiest. L. quicquid ad filias, cum ibi notatis iunctis his que notantur D. de pactis dotabilibus, L. inter, & de religiosis, L. si possessor, in fine.
11. si autem videantur aequales in omnibus, tunc sit locus gratificationi, argumento eorum, que notantur, D. de religiosis, L. fin. in principio glossa, & de re iudicata, L. duo iudices, & de verborum obligationibus, L. si Titius, in fine, & D. locati, L. in nane, in fine, & depositi, L. prima, §. apud Iulianum, iunctis his que notantur, D. de bonis authoritate iudicis possidendis, L. finali, in princ.

Doctor Baert.

Circa quintum) Idem verbotenus & ex professo tradit Guido de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, num. 22. vers. quo ordine, & Fraciscus Brunus in tractatu de iudicijs & tortura, questione quinta, secundæ partis, §. quinto prin-

to principaliter, numero 54. vers. an autem iudex & Ludouicus Carerius, in repetitione L. obseruare curabis, numero 185. vers. habitis iudicijs, quo ordine, pag. 41. col. prima.

Additio D. Ludouici.

Quis ordo) Circa ordinem torquendi D. Author rectè locutus est, cuius dictis adde, quod idem voluit Dynus in suo tractatu de questionibus, in vers. quo ordine, & Bart. in L. prima, D. de questionibus, & Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica precedente, in vers. nunc videamus, vbi allegat Angelum in L. fin. C. de questionibus: & dū loquitur de fœmina, quæ prius torquenda est, quam masculus, allegat ipse aliam rationem, quia fœmina est debilior, per textum in L. filia, C. de inofficioso testamento: sed tamen contra hoc facit glossa in L. nihil, D. de adulterijs, quæ dixit, quod fœmina sustinet grauiora vulnera, quam masculus: vnde dicas, quod tutior est ratio D. Authoris, quia fœmina habet cor momentaneum & instabile, de qua materia vide Bartol. in L. prima, D. de officio præfecti vigiliæ, vbi dixit, quod de re furata prius torqueri debet, & Bart. in L. diuus, §. reorum, D. locati, & Bart. in L. si ita, D. de fundo instructo, & Baldus in L. prima, C. locati: vbi dicunt, quod vicinus proximior debet prius torqueri, & Bartolus in L. quoties, C. de naufrag. lib. 10. vbi dicit, quod ille prius debet torqueri, qui prius nouit veritatem, & facit, L. prima, in princ. & L. ex libero, §. primo, D. de questionibus, vbi proba-



probatum, quod prius torquendus est iuuenis, quam senex, tanquam minus stabilis: præterea scias, circa istum ordinem tormetorum, quod iudex debet cauere, vt non interroget inculpatum, an percusserit Caium in brachio, cum ense, tali die, & tali loco, quoniam istud esset instruere ipsum, & per suggestionem inducere eum ad sic confitendum, vt est textus in L. prima, §. qui quaestionem, D. de quaestionibus, debet ergo interrogare eum in genere, si cum aliquo fecit aliquam rixam, & postea descendendo ad species, si cum Caio: & postea, si Caium vulnerauerit: non autem magis in specie inclinet: vel rectius faciet iudex, si solum interroget, si aliquod maleficium commiserit? nec vltius interroget: aliàs fortè, ille doctus diceret metu tormetorum, quod nunquam, si sciret, diceret, nec dicere potuisset: ita voluit Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica, in vers. tertio, sit benè cautus iudex.

Caput septimum.

Quibus instrumentis quis torqueri debeat, relinquatur arbitrio iudicis. numero 1. & 3

Quatuor genera torturæ. num. 2

Quibus rebus. 1. Circa sextum est sciendum, cum quibus rebus sit consuetum quaestionari? dic quod licet de hoc non possit dari certa regula, tamen quaestiones consueverunt fieri quatuor modis in iure expressis; vno modo, cum igne posito in plantis pedum, iuxta notata D. de quaestionibus, L. edictum, circa princip. alio modo, cum cordula, & isto modo sit diuersimodè; aliquan-

aliquando fit, ipsum tradendo per pedes, & brachio ex transuerso. quolibet eius pede ligato in duobus anellis ferreis, & eius brachijs in alijs duobus, & quod deinde trahantur cordula, donec nerui eius, pedes, brachia, totum corpus protrahatur & dilaceretur, iuxta notata C. ad legem Iuliam maiestatis, L. nullus: alio modo, cum aqua calida, panno lineo, transglutiendo, vt notatur C. ex quibus causis infamia irrogetur, L. verbum: alio modo fit cum braconibus, cum quibus labra malorum equorum, dstringuntur, quando ferrantur, positis lignis & strictis in labijs torquendorum: alio modo fit cum chaone seu scarabeo viuo, posito supra umbilicum hominis supini, incluso intra catinum siue scutellam siue vitrum: alio modo, denegando alimenta criminoso incarcerato, vt notatur D. de iniurijs, L. item apud, §. quaestionem: & isti tres vltimi modi non reperiuntur iniure expressi: Interim alijs quoque multis modis fiunt, secundum arbitrium iudicantis, loci, & consuetudinem regionis. sed isti vltimi modi fuerunt propriè reperti, propter antiquos homines, qui per torturam, leuando destruerentur propter senectutem.

Verbum.

Vitrum.
Denegando alimenta

Doctor Baert.

Quibus rebus) De vario genere tormentorum, seu maius instrumentorum torturalium, multa scripsere Franciscus Brunus, in tractatu de indicijs & tortura, quaestione secunda, secundæ partis, num. 6. vers. & quia supra dictum est, Paulus Girlandus in tractatu de quaestioni-

li

bus



498 PRACT. CRIMIN. DE
bus & tortura, quæstione secunda, & D. Iodo-
cus Damhouderius in sua praxi rerum crimi-
nialium, cap. 37. titulo, de quæstione siue tortu-
ra, num. 17. vers. tormentorum autem genera,
pag. 84. colum. prima, secundum editionem
Antvverpiensem Ioannis Belleri, Anno 1570.

Additio antiqua.

Verbum) Quidam dominus & magnus cri-
minalista, D. Guilielmus de Burgo Iudæo, di-
xit, quod habebat & habuit plures delatos no-
lentes confiteri, & seruabat istam practicam,
videlicet, dum delati nolebant fateri veritatē,
ipso tondebat, seu depilabat, & illo facto, fa-
ciebat signum crucis super delatos, & post da-
bat eis ad bibendum aquam benedictam, & sic
habebat veritatem à delatis.

Virum) Alio modo fit cum ouis gallinæ
coctis fortiter, & ponēdo subtus spatulas, vide-
licet inter brachium, & corporis latus, illic ubi
crines sunt, vel cum taxillis ligatis in fronte cū
cordula.

Doctor Baert.

Denegando alimenta) Hac de re diximus hoc
eodem libro, cap. 2. nu. 3. in fine, vbi Ludouicus
Bologninus & ego quoque latius.

Caput octauum.

Super cōsciētia aliena nullus interrogari debet. 1. & 6

Exceptio. 2

Illi qui torquentur, sunt in genere interrogandi. 3

Quæstio. 4

Inimico credi facilè non debet. 5

Quæstio.

Quæstio. 7

Quæstio. 8

Quæstio. 9

*Circa septimum est sciendum, qualiter & super
quibus sint tales interrogandi? & est sciendum,
quod tortus confessus de se, non debet interrogari
super conscientia aliena, & maximè de consocijs
eiusdem criminis, ut D. de quæstion. L. repeti, §. is
qui, & C. eodem, L. si cui, in princ. & de accusa-
tionibus, L. finali, & est casus extrà de confessis,*

*cap. primo. & si de facto dixerit seu interrogatus
fuerit, non statur dicto suo, tanquam contra legem
prohibentem factum & dictum, ut C. de legibus,*

*L. non dubium: fallit in quibusdam casibus speciali-
bus, in quibus de se confessus, torquetur & interro-
gatur de alijs, & super conscientia aliena, si tamen
contra alios præcedant indicia: aliàs, non: & in qui-
bus casibus interrogetur quis super conscientia alie-
na, dic ut notatur C. de accusation. L. fin. in fine,*

*super verbo conscientia: Primus est, in quibuslibet
latronibus, & maximè in assassinis, quia confessi de
se, torquendi sunt & interrogandi, de alijs consocijs
& mandatoribus & receptatoribus, ut D. de cu-
stodi reorū, L. 2. §. diuus, & L. fin. & C. de pœnis,*

*L. penult. secundus est, C. de falsa moneta, L. 1. ter-
tius est, D. ad exhibendum, L. fin. quartus est, C. de
maleficijs & Mathematicis, L. fin. quintus est, D.
ad Sylleianum, L. 1. §. & si certus sit percussor, &*

*D. de quæstion. L. is qui de se: sextus est, D. ad legē
Aquil. L. Neratius, §. sed & si seruus: & in omni-
bus istis casibus, sunt interrogandi tales, in genere*

Is 2

non

De facto.

2.

Fallit.

Primus est

3.
In genere.

non in specie, ut D. de pœnis, L. qui ultimo, in fine: dicendo sic, quis fuit tecum? eras tu solus tempore criminis commissi? vel, quot eratis? vel, qualiter potuisti hoc facere solus, sine adiutorio? vel, qualiter fuisti ausus talia facere? vel, de quo mandato, vel, quo procurante hoc fecisti? & , quantum debebas habere pro hoc faciendo? & à quo? vel impossibile est quod tu possis talia facere solus: vel, intelleximus quod multi eratis: vel quis fuit ille qui primo incepit? quia multi eratis ut dicitur, dic ergo, qui erant tecum? & , qualiter fuit factum? & , cum quibus? & sic, subtili ingenio, neminem nominando, est veritas de consocijs generaliter extorquenda, argumento C. de commercijs & mercatoribus, L. 2. in princ. non autem est interrogandus in specie, ut dicendo, erātne talis tecum? vel, talis? quia illud esset periculosum: sic intellige iura allegata, & D. de questionibus, L. prima, §. qui questionem, & C. de ferijs, L. prouinciarum, & de accusationibus, L. fin. in fine, & C. de custodia reorum, L. prima, & D. de questionibus, L. prima, §. diuus Marcus, & ad Sylleianum, L. prima, §. & si certus sit percussor, ex quibus legibus communi prouerbio dicitur, au ecq vng larron, prendrons les autres: iuxta hoc queritur de questione quotidie emergente: pone, aliquis subicitur questioni, confitetur contra aliū, nunquid stabitur dicto suo? distingue, quia, aut torquetur simpliciter contra alios, non in se: & statur dicto suo, cum alijs indicijs, sic ut index ex dicto torti cum alijs indicijs ad condemnationem procedere possit, ut C. de assessoribus, L. nullus, in fine. & D

4.
Iuxta hoc.
Contra
alium.

D. de questionibus, L. edictum, & L. prima, §. questio saluo, quod inimico non est credendum facile, nec omnino fides habenda, sed causa cognita erit fides adhibenda vel non, ut D. de questionibus, L. prima, §. prater ea, & de testibus, L. 3. circa principium, si autem torquetur in se & in alios, & nihil dicit de se: tunc habet locum quod supra dixi si autem confitetur de se & de alijs, tunc habet locum illa regula, videlicet, quod de se confessi non sunt interrogandi super conscientia aliena, & maxime, de consocijs, ut D. de questio. L. repeti, §. is qui, & C. de questionibus, L. si cui, in princ. & extra de confessis, cap. primo: & si de facto dicit, vel etiam absque interrogatione, non statur dicto suo: & eiusdem torti responsio non erit plena probatio, contra illos quos culpauit, sed aliqua presumpcio tantum, ut C. de accusationibus, L. fin. sed nunquid propter talem presumptionem poterunt isti inculpati torqueri? respondeo quod sic in dictis sex casibus exceptuatis, argumento pradietarum legum, & L. nullus, & L. edictum, D. de questio. in alijs autem casibus, non: ut C. de accusationibus, L. fin. & D. de questionibus, L. repeti, §. si is cui. sed, quid si persona inculcata sit homo mala fama & conditionis, nunquid in alijs casibus quam supradictis sex exceptuatis poterit subijci questioni? dic de iure, quod non: nisi precedant indicia sufficientia, nec inculpatio à torto de eis facta inducit indicium, cum interrogari non debuerit, ut in d. L. fin. C. de accusat. & D. de questionibus, L. repeti, §. is qui, & sic, quod exinde sequitur, tanquam contra legem prohiben-

5.
6.
Plena probatio.

7.
Sed nunquid.
Torqueri.

8.
Sed quid si persona.



9.
Sed quid
de quæsti
one
De furto.

tem, non valet: ut C. de legibus, L. non dubium: sed, de cōsuetudine, vidi tales torqueri, pro qua consuetudine facit, D. de quæstionibus, L. prima, §. diuus Adrianus: sed, quid de quæstione quotidie emergente, accusatur quis de furto, indicijs precedentibus ad illud furtum torquetur, & confitetur illud furtum, nunquid potest procedi in tortura & repeti, ut indicet & confiteatur de alijs furtis à se commissis, ad qua nulla precedunt indicia? dic quod non, de iuris subtilitate, argumento eorum que dicentur in proxima quæstione, pro secunda parte, quia quantum ad ista furtiva, de quibus in genere vel in specie interrogatur, nulla precedunt indicia, & sine indicijs quis non est torquendus, ut C. de falsis, L. si cuius, & D. de quæstionibus, L. prima, in princ. & L. maritus: sed, de generali consuetudine Italia, quotidie seruatur contrarium, potissimum in furtis que magis frequentantur, qua consuetudo potest fundari argumento, D. de re militari, L. non omnes, §. à barbaris, & D. de officio presidis, L. cōgruit.

Doctor Baert.

De facto) Idem verbotenus & ex professo tradidit ante Guido de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, nu. 51. §. sed quid de quæstione, vers. & si de facto.

Fallit) Idem verbotenus & ex professo tradidit ante Guido de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, nu. 51. §. sed quid de quæstione, vers. fallit in casibus, refert & alibi Paulus Girlandus in tractatu quæstionis & tortura, nu. 8, vers. fallit in casibus.

Additio

Additio D. Ludouici.

Primus est) Licet D. Author non dicat, hæc fuit formalis doctrina D. Gandini in suo tractatu maleficiorum, in titulo, de quæstionibus & tormentis, vers. restat formare circa hunc tractatum, & Dyni in suo tractatu quæstionum, in vers. nunquid per talem præsumptionem, & glossæ, & communiter scribentium, in d. L. fin. C. de accusat. maxime per Baldum ibidem, & Bart. in L. repeti, D. de quæstionibus, & gl. Innocent. & D. Abbas in cap. primo, ext. de confessis, gl. in cap. 3. ext. de testibus, & gl. in cap. fin. 15. quæst. 3. & D. Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica precedente, in octaua col. in vers. quæro an particeps criminis, vbi ponit aliquos casus, in quibus potest quis torqueri contra alios, & interrogari de alijs, vltra supra numeratos: videlicet, in crimine læsæ maiestatis, & in criminibus quæ non committuntur sine socijs, & idē voluit ipsemet in vers. decimo quæro an inculpato, vbi dicit, in casibus, in quibus quis potest interrogari de socijs, talis inculpatio est sufficiens ad ponendum inculpatum ad torturam, allegat textum in L. edictum, & in L. prima, §. eum qui latrones, D. de quæstionibus: sed tu intellige hoc, si aliqua indicia præcedant, vt intellexit etiam D. meus Alex. cons. 99. in 3. vol. & D. author, qui in hoc rectius iudicio meo locutus est, nam D. Angelus nimis larga verba effudit, & dixit contra textum, in L. prima, C. de quæstionibus.

Ii 4

Doctor



Doctor Baert.

In genere) Hanc ad rem, quomodo scilicet Iudex interrogare debeat eum qui torquetur, omnino consulendus est Franciscus Brunus, in tractatu de indicatijs & tortura, quaestione quinta, secundæ partis, §. videamus modo, numero 56.

Iuxta hoc) Idem verbotenus & ex professo tradidit antea Guido de Suzaria, in tractatu de indicatijs & tortura, num. 50. vers. sed quid de quaestione, meminit & Paulus Girlandus, in tractatu super materia quaestionum & torture, nu. 7. vers. sed quid de quaestione.

Additio antiqua.

Contra alium) Vide Odofredum in L. de tormentis, C. de quaestionibus.

Doctor Baert.

Plena probatio) Idem verbotenus & ex professo tradidit ante, Guido de Suzaria in tractatu de indicatijs & tortura, nu. 51. vers. sed quid de quaestione, in fine.

Sed nunquid) Idem verbotenus & ex professo tradidit antea, Guido de Suzaria in tractatu de indicatijs & tortura, numero 53. vers. sed nunquid.

Additio D. Ludouici.

Torqueri) Intellige prædictam conclusionem, cum modificatione quam supra proximè dixi, in fine præcedentis additionis, scilicet, dummodo præcedant aliqua indicia contra inculpato-

patos,

patos: nam sola inculpatio facta à tormentato de socijs, etiam in dictis casibus exceptuatis, nõ est sufficiens ad torturam: & si diceres, amice, quid specialitatis erit in dictis casibus exceptuatis? cum in omnibus alijs casibus indicia præcedentia sint sufficientia ad torquendum? respondeo, quod in casibus hisce specialibus non requirantur ita legitima indicia, sicut in alijs casibus non exceptis, vbi requiruntur indicia sufficientia, pro quo adduco notabilem doctrinam D. authoris, infra hoc eodè capite, nu. 8. vbi dixit, quod in dictis casibus exceptuatis, vbi cunque inculpatus à tormentato, est malæ famæ & conuersationis, poterit torqueri: sed, in alijs casibus non exceptuatis, secus: in quibus secundum eum debent præcedere indicia sufficientia.

Doctor Baert.

Sed quid si persona) Idem verbotenus & ex professo tradidit antea Guido de Suzaria, in tractatu de indicatijs & tortura, nu. 55. vers. sed quid si persona.

Sed quid de quaestione) Idem verbotenus & ex professo tradidit antea, Guido de Suzaria in tractatu de indicatijs & tortura, num. 56. vers. sed quod de quaestione, Franciscus Brunus, in tractatu de indicatijs & tortura, quaestione quinta, secundæ partis, §. videamus modo, nu. 64. vers. quid autem si quis fuit positus ad torturam, & Paulus Girlandus in tractatu super materia quaestionis & torture, nu. 10. vers. sed quid de quaestione.

li 5

Additio

Additio D. Ludouici.

De furto) In hoc passu adde tu D. Angelum Aretinum, in libello suo maleficiorum, in verbo, fama publica præcedente, in vltimis verbis, vbi hoc idem confirmauit, & dixit idem esse in omnibus alijs delictis, & allegat textum in d. L. non omnes, §. à barbaris, D. de re militari, & L. congruit, D. de officio præsidis, & ita dicit seruari de consuetudine.

Caput nonum.

Tanta debent adhiberi tormenta, quanta moderata ratio dicat.	numero primo.
Reus ita torqueri debet, vt supplicio saluus referretur.	2. & 14.
Cautela.	3
Quæstio.	4
Non videtur fateri qui errat.	5
Quæstio.	6
Quatuordecim sunt causæ, in quibus non statur confessioni.	7. 10. 13. & 15
Probationes tollunt duellum.	8
Quæ de nouo emergunt, nouo egent auxilio.	9
Taxat curias indoctas.	11
Ea quæ requirunt causæ cognitionem, sunt præsentibus partibus faciendæ.	12
Quis sit effectus quæstionis.	16
Quæ non profunt singula, multa iuuant.	17
Quomodo probetur, quod cōfessio fuerit erronea.	18
Quæstio.	19

Circa octauum.

Stetur 1. quæstioni.

Est sciendū

Circa octauum, in quibus casibus stetur quæstioni factæ in tormentis, & in quibus non, est sciendū, quod iudices hoc temperamentum tenere

tenerere debent, vt tormenta de aliquo non habeant quanta desiderauerit accusator, sed quanta ratio moderata dictauerit: adeo, vt qui torquetur, saluum supplicio referretur, vt D. de quæstion. L. de minore, §. tormenta, & L. quæstionis: aliàs, tenentur, vt D. de iniurijs, L. item apud Labeonem, §. quæstionis, & D. de usufructu, L. usufructuario & ad legem Aquiliam, L. quemadmodum, §. magistratus: sed certè, circa hoc non potest dari certa doctrina, sed index consideret torquendum, cuius sit fortitudinis vel debilitatis, cuius valetudinis, & cuius ætatis, & secundum varietatē personarum & criminis, & cuiuslibet alterius negotij qualitatis, quandoque maioribus, quandoque minoribus tormentis utatur: & quod hæc sunt consideranda, probatur, D. de re militari, L. 3. §. fin. & D. ad Sylleianum, L. si quis in graui, in princ. & §. subuenitur, & L. prima, §. impuberes: sic ergo torqueatur, vt innocentia vel supplicio incolumis seruetur, vt D. de quæstionibus, L. quæstionis: & ideo, cautelosi aduocati & parentes seu amici accusati, consueuerunt ante torturam petere, exhiberi accusatum, & ipso exhibito, petere, de eius fortitudine, sanitate, & statu, recipi publicum instrumentum. iuxta præmissa, pone, testis fuit tortus, & confessus est: interim, ante sententiã, dicit se errasse, an poterit corrigere suam responsionem? dic, quod, aut est error facti, aut iuris: primo casu, potest, vsq; ad sententiã. & est ratio, quia non videtur fateri qui errat, vt D. de confessis, L. non fatetur, & de iurisdictione omnium iudicum, L. si per errorem, talis error non solet vsque ad sententiam obesse.

2. Saluus.

Circa hoc.

3.

4.

Testis fuit tortus.

Facti aut iuris,

5.



obesse, ut D. de iuris & facti ignorantia, L. error, & facit, D. de appellationibus recipiendis, L. 2. nam condemnato ex confessione in tormentis, & perseveranti subuenitur, etiam post sententiam, errorem suum vel ignorantiam volenti probare, & si ostendit, absoluitur, ut D. de questionibus, L. prima, §. si quis ultro: ergo, multo fortius debet iste ante sententiam audiri, errorem suum probare volens: item, iste testis non perseveravit in confessione, ex quo, vult corrigere se ante sententiam: item, confessus formidine tormentorum, auditur, appellans,

6. Legitimis. C quorum appellationes non recipiuntur, L. 2. sed, quid si aliquis est tortus, nullis iudiciis legitimis precedentibus, nunquid valebit confessio? dic quod non: quantumcunque in ea perseverauerit, ut est expressum, D. de fide instrumentorum, L. diuus, & de questionibus, L. maritus, & L. penult. secundum unam lectionem, & C. si ex falsis instrumentis, L. 2. 3. & 4. praeterea, hoc est de substantiali solemnitate questionis habenda, quod legitima iudicia praecedant, aliter, quis non debet torqueri, ut D. de questio. L. prima, & 2. & L. non valet, & C. de legibus, L. non dubium, & de fide instrumentorum

7. & iure haste fiscalis, L. prima, lib. 10. unde, dic breviter, quod in quatuordecim casibus, non statitur confessioni factae in tormentis: primo si non praecedant iudicia, ut D. de questionibus, L. prima, in princ. & §. diuus Severus, & L. penult. cum ibi notatis in princ. secundo, si alias tale delictum liquidè probari possit per testes, ut D. de questionibus, L. ceditum, in princ. ad quod, C. de rebus creditis, L. si quis,

Liquidè
probari.

quis, in princ. & C. de questio. L. quoniam, iunctis his quae rotantur, D. de iureiurando, L. 3. circa princ. & in feudis, de pace tenenda, §. si quis hominem, in fine: & per ista iura dicitur, quod si aliquis fuerit provocatus ad duellum, propter defectum probationum: & post, inuenerit probationes, per quas possit se defendere, quod non teneatur duellare: nam, quae de nouo emergunt, nouo egent auxilio, ut D. de interrogatorijs actionibus, L. de aetate, §. ex causa, & qui satisfacere coguntur, L. arbitros, & de ferijs, L. oratione, & de transact. L. non est ferendus, & de arbitris, L. licet, & de ventre inspiciendo, L. prima, & C. de episcopali audientia, L. si legibus, & de vacatione munerum, L. praeter, §. si post sententiam, & C. de testibus, L. si quis testibus, & extra de electione, cap. ut circa, §. 2. vers. nisi, lib. 6. & de exception. cap. primo, §. fin. & hoc crederem verum esse, quod talis audietur super retractione premissorum, re integra, antequam processum fuerit ad actum: sic loquitur D. de pactis, L. ab emptore, & de minorib. L. quod si minor, §. Scauola, D. de iurisdictione omnium iudicum, L. & quia, & C. de rerum permutat. L. ex placito, & pro hoc, textus C. de abolition. L. fallaciter, in princ. & §. primo: tertio, si non perseveret in confessione, ut D. de questio. L. prima, §. diuus, & notatur C. de custodia reorum, L. 2. in princ. & quorum appellationes non recipiuntur, L. 2. circa princ. & C. de questio. L. prima, super vers. praestando, & ibi plenè: quarto, si non fuit lata sententia super questione habenda, ut D. de appellationibus recipiendis,



- dis, L. 2. quia, si non feratur sententia, & quidem in presentia partium, tortura non valet, cum tangat prauidicium partis, & sic intelliguntur notata D. de arbitris, L. diem proferre, in princ. & D. de officio proconsulis, L. quicquam, §. ubi decretum, & ad Trebellianū, L. recusare, in princ. & C. si propter publicā pensitationē, L. 2. in fine, ubi dicitur, quod, quae causa cognitionem requirunt, presentibus partibus sunt de iure facienda, iunctis his quae notantur, D. de magistratibus conueniendis, L. prima, §. 1. super ver. eos, & extrā de maioritate & obedientia, cap. inter quatuor, erubescantur igitur & cōfundantur officiales cuiusdā curiae sine nomine (ita loquitur glossa in Auth. de incestis nuptiis, circa princ. super verbo illicitas, ibi, cum dicit, posset ad hoc dici secundū dominū sine nomine) qui nulla pronūciatione super hoc precedente processerunt ad torturam, contra iura superius allegata, & fortē in periculum suarum animarū: quinto, si sit talis causa ob quam questionari non debuit, ut C. de questionibus, L. milites, & L. diuo Marco, & L. decuriones, & D. de question. L. diuus, §. ex his, & §. si seruus, cum ibi notatis, & §. seq. sexto si fuit facta clam, ut D. de questionibus, L. ex libero, §. fin. quod est expresse contra praedictam curiam sine nomine, cuius officiales clandestinē faciunt questiones: septimò, si non sit crimen capitale, vel atrox iniuria, vel causa criminalis, ut D. de question. L. editum, & L. diuus, in princ. à contrario sensu: octauò, si excedatur modus questionandi, ut D. de question. L. 1. §. questioni, & L. questionis, & L. de

mino-

minore, §. tormenta: nam, ubicunque sit questio, debet cautē fieri, ut innocentia seu supplicio saluus reddatur, iuxta notata, C. de question. L. super statu, in princ. & D. de questionibus, L. de minore, §. tormenta, & §. plurium: nonò, si fuerit minor quatuordecim annis in masculo, duodecim in foemina: & idem, si esset furiosus, vel demens, ut d. L. de minore, in princ. & L. ex libero, §. 1. D. de question. decimò, si sit maior septuaginta annis, ut notatur D. ad Sylleianum, L. 1. §. impuberi: undecimò, si questionatus fuerit inimicus illius contra quem fuit questionatus, ut D. de questionibus, L. prima, §. praeterea, & extrā de accusat. cap. non oportet, cum ibi notatis, super verbo, inimicos, & D. de testibus, L. 3. in princ. duodecimò, si non fuit questionatus in facto proprio, ut d. L. unius facinoris, §. testes, D. de questionibus: decimotertiò quando fuit interrogatus specialiter super conscientia aliena, seu, de consociis, nisi in casibus exceptuatis, ut D. de questionibus, L. prima, §. contra questionem: quatuordecimò, si fuit questionatus antequam super suis defensionibus audiretur, ut D. de questionibus, L. unius, §. cogitur. quantum ergo operetur confessio facta in tormentis? dic, quod nihil, ut D. de questionibus, L. prima, §. diuus, nisi perseuerauerit, & ex quo perseuerat, nisi aliquibus probationibus & indicijs adiuetur, iuxta notata C. quorum appellationes non recipiuntur, L. 2. circa princ. & de seruis fugitiuis, L. cum seruum, in fine glosse, & de questionibus, L. fin. si autem percesserint indicia, & perseuerauerit in sua confessione, tunc nocet

148

151

161

Perseuerauerit.

Si autem percesserint.



17. & praedicitur confessio facta in tormentis, quia tunc ius praesumit, ex eo quod perseveret, quia sic se habet veritas, quia iure permittente fuit questionatus: per consequens hoc facit perseverantia, & indicia precedentia, nam quae non prosunt singula, multa iuvant, ut C. de testibus, L. suam, & L. sanctimus, & ex precedentibus apparent subsequenter, ut D. de legatis primo, L. si servus plurium, §. fin. alias, si esset questionatus indicij non precedentibus, videtur vigore tormentorum perseverare, & ideo, ex illa confessione & perseveratione nullo modo est damnandus, sic intelligo iura superius allegata, & L. prima, §. diuus Severus, D. de questionibus: & in hoc casu ultimo, potest quis appellare, & probare suam confessionem erroneam, ut D. de questionibus, L. prima, §. si quis ultro, probatur autem confessio erronea, probando factum contrarium, ut D. de liberis & posthumis, L. posthumus: sed, quantum operatur confessio facta contra alios consocios? dic, quod non erit plena probatio, ut supra dictum est, sed praesumptio, ut notatur C. de accusationibus, L. fin. & C. de questionibus, L. si cuti, cum legibus ibi allegatis, super verbo non oportet.

Doctor Baert.

Circa octavum) Idem verbotenus & ex professo tradidit ante Guido de Suzaria, in tractatu de indicij & tortura, num. 19. vers. qualiter inquisitio.

Stetur questioni) An reus criminofus sufficienter, & ad extremum vsque satis excruciatu fuerit,

fuerit, totum id consistit, & fitum est in iudicio & prudentia iudicis, L. quaestionibus, & L. de minore, D. de quaestionibus, L. item apud La-beonem, D. de iniurijs, L. respiciendum, D. de poenis: qua de re, plura nosse, qui volet, adeat Iodocum Damhouderium, in sua praxi rerum criminalium, cap. 37. titulo de quaestione, siue tortura, numero primo, & cap. 38. titulo de repetitione quaestionis siue torturae, vers. an autem patiens, numero quarto. Porro, an, & quando confessio facta in tormentis, probet? Hypopolitus de Marsilijs, in L. quaestionis modum, numero decimosextimo, D. de quaestionibus, relinquit arbitrio iudicis, iuxta L. primam, §. diuus Severus, D. de quaestionibus. nam, metu tormentorum, non pro rei veritate facta intelligitur, ex sententia Bartoli & aliorum in L. prima, §. diuus Severus, D. de quaestionibus. quare obrem iustificari quoque debet ex alio, secundum Decium cons. 564. numero septimo. per consequens, haud ita facile cuius confessioni iudex acquiescere debet: ast inspicere primo, an confessio sit probabilis, possibilis & verifimilis, ex sententia Menochij de arbitrarijs iudicium. libro secundo, centuria tertia, casu 269. folio 239. columna tertia, secundum impressionem Francofurtensem.

Additio D. Ludouici.

Est sciendum) Circa modum seu moderamen tormentorum, D. Author recte loquutus est, & eius dictis adde, quod idem voluit D. Abbas in cap. cum in contemplatione, in prima

Kk

colum-



columna, in vers. tertio quæro qualis debet esse, extra de reg. iuris: idem voluit Dynus, in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica præcedente, in vers. septimo quæro cū quo moderamine: vbi subdit, quòd hoc residet in pectore boni iudicis, qui considerabit omnia prædicta: adeò, quod si indicia præcedant, & in actis appareat de eis, si iudex, quem torqueat, & tortus moriatur, non tenetur, L. sed an vltro, D. de negotijs gestis, & voluit Cynus, Baldus, & Salycetus in L. Gracchus, C. de adulterijs, & Bart. in L. quæstionis, D. de quæstionibus, & Angelus in L. tertia, C. de adulterijs, & Dominus Author infrà cap. 31. numero primo & seq. & in prædictis locis subdunt præfati scribes, quod hoc est verum, dummodo iudex nõ fuerit egressus terminos torturæ, quod in dubio præsumitur, eum videlicet non fuisse egressum terminos torturæ: vnde, dicenti contrarium, incumbit onus probandi, quod dicit notatu dignum Angelus, vbi suprà, de quo vide etiam per D. Gandinum, in suo tractatu maleficiorum, in rubrica, de quæstionibus, in quæstione, quæ confessio dicatur facta metu, & Angelus in L. prima, de vi publica, Baldus in cap. iudices, in titulo, de pace iuramento firmanda, in vsibus feudorum, & Baldus in rubrica, C. de pœna iudicis, qui malè iudicauit, & D. Gaspar Calderinus in cap. primo, extra de deposito.

Doctor

Doctor Baert.

Saluus) Idem verbotenus & ex professo tradit inferiùs hoc eodem libro, & capite, nu. 14. rursus, hoc eodem libro, cap. 11. num. 2.

Circa hoc) Idem tradit ex professo Menochius, de arbitrarijs iudicium, libro 2., centuria tertia, casu 281. fol. 240. columna tertia: sunt enim variæ hominum naturæ, simul & conditiones: aliqui enim robusti, aliqui debiles, aliqui nobiles, aliqui denique rustici sunt, atque ita cuncti non sunt æquè fortes aut pares, per consequens, omnes etiam pares cruciatus ferre non possunt, ex sententia Baldi in L. vnica, numero 9. C. de confessis, Gandinus in tractatu maleficiorum, sub rubrica de quæstionibus, numero decimo, Castrensis conf. 296. libro secundo, Romanus conf. 451. col. 2. quos secutus est Marsilius in repetitione L. quæstionis modum, num. primo, D. de quæstionibus.

Testis fuit tortus) Idem verbotenus & ex professo tradidit antè Guido de Suzaria, in tractatu de indicatijs & tortura, numero 66. vers. sed quid de quæstione: rursus Ambertus de Antramonìa Bononiensis, in tractatu super materia quæstionum & torturæ, num. 12. vers. sed pone, testis fuit tortus.

Additio D. Ludonici.

Facti aut iuris) Circa reuocationem erroris seu confessionis erroneæ, vt vides, D. Author facit differentiam inter errorem iuris aut facti: vt hic per eum: cuius dictis adde tu Gandinum



dinum in tract. maleficiorū, in tit. de quæst. in
 vers. si confessus dicat se errasse: nam secundū
 eum, nemini est deneganda facultas defensio-
 nis ante impositionem pœnæ, allegat L. vnus,
 §. fin. in verbis, quocunque tempore postulan-
 te, D. de quæstionibus, & C. de iure fisci, L. fa-
 cultas, lib. 10. & C. de bonis vacantibus, L. fin.
 in verbis, data copia: & plus subdit, quòd etiam
 spontè confesso non est deneganda defensio,
 ad probandum de iure suo & innocentia sua,
 allegat textum in L. prima, §. si quis vltro, D.
 de quæstionibus, & quia defensio & probatio
 possunt fieri vsque ad sententiam, L. si quis, C.
 de rebus creditis, L. indicia, C. de probation.
 & L. prima, §. si ad diem, D. de re militari, de
 quo vide per Baldum in L. in bonæ fidei, in ter-
 tia col. C. de rebus creditis, & Baldum in L. fin.
 in prima columna, C. de probat. & per D. Pe-
 trum de Ancharano in conf. 22. in tertia colu-
 mna, vbi dicit, se de facto obtinuisse, quod quis
 potest reuocare errorem suum, licet, secundum
 eum, iudices in hoc se difficiles & rigorosos ex-
 hibent, credentes vilescere in conspectu ho-
 minum per absolutionem, contra L. absentem
 D. de pœnis.

Doctor Baert.

Legitimus) Idem tradit ex professo noster
 hic Iacobus de Bello Visu, cap. 15. num. 3. & nu.
 7. sed si esset, & prosequitur admodum late
 Franciscus Brunus in tractat. de indicijs & tor-
 tura, quæstione sexta, secundæ partis, numero
 28. vers. secundo verò casu: rursus Ambertus
 de An-

de Antramonía Bononiensis, in tractatu de quæ-
 stionibus & tortura, numero 13. vers. sed quid
 si aliquis est tortus, & Guido de Suzaria, in tra-
 ctatu de indicijs & tortura, num. 70. vers. sed
 quid si aliquis.

Additio D. Ludouici.

Legitimus) Pro hac conclusione est textus
 cum glossa singulari, & ibi Bart. in L. penult.
 D. de quæstionibus, quem cum glossa, pro sin-
 gulari ad hoc allegauit, & secutus est Angelus
 Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in octa-
 ua columna, in verbo, fama publica præceden-
 te, in vers. aduertat tamen: vbi dicit secus esse
 in confessione spontè facta, quia ea, etiam non
 præcedentibus indicijs, valet: adeo, quod ex
 ea confessione potest quis condemnari, alle-
 gat textum in cap. primo, de accusat. libro 6. &
 dicit, idem tenere Petrum de Ancharano, in
 Clementina prima, de homicidio.

Doctor Baert.

Liquidè probari) Et est ratio, quia non est
 deueniendum ad torturam, si veritas aliunde
 possit haberi: per L. diuus, in princip. & L. edi-
 ctum, D. de quæstionibus, & L. quoties, C. de
 quæstion. Franciscus Brunus in tractatu de in-
 dicijs & tortura, quæstione quinta, secundæ
 partis, numero 15. vers. sexto, iudex considerare
 debet, rursus in §. item ad aliud, num. 50. vers.
 & est ratio.

Persenerauerit) Alia requisita ad hoc, vt
 quæstio valeat, inuenire poteris apud D. Fran-

Kk 3

ciscum



ciscum Brunum, in tractatu de indicatijs & tortura, quæstione sexta secundæ partis, numero nono, vers. si autem confessio extorta fuit per legitimam torturam.

Si autem perseuerauerit) Idem verbotenus & ex professo tradit inferiùs hoc eodem libro, cap. 15. numero quinto, vers. si perseuerauit, & ibi diximus.

Tunc ius præsumit) Hanc rationem tradidit & in loco proximè citato.

Ut supra dictum est) Cap. 8. num. 3. & seq.

Caput decimum.

Confessio facta in tormentis, non præiudicat, nisi in ea perseueretur. numero primo.

Quæstio. 2
Confessio ea, quæ fit formidine tormentorum, æquiparatur ei, quæ fit in tormentis. 3

Ad hoc, ut interdictum de vi competat, sufficit terror armorum. 4

Confessio facta sine tormentis, valet. 5

Quæstio. 6

Quæstio. 7

Quæstio. 8

Quæstio. 9

Appellationis tempus est decem dierum. 10

Ratio. 11

Quæstio. 12

1. Sed, quia dictum est supra, quod confessio facta in tormentis non præiudicat, nisi in ea sit perseueratum; iuxta hoc queritur, quæ confessio dicatur facta in tormētis? dic, quod nedum illa quæ fit in ipsis tormentis, sed etiã illa quæ fit, si ad pedem torture ducatur, et ligatis manib. teneatur, & terror incutiatur

à iis.

in iudice dicente, quod si incontinētī nō confiteatur, subijci eū debere quæstioni; certè, nō tenet eius cōfessio, nisi in ea fuerit perseueratū, quia lex æquiparat confessionem factam in ipsis tormentis, & factā ex formidine tormentorum, ut est expressum C. quorū appellationes nō recipiuntur, L. 2. ubi dicitur, ex formidine; & nota quod bene dicit, ex formidine, non, in tormentis; & idem sensit gloss. D. de iniurijs, L. item apud Labeonem, §. quæstionem, ibi, cum dicit, vel legis territio; et adde hic quod dicitur, quod sufficit terror armorum, D. de vi & vi ar. L. 1. iunctis his quæ notatur. D. ad legem Aquil. L. sed et si quacumq; & C. unde vi. L. 1. in penult. quest. glosse, & inst. de interdictis, §. armorū, super verbo, lapides, & D. de furtis, L. penul. cum ibi notatis, & ad Turpilianum, L. in senatus, in princ. & D. de incendio, ruina, & naufrag. L. 1. §. incendio, & §. fin. et etiam quo ad legem Corn. de sicar. ista sunt paria et æquipollentia, hominem percutere, vel, ei gladium stringendo minari, ut D. de sicar. L. 1. §. diuus: & facit, D. ex quibus causis maiores, L. 3. cum ibi notatis, et D. quod metus causa, L. metum, aliàs aut, confessio facta sine tormētis, valet, ut D. de custodia reorum, L. si confessus, & pro hoc D. de quæst. L. 1. §. si quis ultro: nec postea, volens contrarium dicere, auditur, ut ibi notatur. & hoc verum, si in iudicio fiat talis confessio, non extra ius, ut D. de custodia reorū, L. si confessus, & D. de confessis, L. nullius; sed ponamus quod nō ducitur ad torturā ligatus; sed, minatur tãtū de torquendo, nunquid si confiteatur, dicetur confessio facta formidine tormentorū? videtur quod sic;

Kk 4

D. de

6. Sed ponamus.



D. de incendio, ruina, & naufragio, L. prima, §.

7. *quod ex incendio, & L. pactus; sed, quid si extra locum torturae, ut circa tribunal, ubi ius redditur, index examinans delatum super crimine, dicat ei: aut confitearis, aut ducam te ad torturam, & tor- quebo te: nunquid dicetur, tunc confessio facta formidine tormentorum? dic, quod non; quia leuis ti-*

mor & terror est ille, ut d. L. item apud Labeonem, §. questionem, D. de iniurijs, & C. quod metus causa, L. iactationibus; terrorem enim probabilem, vera tortura comparandum, presentem, & instantis tortura accipere debemus, sicut metum presentem, D. quod metus causa, L. metum primo responso, & D. ex quibus causis maiores, L. tertia, in fine: leuis enim terror extra locum torturae, derisorius est, ut D. si cui plus, quam per legem Falcidiam, L. ha actiones; cum igitur confessio tormentorum formidine facta, non habeatur pro explorato facinore,

8. nisi criminosus perseveret, operae pretium fuerit inuestigare, in quo loco sit reus ducendus, ad perseue-

randum? dic, in aliquo loco publico extra locum torturae; & ideo, video expertos indices & assessores consulum, in perseverantia, vocare testes, et in publico testimonium scribi faciunt, hoc modo: talis, tali die, ductus extra locum torturae, in tali loco publico perseveravit & confirmavit, & c. in presentia talium testium, & c. & ipsi bene faciunt, per L. 2. C. de custodia reorum, ibi, sub publico testimonio; sed

Quantum
tempus.

9

quantum tempus erit necessarium à die confessionis delati usque ad diem adductionis ad perseverandum? nam hoc nulla lege determinatur; nisi forte di-

68

cas, quod in L. 2. C. de custodia reorum hoc deter-

minetur, cum dicit, modicum tempus esse debere; sed, non dicit, quod sit illud modicum tempus; posset

dici, quod, decem dierum, iuxta textum & glossam, D. de iudicijs, L. ad peremptorium, in fine; quia ta-

le tempus etiam datur condemnato ad deliberandum, an sibi expediat appellare, vel acquiescere iudicatis: porro, sicut facta condemnatione quis rema-

net turbatus & iratus: sic, habita questione, & ira impedit animum, ne possit cernere verum, sicut in

distichis suis ait Cato: quae propter etiam videtur ad minus expectandum per decem dies, donec ira

deferbuerit, ut notatur in Auth. de appellationibus, §. primo, vers. exceptis, super verbis, ne timore in-

stantia, collatione quarta: vel, dic, quod arbitrio iudicis hoc est relinquendum, considerata conditione,

& qualitate personarum, & enormitate vel leuitate criminis & torturae, argumento, D. de iure deli-

berandi, L. prima, & D. de effraCTORIBUS, L. prima, & de poenis, L. hodie: sed quaeritur, qui debeant

questioni interesse? dic, ut D. de adulterijs, L. postulauerit, §. questionem: in secreto autem index recipiet dictum torti: tortus autem, similitudinem habet

testis, ut D. de questionibus, L. prima, §. secundo.

Doct̃or Baert.

Dictum est supra) Capite nono, num. 16. vers. quantum ergo operetur..

Quae confessio) Idem verbotenus & expresso tradidit antè Guido de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, numero 72. vers. quae

Xk

5

ro qua



ro quæ dicatur confessio: rursus, Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu de quæstionibus & tortura, num. 13. vers. sed quæ dicitur facta in tormentis.

Additio D. Ludouici.

Ad pedem torture) Dominus Author verum dicit in hoc, & ultra allegata per eum, dicastu, quod idem voluit Bart. in L. prima, §. diuus, D. de quæst. & Bart. in L. 2. in tertia col. in fine, C. quod metus causa, & Bald. in L. vnica, in octaua col. C. de confessis, & Bald. in L. nouissimè, D. de excusat. tutor. vbi dixit, quod confessio, quæ fit apud tormenta, dicitur facta in tormentis, per illum textum, quem dicit ad hoc singularem, & idem de confessione facta in tormentis, vel formidine tormentorum, vt à pari procedant, voluit D. Abbas, in cap. fin. in quinta col. ext. de confessis, & Abbas in cap. cum in contemplatione, extrà de reg. iuris, & Alexander de Neuo Patauinus in suo consil. 47. in secunda columna, volumine quarto.

Doctor Baert.

Sed ponamus) Idem verbotenus, vt & alia refert Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu super materia quæstionum & torture, nu. 13. vers. sed quid si ducitur ad tormenta.

Extra locum torture) Idem verbotenus & ex professo tradidit antè Guido de Suzaria in tractatu de indicatijs & tortura, num. 76. vers. sed quid si extra locum.

Additio

Additio D. Ludouici.

Quod non) Sto in hoc cum D. Authore, cum modificatione tamen, nisi iudex, qui diceret reo, aut confitearis, aut ducam te ad tormenta & torquebo te, esset homo terribilis vultu, & solitus talia dicere, simul ac mandare executioni, quia tunc dicerem, secus esse, & confessionem esse factam metu tormentorum, iuxta notata per Bartolum in L. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, D. de noui operis nunciat. idem dicerem, quando reus esset persona multum timida, puta, mulier esset, vel complexionis trepidæ: quia tunc dicam, illa verba inducere sufficientem tormentorum formidinem.

Doctor Baert.

In quo loco) Idem verbotenus & ex professo refert Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu de quæstionibus & tortura, numero decimoquarto, vers. quæro ad faciendum: Guido de Suzaria in tractatu de indicatijs & tortura, num. 78. vers. in quo loco.

Additio D. Ludouici.

In quo loco) De loco ratificationis, D. Author rectè loquutus est, & idem voluit Bart. in L. prima, §. diuus, D. de quæstionib. & Bald. in L. 2. C. quorum appellationes, & Baldus in L. secunda, C. de custodia reorum, & D. Abbas in cap. cum in contemplatione, in 2. columna, in vers. quæro, in fine, extrà de regulis iuris, & in cap.



& in cap. fin. in quinta columna, in fine, extra de confessis, & facit quod notat Baldus in L. 2. in tertia columna, in fine, D. quod metus causa, & Bald. in L. prima, in septima columna, C. de confessis.

Doctor Baert.

Quantum tempus) Idē tradidit antea Guido de Suzaria, in tractatu de indicatijs & tortura, numero 79. vers. item quæro quantum tempus, & Ambertus de Antramoniam Bononiensis, in tractatu de questionibus & tortura, numero 14. vers. sed quæro quantum tempus, quibus adde quæ notauimus inferius hoc eodem libro cap. 15. numero primo, in verbis, per diem.

Additio D. Ludouici.

Arbitrio iudicis) Hæc est vera conclusio de tempore intermedio inter confessionem, & ratificationem, quod relinquatur arbitrio iudicis: in quo adde tu Iacobum Butrigarium in L. secunda, C. de custodia reorum, & Angelum & Salycetum ibidem, & D. Angelum Aretinum in libello suo maleficiorum, in verbo, fama, in penult. columna, in vers. secundo nota, quod si confessio.

Doctor Baert.

Interesse) Idem verbotenus & ex professo tradidit antea Guido de Suzaria, in tractatu de indicatijs & tortura, numero 80. vers. quæro qui debeant, & Ambertus de Antramoniam in tractatu de questionibus & tortura, numero 14. vers. sed qui debent questionibus interesse.

Additio

Additio D. Ludouici.

In secreto) Circa hanc materiam de dicto rei recipiendo in secretis, vide tu, quod notauit Bart. in L. si postulauerit, §. questionibus, D. de adulterijs, vbi multum notabiliter loquitur in materia testis torquendi, videlicet, an aduocatus possit esse præsens, & concludit, quod non in examinatione, sed bene in delatione iuramenti.

Caput undecimum.

Quæstio.	numero primo & 10.
Reus ita torquendus est, vt innocentia vel supplicio saluus reseruetur.	nu. 2
Maleficium semper præsumitur prauè actum.	3
Quisquis in corrigendo, modum excedit tenetur.	4
Nemo delinquit, nisi qui animum malucolum habet, numero 5 & 7	
Voluntas & propositum distinguunt maleficia.	6
In delictis lata culpa dolo non æquiparatur.	8
Tutor ex officio litigans, non tenetur.	9

Sed quid si iudex excesserit ita modum in tormentis, vt tortus defecerit, vel membrum debilitauerit, tenebitur iudex? & quo iure? quod teneatur, videtur dicere lex expressè, D. de iniurijs, L. siem apud Labeonem. §. questionem, ibi, teneri eum, & c. si enim torquendus est reus, vt innocentia vel supplicio saluus reddatur, D. de questionibus, L. saluus, questionis, §. modus, & L. de minore, §. tormenta, & §. plurimum, & C. de questionibus, L. super statu, cum ibi notatis. in princ. certè, si iudex modum non seruauerit, tenebitur, & facit, D. soluto matrimonio.



homo, L. si constante, §. si maritus, & inst. de his
 qui sunt sui vel alieni iuris, §. dominorum, & D. de
 his qui sunt sui vel alieni iuris, L. 2. & ad legem
 Aquilianam, L. quemadmodum, §. magistratus, &
 de usufructu, L. locum, §. finali, & de pignora-
 tia actione, L. eleganter, §. plane: nec prodest si-
 bi, quod tanquam iudex hoc fecerit, nam malefi-
 cium prave presumitur actum, C. de iniurijs, L.
 si non conuicij, & D. ad legem Corneliam de sica-
 rijs, L. prima, & extra de de presumptionibus,
 cap. 1. cum ibi notatis: ita, quod in peiori parte fa-
 cienda sit interpretatio super talib. quae de se illicita
 sunt, ut D. de publ. L. fin. §. hoc, & D. de decretis
 ab ordine faciendis, L. fin. & C. de legibus, L. leges,
 & de iure deliberandi, L. finali, §. primo, iunctis
 his quae notantur, C. de postulando, L. puto: prae-
 rea, si propinquus, corrigendo propinquum, mo-
 dum excedat, tenetur: & sic, si membrum mutila-
 uerit, aut debilitauerit, C. de emendatione propin-
 quorum, L. unica: ergo, similiter, si iudex exce-
 dat officium suum: nam, sicut priuatis, ita et ma-
 gistratibus est prohibitum illa facere, D. de iniu-
 rijs, L. nec magistratibus: contrarium videtur,
 quod non teneatur, quia hoc facit iudex causa ve-
 ritatis eruenda, exercendo suum officium, non ani-
 mo interficiendi, vel debilitandi, igitur, non debet
 teneri, nemo enim videtur delinquere, nisi animum
 maleuolum habuerit, D. de verb. sig. L. saepe in fine,
 nam voluntas & propositum distinguunt maleficia, D.
 de furtis, L. qui iniuriarum, in princ. & facit, D.
 de acquirenda possessione, L. qui iure: & alibi scri-
 ptum est

Modum
excedat.

4.

5.

6.

prius est, tunc crimen contrahi, cum voluntas nocen-
 di interuenit, C. de sicarijs, L. 1. & L. eum, prae-
 sumit etiam princeps bonum de officialibus suis, nisi
 manifeste contrarium probetur, D. de officio praefecti
 pratorio, L. 1. circa finem; praeterea, praesumitur, ut
 dixi, iudicem causa sui officij exequendi hoc fecisse,
 non nocendi consilio, D. iniurijs, L. iniuriarum, §.
 primo, iunctis his quae notantur D. de iustitia &
 iure, L. ut vim, & iunctis his quae notantur D. ad
 legem Aquilianam, L. quemadmodum, §. magistra-
 tum, super verbo, factum: ergo, si aliqua culpa com-
 mittatur per iudicem in torquendo, & excedendo
 modum, non tenetur tamen lege Cornelia de sicarijs;
 nam in delictis, lata culpa non equiparatur dolo, D.
 de sicarijs, L. in lege: item, officij necessitas impunitum
 suadet remanere delictum, quod alias debebat coer-
 cere, ut D. de his quib. ut indignis, L. post legatum,
 §. aduocatum, & L. tutorem; praeterea, ratione of-
 ficij quaedam permittuntur, quae alias non permitte-
 rentur, ut D. de postulando, L. 1. §. sed si quis operas,
 super verbo, concedi; praeterea, in dubio non appa-
 ret, quo animo fecerit; & ideo, praesumendum est,
 quod zelo iustitiae & officij vigore potius, quam
 malo consilio hoc fecerit, ut D. de bonorum raptio-
 rum, L. secunda, §. si publicum, & C. de acquiren-
 da possessione, L. minus instructus, & D. pro solu-
 to, L. marito accidit; ad idem validius argumen-
 tum sumptum, D. qui accusare possunt, L. secunda,
 in fine, ubi tutor ex officio, de falso accusans produ-
 centem instrumentum, si non probat, non prae-
 sumitur calumniandi animo accusationem instituisse,
 nisi

7.

8.

9.



10. *nisi euidenter hoc probetur: & tamen secus est de alio, eo ipso, quod non probat, ut C. de aduocatis diuersorum iudicum, L. prima: tu dic, quod si apparet, quod fecerit ex dolo & ex voluntate, tenetur: si autem absque dolo & culpa, non tenetur: si autem cum aliqua culpa, exercendo officium suum, modum excedat, non tenetur, ut C. de emendatione seruorum, L. prima: nam bona est argumentatio de potestate dominica ad potestatem rectoris, D. de uerborum significat. L. potestatis uerbo: in hoc tertio tamen membro, scilicet, cum modum excedit, Dominus Guido de Suzaria, aliter sentit, & dicit, quod si iudex modum questionis excedat, & hominem occiderit, vel debilitauerit, quod tenetur: quia, cum modum excedat, fingitur non iudex, hoc est, priuatus: sicut tutor, non recte administrando, fingitur non tutor, & punitur ut quilibet extraneus, D. de furtis, L. tutor, & D. pro emptore, L. qui fundum, §. si tutor, & C. de Episcopis & Clericis, L. generaliter: quid plura, uidetur casus in L. item apud Labeonem, §. questionem, D. de iniurijs, & in L. quem admodum, §. magistratus, D. ad legem Aquilianam, & de usufructu, L. vis usufructuarius.*

Doct̃or Baert.

Excesserit) Verbotenus & ex professo refert eadem Guido de Suzaria, in tractatu de iudicijs & tortura, numero 58. vers. an si iudex, & Ambertus de Antramoniam Bononiensis, in tractatu de questionibus & tortura, numero 16. vers. quid si iudex in tormentis: & qua poena teneatur

tur iudex qui dolose modum excesserit in tortura, vel etiam sine dolo & cum causa, non tamen recte nec rite, tradit ex professo Franciscus Brunus, in tractatu de iudicijs & tortura, questione septima, secundae partis, nu. primo & secundo.

Saluus) Idem tradidit hoc eodem libro, cap. 9. nu. 2. & 14.

Modum excedat) Vide librum primum, cap. 9. nu. 17. in uerbo, leuis castigatio, pag. 104. & pag. 116. in fine.

Additio D. Ludouici.

Tu dic) Passus iste de mortuo seu debilitato in tortura, an iudex teneatur nec ne, est multum, meo iudicio, considerandus, & aperiendae sunt aures pro dominis iudicantibus: in quo passu D. author concludit, quod in vno solum casu tenetur iudex: quando apparet de dolo: alias autem, non: quando casu, vel etiam quando culpa, excedit modum in torquendo, per L. primam, de emendatione seruorum: ast ego sentio quod teneatur, quando culpa excessit modum in torquendo: nam eo ipso quod excedit modum, fingitur priuatus homo, & non iudex: ergo, debet teneri: sicut dicimus in tutore non bene administrante bona pupilli, nam non fingitur tutor, sed tenetur tanquam quilibet, ut D. de furtis, L. interdum, §. qui tutelam, & D. pro emptore, L. qui fundum, §. si tutor, & argumento C. de episcopis & clericis, L. generaliter: praeterea, uidetur esse casus, de hoc in L. item apud Labeonem, §. questionem, ad finem,



nem, D. de iniurijs, & hoc etiam reperio voluisse Cynum, Baldū & Salycetum, in L. Gracchus, C. de adulterijs, & Angelum in L. 3. C. de adulterijs, vbi dicunt, quod si tortus deficit in tortura, iudex non tenetur, dummodo indicia procedant, & in actis de indicatijs appareat, & etiam iudex non fuerit egressus terminos torturæ: per consequens utique sentiunt aperte, quod tenetur iudex de excessu, & sic de culpa in excedendo: non nego tamen, quin in dubio præsumatur egressus modum, ratione officij, L. Herennius, §. Cai, D. de euiction. vnde, ei qui dicit contrarium, incumbit onus probandi secundum Angelum in L. 3. C. de adulterijs, quod est notatu dignum, secundum Angelum Aretinum in suo tractatu maleficiorum, in verbo fama, vers. octauo quæro, quid si tortus.

Doctor Baert.

D. Guido de Suzaria) Hoc ipsum refert Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu de quæstionibus & tortura, num. 17. circa finem, vbi meminit etiam huius eiusdem loci Guidonis de Suzaria, qui tamen in suo tractatu de indicatijs & tortura (saltem in eo quem ego habeo Venetijs impressum, Anno M. D. LVI.) nusquam vel opinionis, aut horum verborum meminit: quinimò, in tractatu de indicatijs & tortura, nu. 85. vers. an si iudex, vbi verbotenus & ex professo refert & examinat hunc articulum: nihil etiam, præter ea quæ hic referuntur, adfert, ac desinit in verbis, L. potestatis verbo.

Caput

Caput XII.

Quæstio.

numero primo.

Quæstio.

2

Plura imperfecta, constituunt vnum perfectum.

3

Sed pone quod continetur in aliquo statuto alius civitatis, quod non possit quis poni ad torturam, nisi præcesserint & habita fuerint præsumptiones violenta contra ipsum: quæ erunt tales violentæ præsumptiones? dic, quod magna indicia, ex quibus potest quis poni ad torturam, ut dictum est, nã illa dicuntur esse manifesta indicia & argumenta, quid si continetur in statuto, quod nemo torqueatur nisi indicia indubitata præcesserint, quod exemplū poterit dari de indicatijs indubitatis? certè tale est: una camera habens unū aditū & unū exitū distaxat, & de camera exit aliquis, pallidus, trepidus, & cū cultello euaginato, sanguinolento, nudo, in manu, & statim post eius exitū, inuenitur homo recenter occisus in illa camera: certè, ista duo indicia ad probationem malefici indubitata sunt, ex quibus nō solū ad tormēta sed etiā ad pœnæ impositionē potest procedi: & ita intelligitur, L. sciāt cuncti, C. de probationib. ibi, vel indicatijs ad probationē indubitatis, & C. de pœnis, L. qui sententiā, & in Auth. ut nulli indicū, §. si vero accusatus, collat. 9. & C. de adulterijs, L. si qui adulterij, in princ. & nota disjunctiuam, vel, nam palliditas vel trepidatio est unū indicium contra ipsum. ut D. de quæstio. L. de minore, §. tormēta: itē, delatio gladij, præsertim nudj, est aliud indicium. nã, de portatibus arma, lex malis præsumit, ut in Auth. de mādatis principis, §. fin.

1.
Sed pone,

Ut dictum est.

2.

Vna camera.



& C. ut usus armorum, L. unica: item, quia gladius erat sanguinolentus, est aliud indicium: in homine scilicet occiso solet esse gladius sanguinolentus, nam ex qualitate facti accipitur coniectura, ut D. de donationibus inter virum & uxorem, L. virum: item, potest dari aliud exemplum de indicijs indubitatis, & illud potest saepe accidere: pone, occiditur Titius in aliqua vinea vel fundo, & accusatur de hoc Seius, & super hoc nulli testes deponunt de visu, quod videlicet viderint Seium hoc homicidium committere, sed probatur tantummodo contra Seium, quod ipse erat inimicus Titij: item, probant testes quod viderint Seium euaginare gladium contra Titium: item, probatur quod Seius aufugit tempore maleficij perpetrati: item, quod est vox & fama, quod dictus Seius Titium occiderit: certe, ista quatuor simul iuncta, quamuis singula per se non sufficerent, sunt sufficientia, & indubitata probationis, non solum ad torturam, sed etiam ad condemnationem, sic intelligitur d. L. sciant cuncti, C. de probationibus, & d. L. qui sententiam, C. de poenis: item, est aliud exemplum de indicijs & presumptionibus indubitatis, si accusetur Seius quod fecit occidere Titium: si probetur, quod Seius erat inimicus Titij: item, quod iste Seius perpetrato crimine recepit homicidam: item, quod homicida erat domesticus & familiaris Seij: item, quod est vox & fama, quod Seius fecit occidi Titium: item, quod Seius alias se iactavit quod faceret occidi Titium, & est homo de quo verisimile est, quod talia faceret: item, quod olim contentiones & verba interuen-

Item potest dari.

Item est laudi.

teruenerint inter eos: ista indicia simul iuncta, satis videntur sufficientia ad condemnationem, non solum ad torturam: sic possunt intelligi, d. L. sciant cuncti, C. de probationibus, & L. qui sententiam, C. de poenis, & ext. de homicidio, cap. tua nos, §. 1. nec mirum, si ex pluribus simul iunctis, quorum quodlibet de se non sufficeret ad indicium indubitatum vel ad plene probandum, sit indicium indubitatum vel plena fides: nam, hoc in iure videtur expressum, cum duo vel plura imperfecta, constituunt unum perfectum, ut in Auth. de fide instrumentorum, §. si vero nullus, & C. de agricolis & censitis, L. cum scimus, in princ. nam, quae per se non prosunt singula, multa iuuant, C. de testibus, L. sancimus, & D. de excusat. tutor. L. 2. §. primo: quid plura, reperitur in iure cautum, quod ipsa principalis causa criminalis, per argumenta & presumptiones cognoscitur & determinatur, ut D. de re militari, L. non omnes, §. à barbaris, ibi, & si hoc liquide probari, & ibi, cum de capitali causa cognoscitur, & pro hoc etiam, D. de re militari, L. desertorem, §. is qui: & facit in Auth. ut liceat matri & auia, §. illud verum est.

Doctor Baert.

Sed pone) Idem tradidit ex professo Guido de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, num. 99. vers. sed quid si continetur, & Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu de questionibus & tortura, nu. 22. vers. quid si continetur.

Ll 3

Ut



Viditum est) Hac de re copiose tractavit, hoc eodem libro, cap. 5. nu. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 20. 22. 27. 29. & 31. quo loci, super verbo, quatuordecim indicia: retulimus & nos varia cum furti, tum homicidij, tum adulterij, & aliorum criminum indicia.

Additio D. Ludouici.

Vna camera) In hoc primo exemplo dominus author rectè loquutus est, in quo exemplo concordat Gandinus in tractatu suo maleficiorum, in rubrica, de indicijs & præsumptionibus, & Bart. in L. 2. D. de furtis, & Ioannes Andreæ in additionibus ad Speculatorem, in titulo de probationibus, §. 3. vers. 13. & D. Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica præcedente.

Doctor Baert.

Item potest dari) Verbotenus idem tradit ex professo Guido de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, nu. 100. vers. est aliud indicium, rursus, Ambertus de Antramonìa Bononiensis, in tractatu de quæstionibus & tortura, nu. 22. vers. est & aliud indicium.

Additio D. Ludouici.

Item potest dari) In hoc secundo exemplo D. author etiam rectè locutus est, & cum eo concordat Gandinus in tractatu maleficiorum, in rubrica, de indicijs & præsumptionibus, & Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in verbo fama, & D. Abbas in cap. tertio loco, ext. de probationibus.

Doctor

Doctor Baert.

Item est aliud) Verbotenus idem tradit Ambertus de Antramonìa Bononiensis, in tractatu de quæstionibus & tortura, nu. 22. vers. item est aliud exemplum: & Guido de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, nu. 101. vers. est videre aliud exemplum.

Additio D. Ludouici.

Item est aliud) In hoc tertio exemplo D. author etiam rectè sensit: de qua materia indicatorum indubitatorum non solum ad torturam, sed etiam ad condemnationem posuit Baldus in L. sciant cuncti, & in L. neque natales, in prima col. & in L. siue, in secunda col. C. de probation. & Baldus in L. quicumque, C. de seruis fugitiuis, Bald. & Ioannes ab Imola, in L. fin. D. de hæred. inst. Baldus in L. fin. D. de officio proconsulis, & Baldus in additionibus ad Speculatorem, in titulo de sententijs, circa finem, Ioannes Calderinus in cap. vestra, extrà de cohabitatione clericorum & mulierum, D. Abbas in cap. tertio loco, extrà de probat. & Gandinus in tractatu maleficiorum, in rubrica, de indicijs & præsumptionibus, & Angelus Aretinus etiam in tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica, in vers. quæro an vnum indicium, & Paulus de Castro, cons. 196. vbi dixit vnum notabile verbum, videlicet, quod in casibus, in quibus quis potest cõdemnari ex indicijs indubitatis, potest cõdemnari

Ll 4 ad



ad pœnam pecuniariam, non autem ad corporalem, de qua materia posuit etiam D. meus Alex. in conf. 15. in quinta col. vol. primo, ubi dixit, quod in criminalibus non iunguntur probationes diuersi generis ad condemnandum, ut ibi per eum notabiliter loquentem in hac materia: ubi quoque ponit, quid in maleficijs commissis de nocte, vel quæ alias difficile possunt probari, quæ probationes admittantur, & in conf. 53. in prima col. vol. primo, & in conf. vlt. in tertia col. vol. 3. circa verò illud quod incidenter dixit D. author, quod due vel plures probationes imperfectæ, iunguntur ad faciendam vnam plenam probationem: de hoc non dicam tibi nunc, quia est extra materiam, de qua agimus, sed si casus aliquis tibi de hoc contingeret, remitto te ad D. meum Alex. in conf. 19. in 2. col. vol. primo. & in conf. 65. in vltima col. eodem vol. & in consilio 13. in decimatertia col. volumine primo, & in conf. 33. in vltima col. eodem vol. & in consilio 54. ubi dicit etiam, quod in criminalibus peruenitur ad definitiuam per præsumptiones tam legis quàm hominis.

Caput XIII.

Quæstio.	numero primo.
Quo ad iudicem actor & reus in multis aequiparantur.	2
Ab omni interlocutoria quæ in sententia definitiua reparari non potest, appellari potest.	3
Tantum à sententia condemnatoria, lex appellare permittit.	4
Fauorabiliores rei sunt quam actores.	5
	Cautela.

Cautela.

Maior causa per minorem suspendi non debet. 7

Sed queritur, nunquid ab absolutoria questionum possit appellari? verbi gratia, accusabam aliquem, petij ipsum torqueri, iudex interlocuendo pronunciat, ipsum delatum non fore torquendum, ego volo ab ista interlocutoria appellare, queritur, an possim? & videtur quod sic: quia, licet ab alijs interlocutorijs non possit appellari, ab ista tamen potest, ut D. de appellationibus recipiendis, L. 2. imò, iudex tenetur lege Iulia de vi publica, si non recipiat appellationem, D. de vi publica, L. lege Iulia: ergo & mihi permittitur appellare, si pronuncietur non questionandus, ut C. de fructibus & litium expensis, L. fin. nam, quantum ad iudicem, actor & reus aequiparantur in multis, ut D. de re iud. L. 3. & D. de officio proconsulis, L. solent. item, ab omni interlocutoria quæ in sententia definitiua reparari non potest, appellari potest, D. de his qui sati dare coguntur, L. ab arbitro, cum ibi notatis, & de minoribus, L. intra utile: sed hæc interlocutoria per sententiam definitiuam non posset reparari: ergo, C. de probationibus, L. sciant cuncti: præterea, non debet quis damnari propter suspicionem, D. de pœnis, L. absentem, licet questionetur, D. de questionibus, L. prima, & L. fin. vtem, captio permitti non debet, C. quod metus causa, L. quod metus, & D. de auro & argento legato, L. uxor: sed hic esset captio mei, quia posset apparere de calumnia mea: ergo potest appellari, argumento D. de his qui notantur infamia, L. athletas, §. calumniatores,

Ll 5 res,



res, C. de aduocatis diuersorum iudicum, L. prima, & de calumniatoribus, L. prima: item, iste preuenit in causa appellationis: ergo, non poterit questionari, C. de postulando, L. prima: nam cum in prima causa non appelletur, in secunda est preiudicium, D. quando appellandum sit, L. fin. item, quia ubi peto te questionari, & iudex interloquitur, te non esse questionandum, denegat ius: ergo, appellari potest, sicut supplicari, C. ut lite pendente, L. 2. & petitur restitutio, ut D. ex quibus causis maiores, L. sed & si per prætorem, §. magistratum, & D. de minoribus, L. ait prætor, §. 1. & C. de appellatione, L. si quis prouocatione, & facit D. qui satisfacere cogantur, L. ab arbitro, & in Auth. de collationibus, §. sin autem aliquando: pro hoc etiam D. de appellatione recipiendis, L. prima, §. primo, & D. quando appellandum sit, L. prima, in princ. die contrarium, quod non possit appellari: quia, à condemnatoria tantum, lex permittit appellare: ergo, non extenditur, argumento C. de procuratoribus, L. maritus: item, certi sunt casus in iure civili, in quibus potest ab interlocutoria appellari, sed iste non est inter istos, ergo, remanet sub regula generali, argumento D. de his qui sunt sui vel alieni iuris, L. pater furioso: ista regula est, C. de sententijs & interlocutionibus omnium iudicum, L. fin. & quorum appellationes non recipiuntur, L. ab executore: nec est bona consequentia, permittitur appellare in condemnatoria: ergo, & in absolutoria, quia favorabiliores sunt rei quam actores, D. de reg. iuris, L. favorabiliores, & de adulterijs, L. denunciasse, §. fin. & fa-

& favorabiliores esse debemus in absoluendo, quam in condemnando, D. de actionibus & obligat. L. Arrianus: item, quia sequeretur inconueniens, si liceret indistinctè semper appellare, quia iudicium prolongaretur: & si forte dicat iudicem suspectum vel simile quid, poterit in sententia definitiua reparari: & sic, non potest ab interlocutoria appellari, C. de appellationibus, L. si quis prouocatione, cum ibi notatis: rursus, quod ab interlocutoria non sit appellandū, potest sic probari: sententia interlocutoria est præparatoria ad definitiuā: ergo, præsupponit definitiuā, quia per ordinē se habet ad istā, tanquā ad principalem, quādo pronūciat super principali, videtur pronūciare super illa, sed absoluto negotio principali, videtur etiā super questionibus, tanquā super incidenti, pronūciatum: nam, quasi res articuli processus trahuntur ad sententiā definitiuā, D. de minoribus, L. 3 §. 1. ergo, nō est illa interlocutoria attendenda, sed illa principalis tantū super qua est appellandū, D. de nouatio. L. stipulaturus, in fine: nā, si hæc appellatio super interlocutoria admitteretur, oporteret, quod principalis remaneret in suspēso, D. de minoribus, L. intra utile, C. quando prouocare nō est necesse, L. 2. ergo nō est faciēda ista distinctio, nec cause separatio, C. de iudicijs, L. nulli: amplius, quādo cūq; sunt due prouisiones, ita quod una se habeat ad aliā tanquā minor ad principalem, illa, que principalis est, solū spectatur, D. quādo appellandū sit, L. 1. §. solēt: sed potest præstari, q; possis appellare à definitiua, et de grauamine, et iuris denuciatione, defectu iustitiæ, ordine iuris seruato: et tūc,



in definitiva appellabitur, & in ea omnia talia venient, C. de rebus creditis, L. generaliter, §. sin autem: nam, non debet suspendi maior causa propter minorem, C. de iudicijs, L. properandum, §. primo, nec obstat contrarium quando dicitur quod grauat^{ur} accusatus, quasi scilicet ideo concedi debeat appellatio, quia poterit reparari in definitiva, seu in eius appellatione: nam, non possum ponam: & non probatum probabo, C. de temporibus appellationum, L. per hanc, & quia iudex appellationis potest rectius procedere contra delatum, C. de appellationibus, L. additos, in fine, & quod aliud sit in absolutoria quam in condemnatoria, notorie facit D. de re indicata, L. inter pares.

Doctor Baert.

Ab absolutoria) Verbotenus eadem refert Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu de quaestionibus & tortura, nu. 27. vers. quaero, an ab interlocutoria: sed ita concisè ac vitiosè, ut maiorem lucem illi, ex hoc nostro Iacobo de Bello Visu: quam huic, ex Amberto de Antramonía liceat adferre.

Caput XIII.

Duobus casibus quaestio repeti potest.

Quaestio.

Quaestio.

Practica in casu quo reus non confitetur.

Quaestio.

Circa nonum, quando videlicet repeti debeant quaestiones? dico, quod quaestio non potest repeti, nisi duo concurrant: ut, quia nova supervenerunt indica

cia, & quod tortus duravit in tortura, fortitudine sui corporis, ut D. de quaestionibus, L. unius, §. primo: sed, pone quod de aliquo fuit semel habita quaestio, sed quis nihil dixit, iudex vult repetere quaestionem, sine aliquo novo indicio accedente, nunquid potest? videtur, quod sic: D. de quaestionibus, L. repeti, & L. unius, §. primo, ubi indistinctè dicitur, quod quaestio potest repeti: ergo, ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, D. de publiciana in rem actione, L. de pretio, & de legatis praestandis, L. prima, §. generaliter: tu dic, quod non, sine novis indicijs, prout praedixi, ut puta, quia tortus dicit, illa nocte nullum ibi iacuisse ubi fuerat commissum maleficium, & postea inuentum fuit per testes, quod aliquis ibi iacuit: certè, isto casu potest quaestio repeti propter dictum indicium vel simile: & hac est communis opinio, nec tamen allegatur aliqua lex, sed tu allega D. de verborum significat. L. bones, §. hoc sermone, D. pro socio, L. socius pro filia, §. nec si prior, & d. L. unius, §. reus, D. de quaestionibus, ad quod, extra de electione, cap. ut circa, vers. nisi, & cap. nulli, lib. 6. & de exceptionibus, cap. primo §. fin. & C. de testibus, L. si quis testi, & D. de confir. tutor. L. in confirmando, & L. utilitatem. Assessores tamen hoc hodie non servant: imò, quaestiones quotidie repetunt absque novis indicijs supervenientibus quorsque de obiectis criminibus habuerint veritatem: quorum opinio potest fundari seu argumentari per iura in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio, §. oportet, ibi iudices torquentur fures & non prius quiescent: & c. consideres

Sed pone.

Assessores tamen.

AKUM



Fortitudi-
ne.3.
Quid si.

autem bonus iudex in questione repetenda, an totus perseverauerit in tortura, fortitudine animi & corporis, ut D. de questionibus, L. unius, §. reus: sed, quid si dum aliquis est in tormentis, dicat, ad quid me tormentatis? nam, si stare in isto tormento per decem annos vel plus, non dicerem quod fecerim istud de quod me accusatis, nec aliquid aliud, quia nihil feci. nunquid talis est statim à tormentis relaxandus, & dimittendus ire vias suas? dic, quod non: sed procedi debet in tortura non obstante sua protestatione: ita tamē, ut procedatur cum temperie, nec nimis asperere, secundū conditionē criminosi & qualitatem criminis & indiciorū, quae faciunt contra eum: & si confiteatur, bene quidem, si autē non confiteatur, iudex debet eum in carceribus retinere: & si noua aderunt indicia, questionē repetet. sin autem noua indicia non aderunt: tunc, iudex debet statuere accusatori competentem dilationem ad probandum suam intentionem contra talem dilatatum: & si conuinci uel etiam superari per testes poterit, condemnabitur. sin autē conuinci non possit, absoluetur, sic D. de question. L. 2. §. praeterea, & L. unius: hic quaero, nunquid questionare sit meri imperij? de quo dic ut in magna papyro de iurisdictione omnium iudicum, in quarto folio.

4.
Quaestio-
nem repe-
tet.5.
Meri im-
perij.

Doctor Baert.

Sed pone) Verbotenus idem tradidit ante Guido de Suzaria, in tractatu de indicijis & tortura, nu. 57. vers. sed pone, rursus, Ambertus de Antramonía Bononiensis, in tractatu de questionibus & tortura, nu. 11. vers. sed quaero.

Additio

Additio D. Ludouici.

Assessores tamen) Licet D. author non dicat haec sunt formalia verba Dyni in suo tractatu questionum, in vers. quid si aliquis fuit semel tortus, & refert & sequitur Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica praecedente, in vers. tertio quaero, an semel tortus: ubi dixit quod de quacunque tortura qua facit iudex dolo malo & sine causa, capite punitur, per L. decurion. & ibi hoc voluit Bald. C. de question. & Baldus, in L. 1. C. de priuatis carceribus, & licet pro mala consuetudine assessorum repetentiū questiones sine nouis indicijis, allegetur textus in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio, §. oportet: tamen, mihi nunquam placuit hoc, & pro nunc dico, quod ille textus non facit ad propositum, si recte ponderetur: nam ille textus loquitur de administratoribus bonorum fiscaliū, & dicit, quod si aliquod furtum committatur in dictis bonis, quod iudices torquent, & non prius quiescet, donec reddat furta, per consequens, isti officiales sunt solliciti in perquisitione dictorum bonorum: non tamē propterea permittit furum questiones repeti sine nouis indicijis: & sic arbitriū concessum eis, intelligitur concessum quo ad ius, non tamen extrā limites iuris: & potius ille textus denotat facultatem in torquendo plures, quam in repetendo questionem contra vnum, & ut ipsi sint diligentes vult ibidem textus, in tantum, ut si non reperirent dicta furta, teneantur ipsi, tanquam illi, qui forte non fuerunt diligentes in custodia dictorum bono-



bonorum: ex quo rectius infer, quod Imperator ibi non voluit quod indistinctè tortura seu repetitio torturæ fieri debeat, sed vbi leges id ipsum dictarint, hoc est, legitimè, seu seruatis seruandis: nam, præsumptio est quod iudices videntes se remanere obligatos, torquerent & repeterent quomodocunque & qualitercunque: itaque, ille textus nihil facit pro saluatione assessorum repetentium quæstionem, sine nouis indicijs: à qua, iudicio meo, cauere debent sicut ab igne: & maximè, cum communis theoricæ doctorum sit in contrarium prout supra dixi: & vltra prædictos, ita in terminis voluit Baldus in L. 2. C. quorum appellationes, & Baldus in L. milites, C. de quæstionibus: & D. Abbas in cap. cum in contemplatione, in secunda col. in vers. septimo quæritur, extrà de reg. iuris.

Doctor Baert.

Fortitudine) Scilicet vsu sæpe videmus, & compertum est, tantam aliquando esse delinquentium constantiam in tormentis, vt etiam sæpius & acriter affecti cruciatibus & tortura, nihil fateri velint: exempla sunt apud Valerium Maximum, libro octauo, capite quarto, vbi ponit exemplum de Alexandro, seruo Fannij, & de Philippo, seruo Fuluij: rursus, apud Alexandrum ab Alexandro genialium dierum, libro primo, cap. vltimo, vbi dat exemplum de Zenone, de Theodoro, & de Leæna, qui maximis cruciatibus affecti, compelli tamen non potuerunt, vt perpetratum facinus faterentur:

tur: quocirca rectè dixit Vlpianus in L. prima, §. quæstioni, D. de quæstion. plerosque ita tormenta contemnere, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit.

Quid si) Vide Guidonem de Suzaria in tractatu de indicijs & tortura, num. 60. vers. quid si dum aliquis, & Ambertum de Antramonia Bononiensem, in tractatu de quæstionibus & tortura, numero vndecimo, vers. consideret bonus iudex.

Additio antiqua.

Quid si) Quando delatus est obstinatus, dicendo, in vanum me torquetis, an sit dimittendus, nec ne, vide Odofredum in L. de tormentis, C. de quæstionibus.

Additio D. Ludouici.

Quæstionem repeteret) In hoc Dominus Author rectè locutus est, nec est opus additione, nisi dum dicit de nouis indicijs: nam, noua indicia ea dicuntur, quæ differunt præcedentibus specie vel substantia, vt puta, prima indicia erant de mala fama rei, vel quod erat inimicus, &c. superuenit postea vnus testis, qui dicit, se vidisse, quòd reus alium percussit, vel dicit, quòd vidit eum cum gladio euaginato, &c. secus, si primò habuisses indicium ex fama, per aliquos testes: & deinde, habeas alios testes super fama: nam posteriores illi testes non dicuntur noua indicia, sed dicuntur noua probatio primi indicij, nec ex ijs posset quis repeti in tormentis, ita voluit Angelus, in suo tractatu

M m

malefi-



546 PRACT. CRIMIN. DE
maleficiorū, in verbo, fama publica, vers. quæ-
ro, quæ dicantur noua iudicia.

Doctor Baert.

Meri imperij) Merum imperium est, habere gladij potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines, L. 3. imperium, D. de iurisdictione omnium iudicum: is autē, qui quæstionat aliquē, facit hoc ea potestate, quam habet ad animaduertendum in facinorosos homines, vt expressè tenet Franciscus Brunus, in tractatu de iudicijs & tortura, quæst. 7. secunde partis, num. 3. vers. & si torfit, non vt priuatus: ergo, quæstionare est meri imperij.

Caput XV.

Recitat aliquorum distinctionem circa effectum quæstionum.

- | | |
|--|-------------|
| Confessio rei statim non præiudicat. | num. primo. |
| Refutat antedictam distinctionem. | num. 2 |
| Quæstio siue tortura est res fragilis. | 3 |
| Quando stetur confessioni. | 4 |
| Quæ non profunt singula, multa iuuant. | 5 |
| Quando non stetur confessioni. | 6 |
| Erronea confessio probatur per probationem facti contrarij. | 7 |
| Quæstio. | 8 |
| In confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando. | 9 |
| Resolutio quæstionis. | 10 |
| | 11 |

1.
Circa de-
cimum.
Aliqui di-
stinguunt,

Circa decimum, quis sit effectus quæstionis? aliqui distinguunt, vt si formidine tormentorum ultro quis confiteatur crimen, dicunt quidā, eum non esse statim

statim damnandū sed debet (inquiunt) iudex stare per diem, vel per aliquod tempus, secundum qualitatem criminis, & persona conditionem: porro, eo tempore elapso, potest iudex iterum facere reum coram se presentari, & interrogare, an velit perseuerare in sua confessione facta, an contradicere, vel renouare? mouentur ea ratione, quia confessio rei non statim præiudicat in causa criminali, nec statim facit plenam probationem, vt expressè dicit L. 2. C. de custodia reorum, & ita intelligunt iura illa, quæ non distinguunt, an formidine tormentorum fuerit facta confessio, vel spontè, D. de quæstionibus, L. prima, §. diuus, ibi. nec statim haberi pro exploratis criminibus, & c. amplius, dicunt ipsi, quod inter confessionem habitam in civilibus causis, & inter confessionem habitam in criminalibus causis, hoc interest, quia in civilibus causis non est opus perseuerantia: imò, statim tenetur confitens: sed in criminalibus, siue ultro, siue formidine tormentorum habitam sit confessio, semper est opus perseuerantia, per iura antedicta: nec mirum, si magis ponderatè & solertius in criminalibus, quàm in civilibus procedatur: quia in criminalibus maius periculum vertitur, quàm in civilibus causis, vt extra de electione, cap. vbi, libro 6. & C. de falsis, L. vbi, & de appellationibus, L. addictos, & de pœnis, qui sententiam: et licet ista opinio equior videatur, tamen dic contrarium: & hac est communis opinio: quia, si in se quis sponte confitetur crimen, statim incarcerandus est, & ilicò, absq; perseueratione, & alia confessione damnandus, C. de custodia reorum,

Per diem.
2.
Perseuera-
tione.
3.
Damnandus.

Mm 2

reorum,

reorum, L. finali, primo responso, & de poenis, L. cum reis, & sic intelligitur D. de custodia reorū, L. si confessus; nec obstat L. prima, §. diuus, D. de questionibus, quia loquitur in confessionibus habitis in tormentis sine iudicijs sufficientibus precedentibus, & sic intelligitur, C. de exhibendis reis, L. 2.

- secundum veriorē lecturam; si autē in tormentis vel formidine tormentorum quis confiteatur; tunc, non statur ei, nec debet haberi pro exploratis criminibus, ut d. L. prima, §. diuus, D. de questionibus, & C. quorum appellationes non recipiuntur, L. 2. & est ratio, ut D. de questionibus, L. prima, §. questionibus, quia videlicet fragilis res est & perniciofa, quæstio, quæ veritatem fallat; nam plerique patientia sine duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo possit; alij vero tanta sunt impatientia, ut quiduis potius mentiri, quàm tormenta pati velint; & ita fit, ut etiam vario modo fateantur, & non tantum se, verum etiam alios crimentur, ut L. prima, §. questionibus, D. de questionibus, & tunc, habet locum L. 2. C. de custodia reorum, ut iudex faciat criminofum ad se redire, et querat, utrum velit in sua confessione perseuerare, an retractare, vel contrarium dicere; & si perseuerauerit;

Si perseuerauerit.

Tunc ius præsumit.

ita subdistingue, quia simul etiam præcedunt alia iudicia, vel alia probationes; & tunc, si perseuerauerit, nocet & præiudicat confessio facta in tormentis, vel formidine tormentorum, quia tunc ius præsumit, ex eo quod perseueret, quia sic se habet veritas, quia iure permittente fuit questionatus; per consequens, hoc facit perseuerantia cum iudicijs

dicijs precedentibus: nam quæ non prosunt singula, 6.
multa iuuant, C. de testibus, L. solam, & de testamentis, L. sancimus, & quia ex precedentibus apparent sequentia, D. de legatis primo, L. si seruus plurium, §. fin. sed, si esset questionatus sine iudicijs precedentibus, tunc videtur vigore tormentorum 7.
perseuerare; & ideo, ex illa confessione & perseueratione, nullo modo est damnandus, & sic intelligo iura superius allegata, præsertim, L. primam, §. diuus Severus, D. de questionibus, & in hoc casu ultimo potest quis appellare, & probare suam confessionem erroneam, sic D. de questionibus, L. prima, §. si quis ultro; adde hinc theoreticam ad legem Aquilianam, quæ incipit, nota non audiri, in veteri; & probatur erronea confessio, probando factum contrarium: sic D. de liberis & posthumis, L. posthumos; iuxta præmissa queritur; aliquis precedentibus iudicijs pronunciat ad torturam, in questione fuit confessus, se, ob tutelam & defensionem corporis sui, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, homicidium de quo accusatus erat, commisisse; curia admisit & recepit eius confessionem, in quantum pro ipsa, & iure regio facit, & facere potest; reliqua, quæ pro dicto confuente, et contra ius regium faciebant, & facere poterant, denegando; iste confessus non potest illud, quod pro sui iuris defensione fecerit, per aliquem probare, cum nullus ibi esset, nisi ipsi duo: queritur, nunquid ex tali confessione sit condemnandus? videtur, quod sic; quia intentio curiæ videtur penitus fundata contra ipsam ex dicta confessione, quia confessus est, se homicidium commisisse, & non apparet

M m 3

quod



quod in sui defensionem fecerit, scilicet, in dicta confessione, est dare duo: primum, confessio criminis; secundum, eius legitima excusatio: & de primo, ap-
 10. paret; de secundo, non; quare, cum in confessum nulla sint partes iudicis, nisi in condemnando, D. ad legem Aquiliam, L. proinde, la secunda, in fine, cum ibi notatis, & D. de custodia reorum, L. si confessus, & de confessis, L. certum, in fine, & C. de confessis, L. unica, cum concordantijs, videtur, quod hic etiam condemnari debeat, quia confessioni bene statuitur contra confitentem, ut C. de probationibus, L. exemplo, & D. de interrogatorijs actionibus, L. de atate, §. finali, & de edendo, L. prima, in fine glosse; dic contra, quod ex illa confessione non
 11. possit lege Cornelia de sicarijs corporaliter condemnari; nec obstat, si intentio curia videtur fundata ex eius confessione; quia non est verum, quia ista verba simul prolata sunt ex vno contextu; ergo, si curia adhibet eis fidem pro parte, in quantum pro se faciunt, & in quantum contra se faciunt, oportebit ut fidem adhibeat: quia, curia habebit totum approbare, vel totum reprobare: sic habemus in minore, ut D. de minoribus, L. etiam §. primo, & de administratione tutorum, L. cum quaritur, & de depositi, L. publica, in fine cum concordantijs, & C. de exceptionibus, L. siquidem, cum ibi notatis, & C. de donationibus ante nuptias, L. si praesidi, & D. de liberatione legata, L. Aurelius, cum glossa, & C. de liberali causa, L. cum praecum, iunctis his que notantur, D. de iureiurando, L. si duo, §. penultimo, & C. de testibus, L. si quis testibus, & 4.
 quest.

quest. 3. cap. secundo, vers. si quis testibus, in glossa, qua incipit, testem inductum: & adde hic quod habes plene de hoc, circa glossam, L. publica, D. de depositi: nec obstant contraria, cum dicitur, quod statuitur confessioni: quia hoc verum, nisi possit excipi: & de hoc vide in libro meo de exceptionibus: & sic ex praedictis collige, quod beatus homo, qui se continere potuit in tormentis, quoniam absoluetur, et melior, quam ante accusationem, reputabitur, cum prospere & foeliciter se purgauerit a sibi impositis, argumento Authent. quomodo oportet Episcopos & clericos, §. si vero nemo accusauerit, collatione prima: si vero non se tenuerit, in suaq; confessione perseuerauerit, maledictus homo ille: quia tunc ilico in carcerem reducitur, nec ex tunc receditur, cuiuscunque status fuerit, seu conditionis, nisi qualitas criminis hoc exigat.

Doctor Baert.

Circa decimum) Idem verbotenus & ex professo tradidit antea Guido de Suzaria, in tractatu de indicijs & tortura, numero 43. §. decimo videre restat, & Ambertus de Antramoniam Bononiensis, in tractatu de quaestionibus & tortura, nu. 5. vers. sed nunc restat videre.

Additio D. Ludovici.

Aliqui distinguunt) D. Author, ut vides circa effectum quaestionis multum notabiliter locutus est, faciendo differentiam inter confessionem spontaneam, & factam in tormentis, vel formidine tormentorum: ut prima non requirat reiterationem,



secunda sic: ast tu in hoc passu dicas, quod imò in puncto iuris verior est opinio, quod requiratur ratificatio, seu reiteratio confessionis, vt est casus non cauillando, in dicta L. 2. C. de custodia reorum, quem textum pondero in suo principio, & in vers. deprehensus, & in vers. cum de admissio constiterit crimine, quæ omnia ostendunt, confessionem sponte factam, & maximè, cum lex illa sit posita sub titulo de custodia reorum, & non sub titulo de quæstionibus: præterea, pro hoc considero rationem illius textus in fine: nam militat non solum in confesso sponte, sed etiam in coacto, & è contrà: si enim non ratificatur confessio, nimis sæuere iudex in delinquentes: ad idem pondero textum in L. fin. de custodia reorum, iuncta glossa in verbo, subducat: nam, licet textus dicat delinquentem citò debere puniri, subdit ibidem glossa, quòd hoc est verum seruata forma legis secundæ, de custodia reorum: & sic, ratificata confessione, quæ tamen non dicebatur prius facta per tormenta nec obstat, quòd istud requiratur, quando confessio fuit facta in tormentis, vt L. prima, §. diuus, D. de quæstionibus, & L. 2. §. tamen si, de custodia reorū, quia respondeo, quòd ideo non negat ille textus, quin idem fieri debeat in alia confessione, etiã sponte facta: nec obstat etiam L. 2. C. quorum appellationes non recipiuntur, quia non probat hoc in mille annis: nam dicitur, ibi aperte, quòd conuictus de crimine non potest appellare: non tamen dicitur, quin confessio etiam sponte facta, non debeat ratificari: itaque ille

textus

textus non facit: non obstat etiam L. cum reis, C. de pœnis, quia ille textus non loquitur in terminis nostris: præterea, solum tollit facultatem supplicandi, & alias artes ad differendum sententiam: sed non dicit, quòd confessio facta non debeat ratificari, quin ista ratificatio non tendit ad oppugnandum, sed potius ad confirmandum sententiam postea ferendam: itaque illa Iura, si rectè ponderentur, non probant opinionem D. Authoris, imò in contrarium allego casum, in L. prima, §. si quis vltro, D. de quæstionibus, vbi textus disponit, non esse fidem adhibendam etiam confessioni factæ vltro, seu sponte: benè verum est, quòd vbi confessio facta est spontè, potest reiterari, etiam incontinenti, seu intra modicum tempus: sed confessio facta in tormentis, debet ratificari ex interuallo, & ad minus debet quiescere per vnam diem naturalem, antequam ducatur ad ratificandum, propter metum tormentorum, secundum Bart. in L. prima, §. diuus, D. de quæstionibus. & Iacobus Butrigarius in L. 2. C. de custodia reorum: & idem voluit Angelus Aretinus, in suo tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica præcedente, in penultima & vltima col. in vers. secundo nota: & licet ipse ibi dicat, quòd vbi quis spontè confessus est, non requiratur alia ratificatio, & sic transeat cum opinione D. Authoris, suprà relata: tamè subdit, quòd iudex cautus semper faciat confessionem reiterari, etiam spontè factam, & sic etiam videtur in hoc inclinare, & iudicio meo, hoc est melius & tutius: nec iura contradicunt, imò requirunt

Mm 5

si benè



si benè ponderentur, vt ex supradictis apparet, quæ omnia tene menti, quia sunt noua in hac materia: vltra prædicta, vltimo loco adduco, quia etiam spontè confessio non est deneganda defensio, L. 1. §. si quis vltro, D. de quæst. ergo debet fieri ratificatio, quæ multum eneruabit defensiones, postea futuras, ac eadem citius expedientur: per consequens, cessat ratio d. L. cum reis, C. de pœnis, quod nota, de quo posuit etiam Dynus, in suo tractatu maleficiorum, in vers. restat videre quid sit confessionis, & Bart. in L. prima, §. diuus, D. de quæstion. & Bart. in L. prima, in fine, D. de custodia reorum, & Salycetus in L. 2. C. de custodia reorum.

Doctor Baert.

Vltro) De ijs, qui vltro confitentur, & spontè, quid iuris sit, docet Franciscus Brunus in tractatu de iudicijs & tortura, quæst. 6. secundæ partis, §. secundo casu, nu. 14. & seq. siquidem confessio spontè fiat, haud ideo sequitur, quod cõtinuò iudex ei stare debeat, nisi & alia suffragentur adminicula, vt notatur in cap. quia verisimile, ext. de præsumpt.

Per diem) Idem tradit ex professo Franciscus Brunus in tractatu de iudicijs & tortura, quæstione sexta secundæ partis, §. sexto principaliter, nu. 5. vers. sed an statim: rursus Ambertus de Antramonìa Bononiensis, in tractatu de quæstionibus & tortura, num. 14. vers. quæ ro ad faciendà, quibus adde quæ notauimus in superiorib. hoc eodem li. cap. 10. nu. 9. vers. sed quantum tempus, in verbis, quantum tempus.

Perse-

Perseueratione) Sed ponamus, quòd tortus & confessus, à iudice fuerit ductus ad tribunal, vt ratificaret eam suam confessionem: interim negat omnia, quæ in tortura confessus est, vt sæpissimè vsu venit, an propter hoc debet relaxari, cùm non confiteatur apud tribunal? an verò debet iterum torqueri? Baldus existimat, quòd post talem reuocationem maneat semiplena probatio, secundum glossam in L. secunda, C. de custodia reorũ, & ideo nisi reuocans probet contrarium, compellitur vtique perseuerare per repetitionem torturæ, secundum Franciscum Brunum in tract. de iudicijs & tortura, quæ est. 6. secundæ partis, §. sexto principaliter. nu. 6. vers. sed ponamus.

Damnandus) Hæc sententia mihi nimium rigorosa videtur: ideoq; consultius fecerit iudex ad hoc, vt se tueri possit in foro poli, si prius verificauerit confessionem ex alijs iudicijs & cõiecturis, antequam veniat ad condemnationem ratione confessionis, etiam si confessio per torturam legitimè sit extorta: esto etiam, quod sit ratificata: quia aliqui sunt ita timidi & fragiles, ac doloris impatientes, vt omnia potius confiteri malint & ratificare, etiam falsa, & quæ nunquam commiserunt, vt est textus in L. prima, §. quæstioni, D. de quæstionibus, & hinc eleganter ait Annæus Seneca, quod etiam multos innocentes dolor mentiri cogit: vnde, si fuit aliquid subtractum, quærat post confessionem, quid confessus fecerit de re subtracta: & si dicat, se vendidisse, vel alicui pignori dedisse, exploretur apud eos, an sit verum: rursus,



rursus, si factum sit homicidium: quærat, ubi post homicidium corpus mortui proiecerit, aut similia, quæ cautus iudex indagare poterit.

Si perseverauerit) Idem tradidit ex professo superius, hoc eodem libro, cap. nono, numero decimo, vers. tertio, & numero 16. vers. quantum ergo operetur.

Tunc ius præsumit) Hac de re Iacobus de Bello Visu & nos diximus hoc eodem libro, cap. 9. num. 16.

Sed si esset) Remitto similiter ad caput nonum, numero sexto, vers. sed quid si aliquis.

Dic contra) Idem tenet Iulius Clarus receptorum sententiarum libro quinto, §. homicidium, num. 35. vers. sed hic occurrit alia quaestio, folio 48. columna secunda, secundum impressionem Francofurtensem Nicolai Bassæ, anni M. D. LXXVI.

Caput XVI.

Quomodo puniantur effractores carcerum. num. 1

Acquæ punitur is, qui carceres effringere tentauerit, atqui is, qui effregerit. num. 2

Quæstio. 3

Pastor, cuius animal comederit alterius bladum se invito, non tenetur. 4

Quæstio. 5

Qui quid facere potest, & non facit, is videtur nolle tacere. 6

Ex frequenti delicto augetur poena. 7

Quæstio. 8

Et tunc, aut talis criminofus, tortus, confessus, & in carcerem reductus, exit carcerem ante sententiam; aut moritur, aut occiditur, aut remanet ibi usque

usque ad sententiam: si exit carcerem; tunc, aut non i. frangendo eum; & tunc, ex quo non esset confessus, Non frangendo. ratione talis exitus, non habetur pro confessio, sed

alias indicis officio opponitur, sic D. de effraCTORIBUS L. prima, secundo responso; aut exit frangendo carcerem; & tunc, aut commiserat re vera delictum, Frangendo carcerem: Commiserat re vera.

de quo accusabatur: & tunc, corporaliter punitur, licet aliàs non esset poena capitalis, sic d. L. prima, in princ. D. de effraCTORIBUS, & de re militari, L. milites agrum, §. eius, & de poenis, L. si quis, aut

de re vera non commiserat delictum, pro quo erat captus; et tunc, non punitur, ac si fecisset re vera crimen. pro quo erat captus, nec habetur pro confessio,

sic D. de custodia reorum, L. in eos, cum sua glossa, & d. L. prima, tertio responso, D. de effraCTORIBUS:

si verò non exiit penitus, sed cum vellet exire carcerem, fuit repertus, perinde tenetur, ac si exiisset, ut D. de edilitio edicto, L. quid sit fugitivus, §. Idem Ac si exiisset.

Celsus, & D. de re militari, L. 3. §. is qui nolens, & de his qui mortem sibi consciverunt, L. fin. & de poenis, L. si quis aliquid, §. fin. sed quaeritur, nun-

quid si exierit de carcere timore ignis, vel aqua, teneatur? dic, quod non: quia necessitas & iustus timor ipsum excusant, D. de officio consulis, L. una, Timore ignis.

cum ibi notatis, & communi diuidendo, L. item si quis, & D. quod metus causa, L. metum, la petite, & D. de feriis, L. prima, circa finem glossæ, & de publ. L. Cesar, & L. fin. §. si propter necessitatem,

& ad legem Rhodiam de iactu, L. 2. §. id agitatum, & D. de edilitio edicto, L. quid sit fugitivus, §. apud Labeonem, & §. seq. & extra de consuetudine, cap.



ne, cap. quanto, ad quod D. ad legem Aquiliam, L. si quis fumo, & quod vi, aut clam, L. sed si alius, §. est et alia, & pro hoc lex in ratione, D. ad legem Aquiliam, L. quemadmodum, §. Labeo, & videtur casus pro hoc, D. locati, L. habitatores, §. fin. cum ibi allegatis in glossa: & hoc verum credo, dum tamen non fugiat, & sic intelligo iura superius allegata, & D. de edilitio edicto, L. quid sit fugitivus, §. primo & secundo, & §. idem Celsus, & §. idem ait si servus, & de re militari, L. tertia, §. is qui volens, & C. de his qui mortem sibi consciverunt, L. finali, & de pœnis, L. si quis aliquem, §. fin. & de repudijs, L. tertia, & de in rem verso, L. si pro parte, §. versus, cum ibi notatis, sic intelligo D. de custodia reorum, L. in eos: & ista faciunt pro

4. Bladum. pastore, cuius animal comedit bladum ipso invito, quod non teneatur: item, faciunt pro bannito, vel relegato, qui dum esset extra villam, inuenit malefactores & inimicos suos capitales, qui volebant ipsum interficere, siquidem reuertatur ad villam, non videtur facere contra præceptum iudicis, nec contra sententiam: unde, quando necessitas excusat ipsum & quando non? dic ut habes in papyro parua de officio consulis, in principio: sed queritur, si aliquis exiuerit carcerem, non frangendo eum: & postmodum per se redijt, an teneatur ut habeatur pro confesso, & puniatur ut confessus? dic, quod non: per iura proximè allegata, & D. de acquirendo rerum dominio, L. secunda, & inst. de rerum diuisione, §. pauonum, cum ibi notatis: nam, qui facere potest, & non facit, videtur nolle facere, D. de edilitio

Per se redijt.

5.

edilitio edicto, L. quid sit fugitivus, §. idem, & pro hoc videtur textus cum glossa notabili, D. de crimine stellationatus, L. prima, in fine, iuncta L. Celsus, D. de arbitris: & hoc crederem verum, nisi latitasset, quia tunc secus, ut D. ex quibus causis in possessionem eatur, L. Fulcinius, §. illud sciendum, & d. L. quid sit fugitivus, §. idem ait interrogatus, D. de edilitio edicto, & de re militari, L. 3. §. is nolens, & C. de his qui mortem sibi consciverunt, L. fin. & de pœnis, L. si quis aliquem, §. fin. crederem tamen eum iudicis arbitrio puniendum, videlicet, quod poneretur in duriori & magis arcto carcere, & etiã ligaretur, et in compedibus ferreis poneretur, etiam si aliàs non esset ligandus, nec incathenandus, sic C. de custodia reorum, L. prima, cum ibi notatis, et de exhibendis reis, L. 2. cum ibi notatis, iuncta L. 1. secundo responso, D. de effraкторibus: & sic intellige iura, quæ dicunt, quod ex frequenti delicto augetur pœna, ut C. de episcopali audientia, L. 3. & de seruis fugitiuis, L. quicumq;, & de comeatu, L. fin. cū ibi notatis, super verbo, exempto, lib. 12. & ad legem Iuliam de vi publica & priuata, L. seruos, iunctis his quæ notantur, D. de his qui sunt sui vel alieni iuris, L. si dominus, circa principium glossæ, & de pœnis, L. si diuturno, & L. aut facta, §. fin. & L. capitalium, §. solent, et C. de commercijs & mercatorib. L. mercatores, & de furtis, L. inciuile, circa fin. & ext. de simonia, cap. non satis, & cap. seq. sed nunquid si incarceratus exit carcerem vel arrestum de voluntate custodis, tenetur? dic, quod nō: quia talis licentia eū excusat, dū tamen redeat: aliàs secus: sic

7.

8.



Commen-
tariensis.

sic inducitur L. si qua adulterij, C. de adulterijs, & sic valet licentia talis in praeiudicium concedentis, dum tamen redeat: sic intelligo iura quae dicunt, quod custos seu commentariensis punitur, si incarceratus recedat, eidem certam poenam opponendo, et sic talia iura non remanent in suis finibus, nec annullat actum, quia valet actus, sed agitur ad poenam contra ipsum sic intelligo L. quoties, C. de exactoribus tributorum, lib. 10. et de custodia reorum, L. milites, & D. quando appellandum sit, L. prima. §. biduum: aliàs est de appellationibus recipiendis, & D. de interdictis & relegatis, L. relegatorum, §. ad tempus, & D. de rebus creditis, L. si pupillo, §. primo, iunctis his, quae notantur per Dynum extra de regulis iuris, cap. quae contra, lib. 6.

Doctor Baert.

Non frangendo) De hac materia latius egimus initio libri praesentis, & in libro secundo, cap. 7. 8. 9. & seq. sed in eo differunt illa ab his, quia superius egit de eo, qui fugit ante torturam: hic verò agit de eo, qui tortus fuit & confessus, & postea fugit, interim multa eorum, quae eo loci diximus, faciunt ad pleniorum intellectum huius loci, de quo consulendus est Hercules in iure scriptor Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria quarta, casu 301. num. primo, 2. & 3.

Frangendo carcerem) Idem tradit Iacobus Menochius, de arbitrarijs iudicium lib. secundo, centuria quarta, casu 301. numero 5. vers. secundus est casus.

Com

Commiserat re vera) Si quis effractis foribus eruperit, aut aliter carcerem fregerit, atque crimen ob quod coniectus sit in neruum, factum sit propatulum, vel antea conuictus erat, etiam si crimen antea capitale non fuisset, capite nihilominus, ob fugam si quando recapiatur est plectendus, authore, D. Iodoco Damhouderio in sua praxi rerum criminalium, cap. 18. titulo de effractione carceris, numero primo, vers. si vero huic violentæ.

Ac si exiisset) Hoc ipsum vidi practicum Bruxellæ, tempore Ducis Albani, vel ab ipso Albano seu eius Commissarijs, in nobili quodam Flandro, qui cum fugæ socios comitari vellet, angusto foramini quod fugæ pararant, ob nimium turgidas & inflatas caligas sic inhæsit, ut nec egredi, nec villo modo regredi posset. quae de re plura nosse qui volet, adeat Boërium, quæst. 215. nu. 12. & Iacobum Menochium de arbitrarijs iudicium, libro secundo, centuria quarta, casu 301. numero 11. vers. extenditur quarto.

Timore ignis) Hoc ipsum tradidit ex professo noster Iacobus de Bello Visu, superius in libro primo, cap. 8. num. 49. vers. ex quibus iuribus: extendit autem clarissimus D. Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, cap. 17. titulo de carcerarijs seu commentariensib. hoc est carcerum custodibus, nu. 8. vers. verum, si incendium.

Bladum) Bladum vocat frumentum, quemadmodum gallicè dicimus, du bled.

Per se redijt) Idem tradit ex professo D. Iacobus

Nu

cobus



cobus Menochius de arbitrarijs iudicum, li-
bro secundo, centuria 4. casu 301. nu. 12. vers.
declaratur. vbi subdit in fine, quod nihilomi-
nus hic reuertens, arbitrio iudicis fit aliqua
pœna puniendus, ad hoc vt eius audacia repris-
matur, vt antea monuit id ipsum, quâuis cum
non citet, hic noster Iacobus de Bello Visu, hoc
eodem capite, nu. 6. vers. crederem tamen.

Commentariensis) Custos carceris (quem ve-
teres ideo commentariensem vocauerunt, quod
in commentarijs custodias referret, & veluti
diarium custodiarum conficeret, vt est apud
Budæum in annotationibus ad Pandectas ti-
tulo ex quibus causis maiores) summam dili-
gentiam in custodiendis carceratis adhibere
debet, alioquin punitur ea pœna, qua punien-
dus erat carceratus, qui fugit, L. ad commen-
tariensem, C. de custodia reorum, Boërius
quæst. 217. nu. 1. Menochius de arbitrarijs iudi-
cum, libro secundo, centuria quarta, casu 302.
nu. primo. & seq.

Caput XVII.

Si reus moriatur in carcere, eius bona applicantur
fisco. numero primo & s.

Quæstio. 2

Quæstio. 3

Ab ordinatione legis appellari non potest. 4

Moritur
ante sen-
tentiam.

1.

*Si autem moriatur ante sententiam: tunc, aut ei-
us bona, propter eius crimen, pertinent ipso iure ad
fiscum, aut per sententiam: si ipso iure, tunc heredi-
bus bona & fructus percepti à tempore commissi
delicti auferuntur, & datur fisco eorum vendica-*
tio,

io, D. de publicanis & vectigalibus & commissis,
L. commissis, nisi per detentores fuerint legitime
prescripta, vt extra de prescription. cap. 2 § si post
mortem, lib. 6. sed queritur qualiter cognoscatur, 2.
quando res seu bona cadunt in commissum ipso iu-
re, vel per sententiam? dic, vt notatur C. vnde vi,
L. si quis in tantam, circa medium glossæ, ibi, cum
dicitur, super quarto quero, & in d. L. commissis,
D. de publicanis & vectigalibus, & C. ne filius pro
patre, Auth. habita, super verbo priuatus, & de
sacrosanctis Ecclesijs, L. iubemus, super verbo pri-
uetur, & de iurisdictione omnium iudicum, L. in cri-
minale, super verbo habeatur, & D. quod metus
causa, L. extat, in princ. & notatur de hoc, D. pro
socio, L. cū duobus, § idē respondit: & extra de hæ-
reticis, cap. cū secundū leges, lib. 6. in quibus quidē
glossis notatur, quod quotiens in lege fit mentio de
priuatione, & de cōmisso alicuius rei: si lex loqua-
tur in presenti tēpore, datur intelligi, quod ipso iu-
re: sed quando loquitur in futuro tēpore, tunc, da-
tur intelligi, quod per sententiā: sic loquuntur glossæ
superius allegata, licet sint aliæ glossæ, quæ loquuntur
in futuro, & tamen res ipso iure cadit in commis-
sum, vt C. de iure emphyteutico, L. fin. in fine, su-
per verbo cadat, & in Auth. nullū creditorē agri-
cola tenere illius terram, in fine constitutionis super
verbo cadat: item, reperio glossam quæ dicit, rē ca-
dere in commissum per sententiā, & tamē lex loqui-
tur in tempore presentis, vt in Auth. de non alie-
nandis, § iconomum, super verbo excludere, collat.
2. sed, quis sit effectus aut qua differentia, 3.
quando

Nn 2

quando



quando ipso iure, vel per sententiam res fisco vel al-
 teri acquiratur, inuestigationis est? dic, quod qua-
 tuor sunt effectus: primus est, quod fructus veniunt
 à tempore commissi criminis, quando res ipso iure
 cadit in commissum, sed quando per sententiam res
 cadit in commissum, tunc demum à tempore sen-
 tentiae veniunt fructus: sic notatur in Auth. de nu-
 ptijs, §. primo, collat. prima: secundus effectus est,
 quod ubi bona committuntur ipso iure, alienatio
 facta ante sententiam non valet, sed post, sic, nisi cō-
 demnatio sit secuta: secus, ubi per sententiam, sic
 D. de donacionibus, L. donationes in concubinam, in
 fine, & L. post contractum: tertius effectus est, quia
 ubi ipso iure res cadit in commissum, tunc, delictum
 seu accusatio transmittitur ad heredes, ut d. L. cō-
 missa, D. de publicanis & vectigalibus & commis-
 sis, nisi reus principalis mortuus fuerit ante con-
 demnationem vel sententiam, tunc enim heredes
 eius non tenentur regulariter, C. si reus vel accusa-
 tor mortuus fuerit, L. 2. & L. defunctis, & L. fin.
 & si pendente accusatione mors interuenerit, L. 2.
 & 3. fallit hoc in octo casibus specialiter notatis, in
 L. ex iudiciorum, D. de accusation. quartus effe-
 ctus est quia Auth. bona damnatorum, C. de bonis
 proscriptorum corrigit tantum iura antiqua, in
 quibus, bona per sententiam fisco applicabatur, non
 autem ipso iure quia excipit delictum lese maie-
 statis per quod non per sententiam, sed ipso iure bo-
 na fisco applicabantur, D. qui & à quibus, L. qua-
 situm: constat autem quod exceptio sit secundam
 regulam, D. de penu legata, L. nam quod liquidè.
 §. fin.

§. si. ergo, meruò dicimus, quod Auth. bona dam-
 natorum, tantum intelligatur, ubi per sententiam
 veniebant bona, cum exceptis de alijs loquatur, &
 de hoc videtur textus de iure nouissimo, scilicet, in
 Auth. de incestis nuptijs §. primo: nam illa Auth.
 dicit, quod illis qui sunt de parentela, est dandum:
 quod tamen alibi denegatur, ubi bona ipso iure ap-
 plicantur fisco, videlicet in crimine incestus, ubi
 non existit in liberis, non applicantur bona illis
 qui sunt de parentela, sed fisco, ut in d. Auth. de in-
 cestis nuptijs, §. primo: quintus effectus posset addi,
 quod ubi bona ipso iure applicantur, non potest ap-
 pellari quia à facto legis, seu ab eius ordinatione nō
 potest appellari: secus, ubi per sententiam bona per-
 tinent ad fiscum, tunc enim si sint scelere quæsitæ,
 idem est, ut D. de iure fisci, L. Lucius: sed si non sunt
 scelere quæsitæ, sed tantum propter crimen princi-
 paliter auferuntur: tunc, si sit crimen exceptum,
 idem dico, ut D. de publicis iudicijs, L. ex iudicio-
 rum, cum ibi notatis: aut est aliud crimen publicum:
 & tunc, si reus moriatur ante condemnationem,
 non auferuntur bona heredibus, ut L. ex iudicio-
 rum, in princ. D. de publicis iudicijs, alias, de accu-
 sation. & C. si reus vel accusatus mortuus fuerit,
 L. prima, & 2. & penult. aut moritur post condem-
 nationem: & tunc, aut appellauit, aut non: si appel-
 lauit, & bona veniebant accessoriè ad pœnam cor-
 poralem: tunc, bona transmittuntur ad heredes, D.
 ad Turpilianum, L. prima, §. fin. & de pœnis, L. 2.
 & ad legem Falcidiam, L. in ratione, §. cum qua-
 dam, si autem bona veniebant principaliter, quia

Nō 3

Specia-

Post con-
demnatio-
nem,

specialis mentio fuerat facta in sententia condemnatoria de bonis perdendis & confiscandis: tunc, non statim transmittuntur ad heredes, sed super his disceptatur, ut C. si reus vel accusatus mortuus fuerit, L. prima, & 2. & fin. & C. si pendente appellatione mors interuenerit, L. prima, 2. 3. & 4. cum ibi notatis, & C. ubi causa fiscales, L. prima & 2. iunctis his quae notantur, in d. L. ex iudiciorum, D. de publicis iudicijs, alias, de accusation. & C. de adulterijs, L. fin. si autem non appellauit, nec poterat appellare, quia tempus appellandi erat elapsum, iuxta L. addictos, C. de appellat. tunc, eis auferuntur bona, ut C. de bonis proscriptorum, L. 2. & D. de iure fisci, L. eius qui: alias, non, si erat intra tempus appellandi, & poterat appellare: sic notatur in d. L. ex iudiciorum, D. de accusat. & D. de poenis, L. quod ad statum, cum ibi notatis, quia, ista sunt paria, appellare, & esse intra tempus, intra quod potest appellari, per iura superius allegata.

Doct̃or Baert.

Moritur ante sententiam) Merito tractat de eo qui moritur ante sententiam, quia sententia lata contra mortuum, est ipso iure nulla, L. penult. D. quae sententiae sine appellatione rescindantur, non quia morte semper extinguitur crimen, sed quia placuit ita legislatoribus, ut eleganter explicat, Aegidius Bossius Patricius Mediolanensis, in tractatu criminum, titulo de sententijs, nu. 103. & seq. vers. sententia lata contra mortuum, folio 385. col. 2. secundum impres-

impressionem Lugdunensem, Philippi Tinghi Florentini, Anno M. D. LXXV.

Post condemnationem) Si reus qui de crimine conuictus, confessus, vel etiam condemnatus est, ante sententiae executionem moriatur (non distinguo an morte naturali, an quia sibi manus intulerit) de iure scripto non scuitur in illud cadauer, ut ait Sapia in L. imperium, nu. 7. D. de iurisdictione omnium iudicum, sed ex consuetudine, praxi, seu iure non scripto, prout ait Ioannes Ignæus in L. prima, §. si sibi manus, num. 21. & 42. D. ad senatusconsultum Sylleianum, in quam sententiam plurimos etiam refert Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, practicae criminalis, quaestione 51. numero 15. vers. sed hic incidenter quaero, folio 257. col. 2. secundum impressionem Francofurtensem Nicolai Bassæ, Anno M. D. LXXVI.

Caput XVIII.

Inuestigat quid iuris sit eo casu, quo quis seipsum occidit. numero primo, 5. & 9.
 Empedoclis mors. 2
 Qui medio vitae se occidit, non est tradendus ecclesiasticae sepulturae. 3
 Quaestio. 4
 Determinat quis cognoscere debeat, ubi quis occisus iacet in confinio iurisdictionis duorum territoriorum. 6
 Missus in possessionem rei principalis, censetur etiam missus in possessionem accessoriorum. 7
 Quaestio. 8
 Haeredes si succedere volunt, tenentur accusare homicidam defuncti. 10

Na 4

Quaestio.



Quæstio.	12
Quæstio.	13
Quæstio.	13
Quæstio.	14
Interpretatio semper est facienda in benigniorem partem.	15
Fiscus quando agit ex eo quod quis seipsum occidit, quatuor probare debet.	16
Quomodo probetur, quod quis seipsum occiderit.	17
Quomodo probetur, quod quis metu criminis seipsum occiderit.	18
Per iura & loci consuetudinem probatur, an bonorum confiscatio sequatur crimen.	19
Crimen probatur per testes aut instrumenta.	20
Quæstio.	21
Cautela pro commentariense.	22
Quando commentariensis censetur in culpa.	23
Quæstio.	24
Quæstio.	25
Quandoque ratione incertitudinis & ambiguitatis neutrum valet.	26
Quæstio.	27
Quæstio.	28
Quæstio.	29
Dolus est duplex.	30
Conuenta seruare est iuris gentium.	31
Hostibus fides est seruanda.	32
Princeps non est exemptus à iure naturæ.	33
Successor potest vltimæ iniuriam illatam suo prædecessori.	34
Quæstio.	35
Quæstio.	36
Quæstio.	37
Quæstio.	38
Quæstio.	39. & 40
Medicus qui ex negligentia quem occidit, tenetur.	40
Nemo potest re sua malè uti.	41

Delictum

Delictum quod est in non faciendo, non punitur
 æque grauius, atque illud quod est in faciendo 43
 Quæstio. 44
 Pœna infligendæ sunt iuxta qualitatem delictorum 45

*Si occiditur tunc aut ipsemet se occidit, aut ab alio si ipsemet se occidit tunc, aut metu criminis, cuius accusatio institui poterat post mortem, ut d. L. ex iudiciorum D. de accusation. & tunc bona publicantur nisi per heredem defendatur, & defunctus innocens reperiatur, ut D. de bonis damnatorum. L. fin. in fine: si autem se occidit metu alterius criminis, quod erat publicum & capitale, ut homicidium, & similia: tunc, si antequam apprehendatur vel accusetur, vel lis contra eum contestatur se occidit, non publicantur eius bona: alias autem, sic si autem erat crimen priuatum, siue extraordinarium, puta furtum modicum, vel simile crimen aliud, propter quod non perdit bona: tunc, non publicantur, imò suis heredibus transmittuntur, siue ante accusationem, siue post apprehensionem se occidat. sic distinguitur in L. secunda, C. qui testamenta facere possunt, & D. de bonis eorum, L. penult. in princ. & nota quod dixi furtum modicum quia secus, si magnum, ut C. de hi qui mortem sibi coniciuerunt. L. 2. D. de reg. iuri, L. ad ea, & de abigeis, L. prima, §. primo, quia in his criminibus esset idem quod in alijs capitalibus: aut quis se occidit impatientia doloris. & tunc, nec bona eius confiscantur, nec interim suspenditur, sic C. de ac- Suspendi-
 cusation. L. factum & qui testamenta facere possunt, L. 2. & D. de iure fisci. L. in fraudem, §. pri- tur.*

N^o 5 me

mo, & de bonis eorum, L. prima & 2. & D. de in-
 iusto, rupto, & irrito testamento, L. si quis ex here-
 dato, §. si quis radio, uti de facto accidit in quodam
 philosopho, qui Empedocles vocabatur, qui se in pre-
 sentia gentium interfecit, dicens, se statim post mor-
 tem resurrecturum naturaliter, & virtute sua
 propria: hodie autem talis qui hoc diceret, resurre-
 ctionem scilicet esse naturalem, & non miraculo-
 sam, reputaretur hereticus, quia contra fidem sen-
 tiret, quare, tanquam hereticus bona perderet, ut
 C. de hereticis, Auth. Gazaros, & talis qui sic vo-
 luntariè se occidit dolore vel radio vite, non est tra-
 dendus ecclesiastica sepultura, sed canina, ut eius
 memoria aboleatur: sic in decretis 23. quest. 8. cap.
 placuit: secus, si de ponte vel de rupe se precipitavit,
 & inde sit submersus vel mortuus & dilaceratus:
 ut accidit in portibus Tholosanis cuidam virgini,
 quam garsones D. de insula, causa libidinis seque-
 bantur, que diu fuerat per dictum, D. de insula, de
 stupro committendo sollicitata, ut dicitur extra de
 sepulturis, cap. ex parte, lo secundo, cum ibi notatis,
 quia talis debet tradi ecclesiastica sepultura, ut est
 ibi casus. maximè, cum ex honesta causa hoc fuerit
 secutum, ut ibi dicitur, ad quod D. quod metus
 causa, L. isti quidem, §. fin. in fine, & de origine in-
 ris, L. 2. §. post initium. potest quis dicere, quod ille
 qui causa turpis lucri se ponit in periculo, quod si
 moriatur vel occidatur, non sit sepeliendus in loco
 sacro, sed in cœmeterio canino, videlicet, in prato
 bellicoso, vel in aliquo alio loco non sacro: & pro
 hoc faciunt ea que notantur, D. de postulando, L.
 prima,

Ecclesiasti-
 cæ sepul-
 turæ.

prima, §. ad bestias, super verbo virtutis, & de his
 qui notantur infamia, L. furti, §. pactus, super
 verbo humanitatis: secus dicerem, si ratione officij
 sui licitè hoc contingeret, quia esset tradendus eccle-
 siastica sepultura: sic intelligo iura superius allega-
 ta, & pro hoc glossa notabilis, D. de postulando, L.
 prima, §. sed si quis operas, super verbo concedi, &
 de aleatoribus, L. prima, in princ. & de adulterijs,
 L. mariti, §. primo, vers. plectitur, & de iure fisci,
 L. in fisci, ad quod D. de procuratoribus, L. Plau-
 tius, & de re iudicata, L. si se non obtulit, in princ.
 & de seruo corrupto, L. in hoc iudicium: sed qua-
 ritur, an corpus sepultum liceat transferre in ali-
 um locum? dic, quod, aut est traditum perpetua se-
 pultura, aut non: si perpetua: tunc, dic, quod non,
 sine iusta causa: si autem interueniat iusta causa,
 tunc sufficit auctoritas seu consensus rectorum
 prouincie, seu Episcopi loci, sic C. de religiosis, L.
 prima: sed, si sine necessaria causa transferre ali-
 quis vellet, tunc est necessaria principis, id est, Pa-
 pæ auctoritas & licentia, sic C. de religiosis, L. si
 quis eum, & in decretis, de consecratione, dist. pri-
 ma, cap. corpora: & licet de illo qui se suspendit vel
 precipitavit de ponte radio vite vel alio dolore, non
 debeat fieri aliqua executio de suo corpore, cum
 crimen morte sit extinctum, ut C. si reus vel accu-
 satus mortuus fuerit, L. 2. penult. & fin. maximè,
 cū poena imponatur in emendatione vite, ut D. de
 poenis, L. poenā, & de verborū significat. L. si qua,
 cum ibi notatis: persona autem mortua nō possit ulte-
 rius emendari: item, quia poena nō reperitur certa



in iure qua imponatur tali, quae propter etiam sine lege loqui erubescimus, ut in Auth. de tridente & semisse, §. consideremus, collat 3. maxime, cum consenti esse debeamus poenis legibus comprehensis, ut D. de verborum obligat. L. si ita stipulatio, ad quod etiam, C. ubi causa fiscales, L. 2. ubi videtur textus in fine. tamen hoc verum, si moriatur ante litem contestatam, vel antequam sit deprehensus, vel de crimine praeventus, seu receptus inter reos: quod fit, per litem contestationem, ut notatur C. de adulteriis, L. adulteram, quia si esset praeventus seu receptus inter reos, esset iterum de furca suspendendus, si crimen esset tale propter quod esset dignus morte, ut notatur D. de publicis iudicijs, L. de functo, circa medium glossae: aut aliquis se occidit occasione utriusque cause, scilicet, per impatientiam doloris, & propter metum criminis: & tunc dicunt quidam, quod bona illius confiscantur, si erat tale crimen ut dictum est propter quod bona erant confiscanda, quia metu criminis videatur principaliter hoc fecisse, per consequens, magis attenditur causa quae nocet, D. ad Sylleianum, L. si quis in gravi, §. fin. cum ibi notatis, & D. ex quibus causis in possessione eat, L. Fulcinius, §. quid ergo: alij dicunt contrarium, ut potius attendatur causa quae prodest, sic ut impatientia dolorum videatur hoc fecisse, D. de iure fisci, L. non intelligitur, §. si quis palam inunctis his quae notantur, D. de bonis eorum, L. 2. §. si quis: tu dic, quod aut constat, propter quam causam principaliter se interfecit: & tunc, secundum illam est iudicandum, ut D. de evictionibus, L. sed si utri-

usque.

usque, & de auro & argento legato, L. & si non sunt, §. perveniamus, & L. cum aurum, §. fin. & de acquirendo rerum dominio, L. quicquid, §. cum partes, & L. fin. & de statu hominum, L. queritur, & de contrahenda emptione, L. in medicis, & C. de donation. L. sancimus, §. fin. autem. & ex istis legibus deciduntur duo dubia, & eis similia secundum sententiam aliquorum: primo, si aliquis reperitur occisus in territorio iurisdictionis fisci & convenarum, quod ille, ubi maior pars occisi reperitur, habeat cognoscere de illo delicto, quia minor pars cedit maiori, per iura statim allegata, ad quod etiam D. de acquirendo rerum dominio, L. si de meis, §. primo: sed ego dicere malo, quod iste cognoscat in cuius iurisdictione reperitur caput, quia maior pars censetur, D. de religiosis, L. cum in diversis, & argumentum ad hoc, C. de poenis, L. si quis in metallum, & pro hoc etiam quod notatur, D. de acquirenda possessione, L. possideri, §. primo & D. de furtis, L. vulgaris, in principio cum legibus ibi allegatis: & hoc verum, si possit discerni, ubi caput sit: si autem non possit discerni: tunc, occupanti concedatur, argumento D. de legatis primo, L. si pluribus, & de re iudicata L. inter eos. Item, ex praedictis legibus deciduntur aliud dubium, videlicet, quod si rex dedit mihi castra, & mandaverit senescallo quod me mitteret in possessionem illorum, & senescallus posuerit me in possessionem illius, & illud castrum in cuius possessione me posuit, sit caput aliorum, quod videar missus in omnibus: & idem est in Ecclesijs vicinis, per iura superius allegata, ad quod

6.

7.



quod D. de officio praefecti vigillum, L. prima, & de
 seruitutibus rusticorum praediorum, L. una est
 via, & C. de naturalibus liberis, Auth. item si
 quis, & ad Trebellianum, L. facta, & L. restituta,
 & argumento eorum quae notantur in d. L. posside-
 ri, §. primo, D. de acquirenda possessione, alias, non
 videor missus in possessionem aliorum si illud castrum
 in cuius possessionem missus sum, sit minus castrum
 vel aequale, ut est textus cum glossa, D. de acquiren-
 da possessione, L. prima, §. itaque & L. praedia, eo-
 dem tit. iuxta hoc queritur, quid si alicui sit con-
 cessa bassa iurisdictione an possit punire & carcerem
 8. habere? dic, ut in prima theorica de iurisdictione
 omnium iudicum, & adde D. ad legem Aquiliam,
 L. quantitate, circa textum: si autem non constat,
 9. ob quam causam principaliter se interfecerit: tunc,
 in dubio dicam, quod impatientia doloris seipsum
 occiderit, ut bona non confiscentur, D. de bonis eo-
 rum, L. fin. §. si quis autem, cum ibi notatis, iunctis
 his quae notantur, C. qui testamenta facere possunt,
 L. 2. super verbo probationibus: aut occiditur ab
 alio: & tunc, aut erat condemnatus, aut non: si erat
 condemnatus, distingue ut supra nu. primo & si
 non erat condemnatus, aut erat deprehensus in cri-
 mine, vel praeventus, seu accusatus: & tunc, aut
 erat tale crimen, propter quod debebat bona perde-
 re, aut non: si non, dic ut supra dictum fuit, numero
 primo, unde, regulariter transmittuntur bona in
 hoc casu ad eius heredes, ut d. L. fin. D. de bonis eo-
 rum, dum tamen eius heredes accusent occisorem
 10. & vindicent eius mortem: alias, tanquam ab in-
 dignis

dignis, ab eis eius bona auferuntur & fisco appli-
 cantur, ut D. & C. de his quibus ut indignis, per
 totum, & C. ubi causa fiscales, L. prima & 2. &
 notatur D. familiae exerciscunde, L. his consequen-
 ter, §. primo, & de religiosis, L. si quis fuit, in princ.
 & hoc verum, si fiscus velit: alias, non: ut D. de lega-
 tis primo, L. seruum filij, §. si quis: perdit etiam bo-
 na heres defuncti, si bonum medicum non adhibuit,
 iuxta notata D. de edilitio edicto, L. quod si nolit, §.
 culpam: sed post quod tempus videatur heres ne-
 gligens in non accusando? dic, relinqui arbitrio indi-
 cantis, ut notatur C. de his quibus ut indignis, L.
 prima, circa princ super verbo reddere, iuncta L.
 conditio, la secunda, D. de conditionibus & demon-
 strationibus, sed intra quod tempus possit accusari
 iste heres de negligentia ut perdat bona? dic, quod
 11. intra quinquennium, si est extraneus: si autem sit
 suus, perpetuo: ut notatur in d. L. prima, C. de his
 quibus ut indignis, quod intellige ut notatur D. ad
 Sylleianum, L. in cognitione: & est ratio, quare sui
 perpetuo possunt accusari, extranei non: quia ma-
 12. gis est imputandum suis, quam extraneis, argu-
 mento D. de his quibus ut indignis: L. si quis gra-
 dus, & C. de bonis quae liberis, L. cum oportet cir-
 ca princ. sed nunquid index coget filium vel here-
 dem occisi, ut accuset occisorem? dic, quod non: v-
 videtur casus, D. de accusationibus, L. diuis
 sed tantum tempus ei statuet, intra quod habe-
 at accusare: vel si non statuit, & transiit
 tempus, intra quod facere potuit, punitur,
 ut notatur in d. L. prima, C. de his quibus
 13. ut



ut indignis, iuncta L. conditio, la secunda, D. de conditionibus & demonstrationibus, & iunctis his que notantur, D. de edilitio edicto, L. quid sit fugitivus, & idem ait si servus, ad quod etiam, C. de his qui accusare, L. si ea, in fine, & ut infra certum tempus criminalis questio terminetur, L. prima. sed nunquid in dubio presumitur interfectus per se, vel per alium, in casu premissis? videtur quod ab alio. D. de iniuria & iure, L. ut vim, cum non presumatur immemor sua salutis, ut D. ad legem Iuliam repetundarum, L. fin. D. ad Syllitanum, L. prima, & item illud & de re militari, L. non omnis, & à barbaris, cum ibi notatis: maxime, cum in benigniorem partem sit semper facienda interpretatio & presumptio, iuxta notata C. qui testamenta facere possunt, L. 2. super verbo probationibus, & de testamento militari, L. 2. & L. in testamento, circa finem, & L. omnium, super verbo, comprobatur, & D. de legibus, L. benignius, cum L. seq. & D. de donationibus inter virum & uxorem, L. quintus, & D. de in ius vocando, L. quia semper, & de ritu nuptiarum, L. in libera, & D. de adulteris, L. miles, & de functo: & ideo, in casu premissis, ad hoc ut procurator regius obtineat, habet probare quatuor: primo, quod ipsemet se occidit: secundo, quod metu criminis, ut C. de accusationibus, L. factum, & qui testamentum facere possunt, L. 2. tertio, habet probare quod crimen sit tale, propter quod sequi debeat bonorum confiscatio, ut D. de bonis eorum, L. fin. cum legibus & glossis superius allegatis: quarto, quod re vera crimen commiserit

serit, sic notatur C. de iure fisci, L. eorum, circa medium, lib. 10. primum probatur, si plures hoc dicunt, 17. ut d. L. Fulcinius, in prin. cum ibi notatis, D. ex quibus causis in possessione eat, et de exceptione doli, L. apud Celsum, in prin. glo. et de legatis primo, L. si servus plurium, & finali, alias, probarent heredes eius innocentiam, qua probatur eo ipso, quod contrarium non probatur, per ll. & glossas superius allegatas, & D. de reb. cred. alias, de legatis primo, L. fin. & C. de his quibus ut indignis, L. sororem, & de appellatione, L. qui ad civilia, & D. ad legem Iuliam maiestatis, L. fin. et de falsis, L. ubi, et de abolitionibus, L. fin. in fine, in quibus locis dicitur, quod heredi incumbit probatio, & probat eo ipso, quod contrarium non probatur, ad quod C. qui militare possunt, L. super servis; secundum probatur per procuratorem eo ipso, quod erat dilatus, citatus, captus, 18. arrestatus, vel alias comprehensus, vel preventus super illo crimine, sic notatur C. de iure fisci, L. una, lib. 10. & D. de bonis eorum, L. 3. in princ. & L. fin. tertium probatur per iura & loci consuetudinem, ut D. de bonis eorum, L. fin. & vi bonorum raptorum, L. prima, & inst. vi bonorum raptorum, in princ. & arborum furtim cesarum, L. si calamus, & de sepulchro violato, L. qui sepulchra, in fine, & de actionibus & obligat. L. quoties; & nota quod dico per loci consuetudinem, quia aliquando punitur quis secundum consuetudinem vel statutum, & non secundum leges, ut est in civitate Arelaten. si prout observavi dum fui ibi iudex; & verò statuta seu consuetudines mitigant aliquando poenam legis



legis Corneliae de sicarijs, per consequens, sequenda sunt illa consuetudines, ut notatur, D. de reg. iuris, L. nec ex pretorio, iunctis his, quae notantur extra de temporibus ordinationum, cap. secundo, in fine, & extra, de observatione ieiunij, cap. 2. §. primo, & §. item, & D. ad Turpilianum, L. prima, §. primo, circa medium, & C. de petitione honorum sublati, L. prima, circa finem, lib. 10. quartum probatur per testes vel instrumenta, ut C. de probationibus, L. fin. iunctis his quae notantur C. ad legem Aquiliam, L. contra negantem, & quorum appellationes non recipiuntur, L. 2. vers. sicut, & D. de iure fisci, L. 2. nec dicas crimē per instrumenta plene probari non posse, ut videtur textus D. de testib. L. 3. §. item diuus, ibi cum dicit, nō testimonijs & c. hoc enim intelligitur, quando testes in promptu sunt & aliter veritas haberi possit, ad quod C. de fide instrumentorum, L. iudices, cum Auth. apud, ibi posita, & D. de custodia reorum, L. diuus, la grande, circa medium, & de muneribus & honoribus, L. munerum: aliās autem, nisi praedicta per procuratorem probentur, absoluentur haeredes, & penes eos bona remanebunt, iuxta notata, C. de requirendis

20. reis, L. prima, sed nunquid, si reperiatur mortuus

Dic, quod in carcere, praesumatur custos in culpa? dic, quod sic, nisi contrarium probetur, ut D. de custodia reorum, L. non est facile, §. finali, D. de administratione tutorum, L. sine herede, §. Modestinus: &

21. ideo est consilium, quod cum custos viderit incarceratum interfectum, vel esse in casu mortis, quod de hoc petat sibi fieri publicum instrumentum, argumen-

gumento, extra de sententia excommunicationis, cap. primo, §. secundo, libro sexto, & extra de electio. cap. ut circa, §. primo, eodem libro, & extra de officio ordinarij, cap. si canonici, circa princ, eodem libro, & C. de collationibus, L. placuit, cum ibi notatis, super verbo securitas, habita primitus confessione & depositione sua, in casu, in quo adhuc vivit, vel sociorum suorum, si habet; aliās, si non vivat, nec socios habeat, faciat ipsum inspicere spoliatum per bonos medicos, chirurgicos, iuratos & probatos, faciat, inquam, inspicere ad hoc, ut videant, si habeat aliquod vulnus mortale, & de depositione eorum petat sibi fieri publicum instrumentum, per iura superius allegata, nam si dixerint nō habere vulnus mortale, nec aliquam lesionem, erit praesumendum, quo negligentia sua, vel aliās; quia nolebat comedere vel potare, mortuus fuerit; & sic non tenebitur custos, argumento D. ad legem Aquiliam, L. qui occidit, §. finali, & de officio praesidis, L. illicitas, §. sicuti, & super praedictis est credendum medicis probatis, & eorum depositionibus standum, ut extra de homicidio, cap. significasti, §. 1. & 2. & C. de re milit. L. semel, lib. 10. & D. de statu hominū, L. septimo mense, sic intelligo not. C. de colla. L. placuit, super verbo, securitas, iunctis his quae notantur D. de pactis, L. si unus, §. pactus, et de edēdo, L. si quis, §. 1. iunctis his quae notantur D. ad Sylleian. L. si quis in gravi, & pro hoc, D. de fideiuss. L. si pater, §. Stichus, et C. de usur. L. 2. cū ibi notatis: ex quib. iurib. dici potest, quod quando agitur de computo, et iudex dubitat super titulo seu de quocunq; alio ministerio,



habet hoc committere alicui, qui sciat de illo ministerio; per consequens ubi chirurgi iurati deposuerint, talem incarceratum mortuum non habere aliquod vulnus mortale, credetur eis, per iura superius allegata, & presumetur, quod casu fortuito, vel alias, sit mortuus, ut supra dictum est, sic D. de adulterijs, L. nihil interest tertio responso, cum ibi notatis, & de conditionibus & demonstrationibus, L. secunda, in fine, cum ibi notatis; & si non deposuerint; & vixit per octo menses, non censetur habuisse vulnus mortiferum, ut est casus extra de clerico percussore, cap. 3. vel aliter probabit custos suam innocentiam, per alios incarceratos, ut supra dictum est, argumento C. de repudijs, L. consensu, §. si ex plagis, & in Auth. de monachis, §. dormire, collat. prima, & C. de naufrag. L. quoties, libro 11. & extra de testibus, cap. veniens, lo secundo, §. fin. siquidem probauerit innocentiam suam, prout ante dictum est, vel in dubio etiam forte versemur, utique custos siue commentariensis excusatur; & hoc verum, nisi probetur sauitia custodis seu commentariensis; quae probatur eo ipso, quod non consueverit administrare panem & aquam, ut debuit; imò eis denegare frequenter consuevit, sic D. de negotijs gestis, L. sine hereditaria, & D. de liberis agnoscendis, L. necare; item, si erat inimicus incarcerati, vel minas intulisset, ut C. si quis Imperatori maledixerit, L. vna, & argumento eorum quae notantur, D. ex quibus causis in possessionem eatur, L. Fulcinius, §. quid sit; alias, si incarceratus erat solus in carcere, quia non posset tunc liquidè probari veritas, & custos

23.
Sæuitia
custodis.

custos probauerit innocentiam suam per coniecturas, vel per iuramentum proprium, & per medicos approbatos, excusatur, ut praedictum est; argumento D. de re militari, L. non omnis, §. à barbaris, & C. de re militari, L. semel, lib. 12. & notatur in simili, D. de accusat. L. si cui, §. is de criminibus, & C. de sicarijs, L. 1. in princ. & de requirendis reis, L. prima, super verbo, purgauerit, quibus adde, quae notantur D. si quadrupes pauperiem fecisse dicitur, L. 1. §. cum arietes; & idem dicerem de muliere arrestata, si reperiatu[r] pregnans post aliqua tempora, quia praesumitur impragnata per custodem, per iura superius allegata; & idem de dormiente, de quo dic, ut in magna papyro de officio praesidis, quae incipit, nota quod afflictio; sed qualiter punitur custos seu commentariensis, qui incarceratam suprauerit? dic, quod poena, C. si quis eam, cuius tutor fuerit, corruerit, L. vna, & est ratio, quia eam debet custodire ab alijs; ergo, multo fortius à se ipso, argumento D. si seruitus vendicetur, L. alius, & C. de procuratoribus, & conductoribus domus angusta, L. vna, in fine, lib. 11. sed quid dicendum, si duo incarcerati commiserunt inter se pugnam in carcere, & vnus occisus est, & nescitur quis alium aggressus est? videtur quòd neuter teneatur; & de hoc videtur textus & glossa in L. prima, §. cum arietes, D. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur; non tamen potest negari, quin possit in hoc casu procedi per coniecturas, hasce videlicet, an mortuus sit homo mitissimus; qui verò remansit, consuevit facere insultus; & econtra, siquidem remanserit in vi-

24.
Incarcera-
tā supra-
uerit.

25.



uis ille, qui tales insultus, inuasiones, et rixas facere consuevit, omnino praesumitur, quod ille, qui superuixit videatur inuasionem incepisse; per consequens ille, qui in uinis remansit, tenebitur, & poterit ex istis coniecturis torqueri, arg. D. de re militari, L. non omnes, §. à barbaris, & de accusationibus, L. si cui, §. his de criminibus; item, esset attendendum si quis eorum minas alteri intulisset, ut ex dictis facta pensamus, ut C. si quis Imperatori maledixerit, L. unica, & argumento eorum, quae notantur D. quibus ex causis in possessionem eatur, L. Fulcinius, §. quid sit, & de exceptione doli, L. apud, in princip. cum similibus infinitis; item, quis senex, & quis iuuenis; quibus cessantibus, neuter damnetur, ut legibus allegatis, & pro hoc D. de poenis, L. absentem, in princ. & in fine, & C. de accusat. L. fin. circa princ. cum ibi notatis, super uerbo, seruiamus, sic intelligo iura, quae dicunt, quod quandoq; ratione ambiguitatis et incertitudinis, neutrum ualet, iuxta notata D. de pactis, L. veteribus, in fine glossae, & de usufructu, L. sed & si quis, §. adhuc interesse, & de tritico, uino & oleo legato, L. quaesitum, §. si quis, & de in diem adiectione, L. cum duo, & C. communia de seruitutibus, L. in tradendis, circa prin. & de rei vindicat. L. idem Pomponius, circa finem glossae, & de stipulatione seruorum, L. si ita, & de manumissis test. L. cum ex pluribus, & de acquirendo rerum dominio, L. quicquid, in fine, & C. de codicillis, L. cum proponas, & de fide instrumentorum, L. scriptura, circa finem glossae, et de uenditione rerum fiscalium, L. 1. & de edicto diui Adriani

tollendo.

tollendo, L. fin. circa finem glossae, cum multis alijs similibus; uem queritur, qualiter custos carceris teneatur, qui impedit, quod incarceratis non praesentur alimenta? dic, ut in L. quemadmodum, §. finali, D. ad legem Aquiliam; sed, qualiter est puniendus, qui talem criminiosum confessatum manifestum & conuictum, cum suis malis potionibus, vel alijs cautelose occidit? dic, ex quo est traditus iudici, vel commentariensi, vel alijs tortus; quacunque arte per aliquem occidatur, quod ultimum supplicium non euadet, ut est casus, C. de maleficis & mathematicis, L. finali, in fine, idq; duplici ratione ibi posita, ut D. de custodia reorum, L. non facile, §. quod si ipse, & C. de questionibus, L. sicuti; Vnde, audiui semel de facto, quod cum quidam de parentela alicuius, esset captus, & ad mortem damnandus, uolens proximus ille mortem ignominiosam illius condemnati praenire, in carcerem pocula sibi dedit, vel dari fecit, ad euitandum infamiam, uerecundiam, & ignominiam totius generis, iuxta notata in Auth. de incestis nuptijs, §. primo, super uerbo, generi, et uideatur textus pro hoc, D. de origine iuris, L. secunda, §. initium, ibi, cum dicitur, ut morte uirginis contumeliam stupri arceret; & in hoc casu, crederem quod talis non esset praedicta poena puniendus; imò, quod sufficiat relegatio, per rationem legum, C. de adulterijs, L. Gracchus, & D. de bonis eorum, L. prima, & de receptatoribus, L. prima & 2. cum ibi notatis, & de adulterijs, L. prima, §. simul & L. mariti, in princ. & L. si adulterium, §. imparis,

Oo 4

& D.

Morte uir-
ginis.

& D. de sicarijs, L. prima, §. fin. & D. de furtis, L. si quis cum sciret, & de constituta pecunia, L. illud aut illud, §. fin. nec obstat L. fin. C. de maleficis & mathematicis, quia hoc casu cessant illa due rationes seu suspensiones, quas ponit lex illa in fine, quia iam erat condemnatus, vel saltem renunciatum, & conclusum pure, & non restabat, nisi sententia, que pro eodem sumitur & reputatur, ut C. de adulterijs, L. quamuis, la prima, cum ibi notatis, & in Auth. ut cum de appellatione cognoscitur, in princ. collat. 8. & sic facinoris noxijs sententiam publicauerat; item, non erat eius proprius inimicus: imò, de sua propria parentela: item, queritur iuxta hoc, si aliquis criminofus dicat se ostensurum alios suos consocios, sub pacto, quod ipse liberetur, an propterea sit liberandus? videtur quod non: per L. fin. C. de accusat. tu dic, quod imò, per textum D. de custodia reorum, L. penult. §. fin, & de re militari, L. non omnes, §. fin. & C. de his qui spontè publica munera subeunt, L. prima & 2. lib. 10. & C. ad legem Iuliam maiestatis, L. quisquis, in fine, & notat glossa D. de acquirendo rerum dominio, L. transfugam: quod crederem verum, de mitigatione pœna, vel etiam de tota pœna, nisi crimen esset maximum, argumento D. ad Sylleianum, L. diuus, cum ibi notatis: unde queritur, an sibi sit postea fides & pactio seruanda? videtur quod non, iuxta notata in Auth. de mandatis principum, §. neque, super verbo, custodes, & in Auth. de sanctissimis Episcopis, §. si verò ordinaturus: & sic dicitur, quod est dare bonum dolum, & malum dolum, sicut bonum venenum,

29.

30.

num, & malum venenum, ut D. de dolo, L. prima, §. non fuit. & dic ut ibi in theorica, que incipit, nota bonum dolum, in libro veteri, quia nobis licet decipere hostes nostros subtili ingenio, C. de commercijs & mercatoribus, L. 2. & iudex aliud debet gerere in corde, aliud in ore, seu simulare, ut C. de officio praesidis, L. obseruandum, cum ibi notatis, & pro hoc C. de bonis maternis, L. prima, cum ibi notatis, super verbo, doceri: sed, tu dic contrariū: quia seruare conventionem, est de iure gentium D. de pactis, L. prima, in princ. cum ibi notatis, & ideo, hostibus est fides seruanda, ut D. de pactis, L. conventionum: nam graue est homini fidem fallere, ut notatur D. commodati, L. prima, in princ. & ibi glossa: & ideo, Princeps non potest venire contra istam conventionem, cum non possit se eximere à iuribus naturalibus, instit. de iure naturali, §. sed naturalia, & D. de usufructu earum rerum, que usu consumuntur, L. 2. & extra de sententijs & re iudicata, cap. pastoralis: & hoc verum quoque in successore, quod non possit tale pactum seu transactionem infringere, quia per predecessorem erat ius questum priuato, & tale ius sic questum non potest sine causa princeps tollere, D. de natalibus restituendis, L. penult. & fin. & notatur in L. bene à Zenone, C. de quadrienni prescriptione, & de officio praesidis, L. barbarius, & videtur expressum, C. de rei vendicatione, L. à matre, & de rebus alienis non alienandis, L. venditrici, & de administratione tutorum, L. sancimus, & C. de precibus Imperatori offerendis, L. quoties, & sic intelligo L.

31.

Hostibus.

32.

33.

Princeps.



fin. circa finem, D. de senatoribus, & de usuris, L. cum pater familias, & de annuis legatis, L. annua, §. à Titia, & extra de officio delegati, cap. quoniam abbas, & D. de pactis, L. item pactum, cum legibus, ubi allegatis, in glossa. & de furtis, L. qui ea mente, & ad legem Aquiliam, L. liber homo, la prima §. si servus hereditarius, & L. huic scriptura, in princip. eodem tit. per quas leges dicitur, quod si sit facta iniuria alicui rectori, & sit ius acquisitum Ecclesia, & rector moriatur, quod successor suus possit agere, & prosequi iniuriam illi rectori mortuo factam; sed, nunquid malefactore absoluto per regem, videatur absolutus per partem damnificatam, accusari? dic, quod non; ut videtur concludere glossa C. de servis fugitiuis, L. quicumque, circa princip. ibi cum dicitur, item nota, quod hac poena, ad quod C. de emendatione liberorum, L. nec anus, & D. ne quid in loco publico, L. 2. §. venditio, & de publicanis & vectigalibus, L. licitatio, §. quod illicita, et adde hic theoricam, quam habes ad legem Aquiliam, qua incipit, nota non tolli, sed queritur, si aliquis sit iratus, & paratus ad se occidendum, seu fuit prohibitus per aliquos, nunquid eius bona confiscantur? & qualiter puniatur? dic, quod aut iuste volebat se occidere, impatientia doloris, aut sine aliqua causa, & tunc si metu criminis, non curo, quia dictum est supra nu. 1. & si impatientia doloris; tunc, aut talis erat miles, & tunc est infamis, & excluditur à militia, D. de poenis, L. si quis aliquid, §. fin. & de remil. L. omne delictum, §. qui se vulnerauerit, aut erat paganus, & tunc, bona eius applicantur fisco, ut D.

de bonis

de bonis eorum, L. fin. in prin. si sine causa vult se occidere: tunc, tenetur poena capitali, & bona applicantur fisco, ut D. de bonis eorum, L. fin. §. illud, & de edil. edicto, L. cum autem, §. excipitur: sed qua est ratio diuersitatis, ut videlicet distinguamus, quando quis se occidit, an metu criminis se occiderit, an vero sine metu criminis, sic ut hoc casu bona non confiscantur, illo vero secus? respondeo, quia bona veniunt accessorie, ut D. de iniusto, rupto et irrito testamento, L. si quis exheredato filio, §. proinde, et §. si quis taedio vitae, L. diuus, D. de poenis, iunctis his qua notantur C. de Episcop. & Cler. L. si quis non dicam: sed circa hoc queritur, quidam legauit bona sua cuidam Ecclesiae seu ordini religiosorum, sub hac conditione, ut sepeliretur in claustris eorum: deinde consciuit sibi mortem, suspendendo se, & ita stat per eum quo minus sepeliatur in claustris, nunquid Ecclesia, vel illa religio habebit bona illa? dic quod sic, cum non stet per eam sic intelligo textum & glossam D. de conditione causa data, L. dedi, circa finem glossae, et commodati, L. si ut certo, §. idem Labeo, & de praescriptis verbis, L. si rem, & locati, L. sed addes, §. penult. & fin. & L. qui operas, & L. si uno, circa finem glossae, & de conditionibus & demonstrationibus, L. si Titius, & L. in testamento, & L. iure civili, & de statuliberis, L. statuliberos, et L. Stichus, & C. de conditione ob causam, L. pecuniam, & de actionibus & obligationibus, L. sicut, & de verborum oblig. L. in executione, §. fin. et de adult. L. miles qui, §. fin. cum similib. iuxta hoc, si queratur de tali dubio, filius familias est condemnatus viuo patre, & c.

dic de



dic de hoc, ut inuenies in magna papyro D. de his qui sui vel alieni iuris, L. si qua poena, & adde hic questionem, quam habes D. de his qui deiecerunt vel effuderunt, L. 1. §. si filius familias: sed, ponamus, aliquis inuenitur ieiunans, non vult aliquid comedere, sed dicit, quod vult mori fame, secundum quod ego semel vidi quendam clericum: quem interrogavi, quare hoc faceret, & ille mihi respondebat, eo quod reuelatum sibi esset per quendam angelum, quem viderat descendentem in quodam horto ibidem propinquo: sed ego cum verbis blandis induxi eum ad comedendum, & tamen ieiunauerat per totam vna diem & noctem et plus: queritur, inquam, quid sit faciendum de tali? & videtur, quod sit puniendus tanquam homicida, quia necare videtur, qui negat alicui alimenta, D. de liberis agnoscendis, L. necare: ergo multo fortius qui denegat sibi, C. de seruitutibus & aqua, L. praeses, & D. de edilitio edicto, L. cum autem, §. experitur: item, quia vita hominis consistit in comendo: ergo, qui tale quid sibi denegat, videtur se destruere, D. de itinere actus priuato, L. veteres: item, ipse videtur causa mortis suae, talia sibi prohibendo, D. si quis aliquem testari prohibuerit, L. secunda, §. primo: ergo, talis haud aliter tenetur, quam medicus, qui sui negligentia, quem occidit: ut D. de officio praesidis, L. illicitas, §. sicuti, nam sui negligentia videtur mortuus: sic dicitur de illo, qui negat alimenta illi, qui est in Ecclesia, nam videtur eum occidere, sic C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, L. possunt, & D. de regulis iuris, L. victum, & D. ad legem Aquiliam, L. quem-

admo-

Vita ho-
minis.

admodum, §. magistratus: sic ergo cum ipse sit causa & occasio suae mortis, teneatur, ut D. ad legem Aquiliam, L. qui occidit, §. penult. item, nulli permittitur re sua male uti; sic dicitur de illo, qui vult occidere equum suum, vel domum suam utile comburere vel destruere, quia sibi non permittitur, D. de his qui sunt sui vel alieni iuris, L. 2. et inst. de his qui sunt sui vel alieni iuris, §. pen. cum ibi notatis, super verbo, male utatur; quid dicendum? dic, quod si ille facit metu alicuius criminis, ut quia erat accusatus vel praeventus, tunc debet poena capitali puniri, ut eius poena ceteris transeat in exemplum, ut iuris superius allegatis, & D. de poenis, L. capitalium, §. famosos, & §. fin. & C. de hereticis, L. quicumque, & de sacris paganorum, L. nemo, in fine, si autem non faciat metu alicuius criminis, sed alia ratione, puta, ne videatur fecisse maleficium, hoc casu licet mors veniat secundario, non tamen debet puniri de tali consequentia, D. de furtis, L. verum, & de aleatoribus, L. prima, §. primo, & de seruo corrupto, L. non tantum, in princip. nam tale delictum, quod est in non faciendo, non punitur, prout illud quod est in faciendo, D. de liberali causa, L. solo, & D. de appellationibus, L. non tantum, in princ. si autem talis hoc faciebat mentis insania, secundum quod faciunt demoniaci illi, qui patiuntur inaniam vel lupinam, non sunt puniendi, quia illi satis sunt illa infirmitate puniti, sed sunt in aliquo loco retrudendi, & ligandi, & custodiendi, iuxta praemissa queritur, utrum clericus seipsum percutiens, sit excommunicatus: dic de hoc, ut habes in

magna

41

42

43

44



magna papyro D. de iustitia & iure L. iustitia, & adde hic theoreticam de edictio edicto, quæ incipit. nota non credendum; si autem ille criminofus, captus, tortus, confessus, & incarceratus, non exeat de carcere, & viuus remaneat; tunc per iudicem con-

demnatur, & punitur iuxta criminis qualitatem, personæ conditionem, & modum delinquendi; nam. pœnæ danda sunt iuxta conditionem delictorum, sicut pœnitentia iuxta qualitatem peccatorum, ut est textus in Authent. ut iudices sine quoquo suffragio, §. sicut igitur, in fine, vers. istius etenim.

Additio antiqua.

In L. 2.) Vide Baldum ibidem ponentem talem quæstionem, ille qui debebat suspendi, fecit se venenari, nunquid potestas debeat corpus suum mittere ad furcas? assessores obseruant quod sic: sed Petrus dicit, hoc fieri non debere: Cynus idem tenet: tu dic, quod est in arbitrio iudicis, quia istud est genus quoddam pœnæ: facit quod notatur in cap. primo, de pœnitentijs & remissione, in clementinis.

Doctor Baert.

Suspenditur) Idem tradit ex professo D. Iodocus Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium, cap. 88. titulo de homicidio sui ipsius, nu. 5. vers. verum enim uero, & Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. finali, practicæ criminalis, quæstione 68. num. 37. vers. cæterum si qui tædio vitæ: quo loci tradit, quod non debeant confiscari bona eius, qui se

qui se in puteum præcipitauit, nisi appareat, quod id fecerit conscientia criminis, prout in casu consuluit Decius, cons. 438. & Parisius, cons. 155. libro quarto, & Corneus consil. 195. libro secundo.

Ecclesiasticæ sepultura) Scilicet Ecclesiastici sic detestantur, & execrantur eos, qui seipos occidunt, ut eis ecclesiasticam sepulturam penitus, & omnino denegant, & à communibus Ecclesiæ precibus & suffragijs excludant, eò quod credant, eos ob desperationem veniæ, simul cum corpore & anima interiisse, cap. si non licet, cap. placuit, & ibi glossa, 23. quæst. 5.

Dic quod sic) Idem tenet ex professo D. Iodocus Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium, cap. 17. titulo, de carcerarijs siue commentariensibus, hoc est, carcerum custodibus, numero 5. & 6. vers. capti itaque omnes, & Ægidius Bossius Patricius Mediolanensis, in tractatu criminum, titulo de carcere, num. 7. vers. quæritur, aliquis mortuus est in carcere.

Seuitia custodis) Cippariorum namque siue commentariensium est captiuos blâdè alacriterq; exceptos, grata humanitate, atque clementia officiosa tractare, nec vlla ratione pati, ut captiui siue vincti, inedia, siti, fame, vel ieiunio torqueantur, ex sententia Damhouderij, in sua praxi rerum criminalium, cap. 17. tit. de carcerarijs siue commentariensibus, hoc est, carcerum custodibus, num. 12. vers. cippariorum, & num. 14. vers. neque sinant.

Incarceratam stuprauerit) Quotiescunque cipparius (à verbo Gallico, ciper, dictus) siue com-



commentariensis, aliquam suarum captiuarū carnali copula cognouerit, etiam si id cum ipsius cognitiæ gratia seu voluntate factum fuerit, capitis crimini fit obnoxius, vt ait Ioannes Fabri in §. item lex Iulia, circa finem, inst. de publicis iudicijs, & Paris de Puteo, in suo tractatu de syndicatu, cap. adulterium, §. siue: tenetur enim diligenter, ac honestè custodire, & alere mulierem incarceratam, atque illam illæsam supplicio, vel innocentia seruare, L. prima, & L. fin. C. de custodia reorum, etiam si incarcerata esset meretrix, authore Iacobo Boullenc, in repetitione L. capitalium, §. famosos, D. de pœnis.

Morte virginis) Hoc est illud memorabile exemplum, cuius meminit Liuius Patauinus, historiæ Romanæ ab vrbe condita, libro tertio, seu decade prima, libro tertio, Dionysius Halycarnassæus antiquitatum Romanarum, libro vndecimo: Pomponius & noster in L. secunda, §. decimotertio, cū placuisset, vers. initium fuisse secessionis, D. de origine iuris, exemplū dico seruati castitatis à L. Virginio, in filia sua, quam desponsauerat L. Icilio vnus virorum tribunitiorum Iciliij filio, qui tribunitiam potestatem constituit primus, & accepit.

Hostibus) Hac de re consulendus Vdalricus Zasius in tractatu, an hosti fides seruanda sit, Hottomannus in quæstionibus illustribus, Ioannes Vaudus Pædemontanus, variarum quæstionum lib. primo, quæstione 51. & Fortunius Garzia ab Artheaga in L. conuentionum, nu. 2. vers.

vers. ex verbis Bart. colligitur primo, D. de pactis, quibus addo Nicanoris exemplum, ex libro secundo Machabæorum, cap. 14.

Princeps) Ex hoc notari potest, & notat acutus in iure scriptor, Fortunius Garzia in L. prima, num. 9. vers. tertio nota, D. de pactis, quod princeps tenetur pacta seruare, quia pactis inest naturalis obligatio, à qua princeps liberare vel eximere se non potest.

Per partem) Hanc ad rem vide quæ diximus in superioribus libro primo, cap. 3. nu. 73. vers. sed nunquid si occisor, in verbis, per curiam, pag. 54.

Paratus) Si quis seipsum voluit occidere, sed non potuit, aut vt posset fuit impeditus, communis Interpretum sententia putat eum nihilominus pœna capitali puniri, perinde ac si delictum consummasset, vt dicit Placa libro primo delictorum, cap. 23. num. 18. sed in praxi contrarium seruari tradit Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. finali, practicæ criminalis, quæstione 68. nu. 37. vers. seipsum occidere volens, quia de consuetudine non punitur conatus, nisi sequatur effectus, vt ait Iulius Clarus receptarum sententiarum, libro quinto, §. fin. practicæ criminalis, quæstione 92.

Vita hominis) Hoc est, nisi comedat homo, mori debet: vnde versus,

Non viuas vt edas, sed edas vt viuere possis.

Iuxta criminis qualitatem) Hoc ipsum tradidit ex professo superius in libro secundo, cap. 13. nu. 11. & 13.

Pp

Caput



Diuisio criminum. numero primo.
 Ordinaria pœna dicitur, quæ à legibus est statuta. 2
 Iudex ex causa potest pœnam à iure statutam vel au-
 gere vel minuere, vel etiam mutare. 3
 Propter tumultum populi mitigatur pœna. 4
 Extraordinaria crimina dicuntur, in quibus non est
 certa pœna à legibus statuta. 5
 In criminibus priuatis accusat ille cuius interest. 6
 Differentia inter crimina publica & priuata. 7
 In criminibus omnibus, in quibus à lege certa pœna
 non est statuta, iudex eam statuere potest quam
 vult. 8
 Forma pronuntiandi in criminalibus. 9
 Ex frequenti delicto augetur pœna. 10
 Quæ pœna resultet ex delictis. 11
 Regula. 12
 Humanum est peccare, sed diabolicum perseuerare. 13
 Regula. 14
 In pœnis alter alterum non liberat. 15 & 17
 Quæstio utilis & quotidiana. 16

1.
Primò est
sciendum.

Circa criminis qualitatem plura sunt videnda,
 & primò est sciendum, quod quedam sunt crimina
 publica, quedam priuata: publicorum rursum que-
 dam sunt ordinaria, quedam extraordinaria: or-
 dinaria sunt illa, quæ habent certam pœnam à lege
 statutam, ut apparere potest per processum totius
 libri decimi Digesti noui, quia fere in omnibus cri-
 minibus positus in illo libro, ponitur certa pœna: &
 ideo dicitur ordinaria, quia talis pœna est à lege sta-
 tuta, nec à iudice est immutanda, D. ad Turpiliana-
 num, L. 1. §. 1. in fine, & C. de accusation. L. fin. &
 de calumniatoribus, L. fin. & de vi publica vel
 priuata, L. fin. in fine, & ad municipalem, L. ordi-
 ne.

ne: iurat namq; iudex iudicare secundum pœnas à
 lege statutis, ut in Auth. iusiurandum quod præ-
 statur ab his, §. penult. & in Auth. ut iudices sine
 quoq; suffragio, §. eos: quod est verum nisi ex cau-
 sa, ut D. de pœnis, L. aut facta, §. fin. & L. in ser-
 norum, & L. respiciendum, in princ. & D. de his
 qui notantur infamia, L. quid ergo, §. pœna gra-
 uior, cum ibi notatis, & C. de infamibus, L. & si
 senerior, & L. seq. cum sua materia, quia iudex ex
 causa potest pœnam à iure statutam augere, minue-
 re, vel mutare, D. ad legem Corneliam de sicarijs,
 L. penult. & ad legem Pompeiam de parricidis,
 L. pœna, & C. de parricidis, L. unica, in quibus
 legibus & earum glossis, notantur cause mutandi
 vel augendi pœnam: quibus adde aliam causam
 propter tumultum populi sedandum, ut D. de pœ-
 nis, L. aut damnum, §. primo, & L. ad bestias: hoc
 verum, in diminutione, videlicet, quod in diminu-
 tione toleratur talis causa, licet in augmentatione
 non sit sufficiens, ut C. de pœnis, L. decurionum fi-
 lij: sed pro causa augmentationis pœne facit D. de
 pœnis, L. capitalium, §. famosos, & L. aut facta,
 §. fin. cum ibi notatis, & de abigeis, L. prima, circa
 princ. & de sicarijs, L. qui fidem: & ex illis glossis
 & legibus datur cautela, quod iudex possit ad pre-
 ces parentum criminosis mutare vel mitigare pœ-
 nam ex causa, quam inferere debet in sententia, se-
 cundum quod frequenter vidi fieri de facto: & pro
 illa cautela est casus legis notabilis, C. de pœnis, L.
 omnis, iunctis his quæ notantur, D. de officio præ-
 sidis, L. diuus, §. primo, & D. de pœnis,
 L. si

4.
Propter
tumultum

Datur cau-
tela.

Pp 2

L. si



5. *L. si diuturno: item, quadam sunt crimina extraordinaria, quae dicuntur extraordinaria, quia in eis non est certa poena statuta, ut D. ad legem Iuliam repetundarum L. lex, §. hodie, & ad legem Iuliam de vi publica, L. lege Iulia: item, in crimine annonae, ut D. de extraordinarijs criminibus, L. annonam, & de poenis, L. Dardanos: item, in crimine plagiarij, ut D. de plagiarijs, L. fin. item sunt quadam crimina priuata, & in talibus non est permiffa accusatio, nisi illi cuius interest, ut D. de priuatis delictis, L. prima, & 2. secus, in criminibus publicis, Inst. de publicis iudicijs, in princ. item, si in criminibus priuatis sit certum nomen actionis, illo nomine est agendum, D. de furtis, L. fin. & de iniurijs, L. fin. item, in eis imponitur poena per iudicem, si alias non fuerit statuta per legem, ut D. de effraetoribus, L. prima: item, differunt in alio crimina publica & priuata: quia, in criminibus priuatis post litem contestatam mortuo reo, transmittitur accusatio ad successorem: secus in criminibus publicis: exceptis quibusdam criminibus specialibus: & haec omnia probantur, C. ex delictis defunctorum, L. una, cum ibi notatis, & de publicis iudicijs, L. ex iudiciorum, in princ. & §. exceptis: alias est subtit. D. de accusation. igitur in omnibus criminibus, in quibus non est certa poena statuta per legem, potest iudex statuere poenam quam vult, dum tamen vsitata sit, ut D. de poenis, L. hodie, cum ibi notatis, & intelligo, quod iudex possit taxare poenam ad libitum, dum tamen exprimat in sententia crimen, quod habeat certam poenam à lege statutam: sic enim*

enim dicendo, quia constat nobis te vim publicam commisisse, ideo te relego: ista sententia non valet, quo ad relegationem, sed per legem suppletur ad deportationem, sic intelligitur D. ad Turpilianum, L. prima, §. sin autem: si vero sententia non contineat crimen, quod à lege certam habeat poenam, sed incertam: tunc hoc modo sententiam ferre potest, & valet sententia, sic intelligo d. L. hodie, in fine, D. de poenis. item est sciendum, quod ex frequenti delicto augetur poena, iuxta notata D. de his qui sunt sui vel alieni iuris, L. si dominus, circa principium glossae, & de poenis, L. diuturno, & L. aut facta, §. fin. super verbo supplicia, & L. capitalium, §. solent, super verbo sepius, & C. de episcopali audientia, L. 3. licet contrarium notetur D. de priuatis delictis, L. 2. super verbo occidit, & ad legem Aquilianam, L. illud, §. fin. & de furtis, L. vulgari, circa princ. super verbo, fur erit, & adde hic theoricam tertiam de his qui sunt sui vel alieni iuris, quae incipit, Nota quod ex frequenti delicto: & quia circa hoc, iura sunt varia & diuersa, ideo, sic distingue, quia ubi ex pluribus delictis resultat idem effectus: tunc, tantum una poena debet puniri, scilicet, effectui inspecto sic loquuntur glossae contrariae statim allegatae: si autem ex pluribus delictis non resultat idem effectus: tunc, ad multiplicationem delictorum sequitur multiplicatio poenarum, sic loquuntur glossae prima superius allegatae: tu dic plenius: quia, aut delicta descendunt ex eodem facto, & eodem tempore: aut ex eodem facto, & diuersis temporibus: aut ex diuersis factis, & diuersis temporibus: aut



Excedat.

ex diuersis factis, & eodem tempore: si ex eodem facto & eodem tempore, tunc, habet locum una poena, & una actio, nisi una excedat aliam, sic intelligo textum cum glossa, D. vi bonorum raptorum, L. una, & arborum furtim Caesarum, L. si gemina arbor: si autem ex eodem facto diuersis temporibus, tunc, aut omnes poene sunt iterabiles, aut non sunt iterabiles: si non sunt iterabiles, tunc, una poena sufficit pro omnibus, sic D. nihil in nouari appellatione interposita, L. una, sic glossa, D. de priuatis delictis, L. 2. super verbo occiderit: & hoc verum, in una specie delicti, secus, in diuersis speciebus delictorum: item secus, ubi fuit de primo absolutus, & postea rediit, quia tunc pluries tenetur, sic D. de furtis, L. inter omnes, §. fin. & C. de seruis fugitiuis, L. quicumque, & D. de libero homine exhibendo, L. 3. §. penult. & rem ratam haberi, L. si procurator: si autem nunquam fuit absolutus: tunc, pro omnibus maleficijs una poena imponitur, sic D. de furtis, L. eius, in princ. & L. inficiando, §. infans, & L. interdum, in princ. & quod vi aut clam, L. 3. §. illud sciendum aut una poena est iterabilis, & alia non: tunc, debet primo dari minor, quae est iterabilis, ut D. de accusationibus, L. si cui, §. fin. si autem sint diuersa delicta ex diuersis factis & diuersis temporibus: tunc, ad multiplicationem delictorum multiplicatur poena: dum tamen sit talis poena, quae possit iterari & multiplicari, sic C. de seruis fugitiuis, L. quicumque, & sic intelliguntur glossa prima superius allegata, & C. de furtis, L. incivile, circa finem, & de commercijs & mercatoribus.

bus, L. mercatores, & ad legem Iuliam de vi publica vel priuata, L. seruos. & de comiteatu, L. finali, lib. 12. & extra de eo qui duxit in matrimonium, cap. cum haberet, in fine, & extra de symonia, cap. non satis, & cap. seq. & de consuetudine, cap. finali, si autem sint diuersa delicta, ex diuersis factis eodem tempore: tunc, aut delicta illa se habent ad aliud, tanquam praecedens ad posterius: & tunc, aut illa delicta sunt eiusdem generis: quo casu non multiplicatur poena: & sic intelligo glossas contrarias superius allegatas: si autem sunt diuersi generis: tunc, ad multiplicationem delictorum, sequitur multiplicatio poena: dum tamen sint iterabiles ut dixi, & sic intelligo glossas priores superius allegatas, & in L. 2. D. de priuatis delictis, & de furtis, L. ei qui, in principio, & L. inficiando, §. infans. item dic, quod quando ex uno facto procedit aliquod crimen, quod una lege tantum punitur, ut in lege Cornelia de sicarijs, quando videlicet aliquis occidit hominem: quod tunc, non possit accusari nisi ab uno, ut C. de accusationibus, L. qui de crimine, in principio: idem, quando ex eodem facto procedit unum crimen, quod diuersis legibus punitur, sub una tamen consideratione, ut quando iudex recipit pecuniam à subiecto, ut negotium faciat vel non faciat. nam ex isto facto resultat unum crimen sub una consideratione, tamen duabus legibus punitur, scilicet, lege Iulia repetundarum, & de calumniatoribus, ut D. ad legem Iuliam repetundarum, L. 3. & D. de calumniatoribus, L. prima, §. penultimo, cum

12.



ibi notatis: & tunc, non admittitur nisi unus accu-
 sator sic D. de accusationibus, L. senatus: quando-
 que ex uno facto procedunt diuersa crimina: &
 tunc, refert, an unum crimen se habeat ad aliud,
 tanquam species & genus, ut quia aliquis interfe-
 cit patrem suum: nam talis committit homicidi-
 um, & parricidium: quia parricidium non est sine
 homicidio, sed homicidium potest esse sine parrici-
 dio: & tunc accusatione facta super homicidio, non
 potest super parricidio iterum accusari, ut D. de
 accusationibus, L. senatus, cum ibi notatis: nam ex
 quo se habent ad invicem, tanquam genus & speci-
 es, unum continetur sub alio: quandoque ex eodem
 facto diuersa crimina procedunt, quorum unum
 se habet ad aliud, tanquam excedens & excessum,
 ut quando aliquis cognouit consanguineam aly nu-
 ptam: talis committit adulterium & incestum, &
 unum non potest esse sine alio: & tunc, si ab uno
 super uno sit accusatus, in altero similiter ab alio
 potest accusari, D. de adulterijs, L. si adulterium:
 ratio autem totius istius materiae est, quia, humanū
 est peccare, diabolicum verò perseuerare: ut nota-
 tur C. quomodo & quando iudex, L. consentane-
 um, super verbo perseuerauerit, ad quod D. de pœ-
 nis, L. relegati, in fine, & extra de dolo & contu-
 macia, cap. prout, in fine, unde, ex qualitate &
 quantitate illorum, contra quos deliquit, in eadem
 re, non augetur, sic D. arborum furtim Caesarum,
 L. si plures, in princ. & ad legem Corneliam de si-
 carijs, L. prima §. & qui hominem, iuncta L. 3.
 §. penult. facit D. de incendio, ruina, naufragio, L.
 Pœdus,

Pœdus, cum ibi notatis super verbo, conditione: se-
 cus est, in iniuria atroci ubi consideratur atrocitas
 ex parte utriusque, ut D. de iniurijs, L. prator edi-
 xit, §. fin. & L. sed si unius, §. idem: & ex prædi-
 ctis deciditur istud dubium, quod si duo banniti
 frangant rem alicuius, & frangatur bannum, quod
 una pœna teneatur frangens, & non duabus, ad
 quod D. de furtis, L. inter omnes, §. hæc actio, & de
 iniurijs, L. item apud, §. fin. & idem, si sint multi
 frangentes, quia unam pœnam omnes præstant,
 & videtur casus, D. de publicanis & vectigalibus,
 L. si multi, ad quod etiam, D. quod vi aut clam, L.
 semper §. in supplicio, in pœnis autem imponendis,
 unus alterum non liberat, iuxta notata D. de iuris-
 dictione omnium iudicum, L. adeo quidem, & ne
 quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, L. pe-
 nult. circa finem glosse, & ad legem Aquiliam, L.
 item Mela, §. si plures: circa præmissa quaritur po-
 ne, ratione vulnerum illorum per aliquem, est a-
 ctum contra ipsum, & fuit ratione dictorum vul-
 nerum finaliter relegatus, post mortem vulneratus
 ratione dictorum vulnerum: nunquid ratione ho-
 micidij poterit procedi contra ipsum: videtur quod
 non: D. nauta & canpones stabularij, L. licet, §. fin. dic
 contrarium: quia, in hoc casu non de eodem facto
 agitur: imò, de diuersis, & pro hoc videtur casus, D.
 ad legem Aquiliam, L. inde Neratius, §. si dolo, &
 L. illud, §. fin. & L. si vulnerato: unde, uno solvente
 pœnam aly non liberatur: & quia iura sunt va-
 ria circa hoc: ideo sic distingue, quia aut loquimur
 in merè persecutorijs. & tunc, uno solvente, aly li-
 beran-



berantur, sic loquitur D. de eo per quem factum erit, L. prima, §. si plures: si in merè poenalibus: tunc non: ut D. ad legem Aquiliam, L. item Mela, §. si enim plures, cum ibi notatis, super verbo, cum sit poena: si in mixtis, scilicet in persecutorijs & poenalibus: siquidem ex delicto agatur in quantum est poenale, ceteri non liberanter uno solvunt: si ex quasi delicto, tunc, sic: ut D. de his qui deiecerunt vel effuderunt, L. prima, §. fin. & notatur Inst. de obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur, §. fin. si autem plures tenentur ex contractu ad rem, & unus det damnum in re debita: tunc habet locum quod dicitur D. commodati, L. unde queritur, §. primo: sed, si dans damnum in re, ad rem solus erat obligatus, tunc actio Aquilia tollitur per actionem ex contractu, ut D. de actionibus & obligat. L. qui seruum, §. sed si is, & D. locati, L. fin.

Doctor Baert.

Primo est sciendum) Ab hoc capite orditur praxim suam rerum criminalium, D. Iodocus Damhouderius Brugensis, eques Auratus, I. V. Doctor, quondam Cæsareus, nunc Hispaniarum Regis Philippi consiliarius, atque eiusdem Regis per totam Belgiam Financiarum commissarius: ut autem caput hoc exactius intelligatur, omninò iungenda sunt ea quæ diximus, in libro primo, cap. ultimo, in fine, numero quarto, in verbo, civili, pagina 203. rursus, ea quæ tradit alter in iure Scæuola, Duarenus, anniuersariarum disputationum, libro 1. cap. 36. & 37. & Ioannes Robertus Aurelius sententiarum

rum iuris, libro quarto, capite nono, & sequenti.

Propter tumultum) Latius id ipsum, quin ex professo noster Iacobus de Bello Visu, & nos profequuti sumus, in libro secundo, cap. 11. nu. 19. in verbis propter tumultum, & inferius hoc eodem libro cap.

Datur cautela) Idem verbotenus & ex professo tradidit, in libro secundo, cap. 11. nu. 19. vers. & ex illis glossis.

Additio antiqua.

Excedat) Coniunge L. quæ in prouincia, D. de ritu nuptiarum.

Caput XX.

Exhortatio ad iudices.	numero primo, 3. 5. & 7.
In causis criminalibus probationes luce meridiana clariores esse debent.	2
Iudex à iustitia dicitur.	4
Laus iustitiæ.	6
Bonus iudex variè ex personis causisque statuit.	8
Illa quæ in facto consistunt, relinquuntur arbitrio iudicis.	9

Porro, antequam ad poenæ impositionem iudex criminalis accedat, debet multum cautè & diligenter attendere probata per utramque partem, omni affectione submota, sine qua, omne iudicium rectum & iustum, & nunquam claudum vel obliquum: probationes enim in criminalibus, ad hoc ut aliquis debeat cõdemnari, luce meridiana clariores debent esse, ut C. de probation. L. fin. & de poenis, L. qui

1. Iudex criminalis.

2. Luce meridiana clariores.



- L* qui sententiam, & extra de accusationibus, cap. qualiter & quando, lo primo, & in Auth. ut omnes obediunt iudici prouincia, circa princ. collat. prima, quas leges, iudices criminum, prae oculis habere debent in sententijs ferendis, aut reis damnandis, si desiderant ad saluationem peruenire: sola enim iustitia & aequitas, in eorum oculis esse debent, ut C. de appellationibus, L. eos, §. primo, & de iudicijs, L. placuit, & D. de eo quod certo loco, L. quod si Ephesi, in fine, & de pœnis, L. si de interpretatione, quia, iudices dicuntur a iustitia: non ergo est iudex, nisi in eo sit iustitia, ut ext. de verborum significat. cap. forus, circa medium, quia qui caret re, caret & nomine, C. de ferijs, L. à nullo: unde debent dicere, quod alibi dicit dominus Imperator, sumus amatores veritatis, aequitatis, equalitatis, & iustitiae, & castitatis, ut in Auth. de non eligendo secundo nubente, §. penult. collat. prima, & in Auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi, §. illud quoque, collat. 6. & in Auth. ut in priuatis domibus sacra mysteria non fiant, circa medium, collat. 5. & C. de dignitatibus, L. unica, libro 2. & C. communia de legatis, L. 2. in fine, & ad senatusconsultum orficianum, L. fin. Iustitia namque est, omnium rerum perfectissimarum, virtus perfectissima, nec esset necessaria fortitudo, si omnes homines essent iusti, ut in Auth. ut oēs obediāt iudici prouincia, circa princ. collat. 4. hoc enim dicit Aristoteles tertio Ethicorum, cap. 6. unde, bonus iudex debet esse sicut arbor fructifera & robusta, quae non debet ad flatum cuiuslibet venti agitari: quia non ad flatum
- venti

venti orientalis, ratione affectionis & parentele: nec ad flatum venti occidentalis, ratione proceriorum & pecunia: nec ad flatum venti meridionalis, ratione timoris & potentia: nec ad flatum venti septentrionalis, ratione rancoris & inimicitiae: fortis ergo & firmus debet esse bonus iudex, & aequus ut libra, nec declinans ad dextram nec ad sinistram, sed aqua lance debet esse medius inter partes, ut C. de iud. L. nullus, & extra de re iudicata, cap. cum aeterni tribunal, lib. 6. & debet habere truncum fortitudinis, corticem veritatis, medullam aequitatis, ut notatur D. de eo quod certo loco, L. quod si Ephesi, & C. de iudicijs, L. rem non nouam, super verbo praesidio, in fine, & familiae erciscunde, L. inter filios, frondes humilitatis, folia sagacitatis, flores honestatis, fructus bonae operationis, & sic dici poterit de eodem, quod scribitur in cantico, iustus ut palma florebit: ad quod faciendum nos inducunt, legales scientiae, dispositio sagatiofa, & habitudo fructuosa, quae, conuersantes in ea vel secundum eam iudicantes, ditissimos efficit; & eis volentibus thesauros inestimabiles donat, ut in procerio digestorum, §. nos vero tanta, cum ibi notatis super verbo thesauri ditissimi, iunctis his quae notantur, D. de varijs & extraordinarijs cognitionibus, L. prima, circa princ. amplius, continuè eam obseruantibus, honores & vitam tribuit gloriosam, ut C. de proximis sacrorum scrinioꝝ, L. proximos, lib. 12. & de primicerio, L. praclaram, lib. 12. & de aduocatis diuersorum iudicum, L. fori, & L. aduocati, & D. de tutoribus & curatoribus datis ab his,



his, L. scire, §. cum reliquis, & extra, de prabendis, cap. cum venerabilis, & cap. de multa, cum his que notantur, C. de postulando, L. providendū, in principio glosse, & extra, de consuetudine, cap. ex parte, super verbo incuria, & ext. de renunciatione, cap. nisi cum pridem, circa principium glosse, super verbo plerunque: & D. pro socio, L. societates, & D. depositi, L. bona fides, circa princ. & ad legem Iuliam maiestatis, L. quicquid, & in decretis, 36. distinct. cap. non satis: unde, bonus index variè ex personis causisque constituet & diffiniet, ut in feudis, hic finitur lex, §. ad hoc questum, & D. de rei vendicatione, L. in fundo, in princ. quia, illa que in facto consistunt, iudicis arbitrio committuntur, ut D. de testibus, L. 3. §. tu magis, & de questionibus, L. questionis: parum namque prodesset iura esse in civitate, nisi forent homines, qui iura reddere possent, ut habes in secunda theorica de iustitia & iure, in parva papyro, que incipit, nota quod parum.

In facto.

9

Doctor Baert.

Iudex criminalis) Hoc caput exornat elegantius & amplius Iodocus Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium, cap. 154. titulo de iustitia, & magis ex professo, cap. 155. titulo, adhortatio ad obseruationem æquitatis.

Luce meridiana clariores) Hoc ipsum tradidimus in superioribus, libro secundo, cap. primo. nu. 5. pag. 207.

In facto) Vide libellum meum, quem inscripsi extra ordinarias lectiones, in commentarijs ad

ad L. vnicam, C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur, num. 40. in explicatione verborum, dubitationes antiquæ, pag. 58. secundum impressionem Coloniensem Martini Cholini, Anno M. D. LXXIX.

Caput XXI.

Quæstio.	numero primo.
Probat partem negatiuam.	2. 8. & 10
Probat partem affirmatiuam.	3. 5. 9
Cautela.	4
Iudex est minister legis.	6
Iudex de facto nihil supplere debet.	7
Quæstio.	11

Illud queritur, nunquid iudex habeat iudicare secundum allegata? vel, secundum conscientiam? ut, postea, iudex vidit, quod Titius occidit Caium: probatum est, quod unus alius hoc fecit, nunquid iudex illum debet condemnare? videtur quod non: secundum notata D. de procuratoribus, L. filij familias, §. penult. super verbo pratermissum est, & de minoribus, L. minor viginti quinque annis, & finium regundorum, L. si irruptione, circa finem glosse, & de testibus, L. 3. §. eiusdem, super verbo confirmat, in fine illius glosse, & de iudicijs, L. si quis ex aliena, in fine glosse, & C. qui & aduersus quos, L. prima, in principio glosse, & de administratione tutorum, L. lex que tutores, circa medium glosse, super verbo testificatio, & hæc fuit opinio Martini: ubique contrarium videtur, quod in: iuxta notata D. de officio prasidis, L. illicitas, §. veritas, & de petitione hereditatis, L. fin.

Martini;



fin. & de ferijs, L. eadem ratione, in fine glosse, & de in litem iurando, L. 2. in fine glosse, & de minoribus, L. minor viginti quinque annis, circa princ. & C. de transactionibus, L. age, & ut qua desunt advocatis, L. unica, & de temporibus appellacionum, L. 2. & extra de officio iudicis ordinarij, cap. primo: & hac fuit opinio Ioannis, qui veritatem euangelizavit, licet canonista sequi videantur opinionem Martini, quia talis iudex committet peccatum iudicando contra veritatem, & faciet contra conscientiam suam, & sic edificabit gehennam: sed datur consilium, quod causam committat alij, C. de iudicijs, Auth. sed hodie: Tu dic cum Ioanne & glossatore Accursio, quod secundum probata iudicare debeat, quia eam necessitatem imponit sibi lex, ut secundum probata iudicet, ut in Auth. de mandatis principum, § patrocina: ergo est excusatus, quia lex ipsum condemnauit, nec poterat aliud facere, cum ipse iudex non sit nisi minister legis: & sic etiam dicitur, quod delictum perimit vel punit hominem, non iudex, iuxta notata D. ad Turpilianum, L. prima, §. calumniatoribus, & ad municipalem, L. legis ordine, & de his qui notantur infamia, L. iectus fustium: alias, iudex suppleret de facto, quod non habet facere, C. ut qua desunt advocatis, L. unica, & C. de appellacion. L. fin. circa princ. & C. de temporibus appellacionum, L. 2. unde, scire debes, quod, quedam sunt nota iudici ut iudici, quorum probatio consistit in conscientia, nec exterius aliter apparere possunt: & tunc, iudex habet iudicare secundum conscientiam, ut si

Ioannis
Canoniste.Gehennā
4.Causam
committat
alij. 5.
Ioanne.
Secundū
probata.Excusatus.
6.

Ipse iudex.

7.

8.

agatur

agatur, an aliquis sit bonus vel malus: sic D. de testibus, L. tertia, §. tu magis, & de questionibus, L. questioni: & in talibus sufficit deponere de credulitate: & in hoc casu ei statur & creditur: licet alius testis habeat deponere de certa scientia, sic intelligo notata D. de iureiurando, in rubrica, & sic intelligo veram opinionem Martini & glossarum primo allegatarum: quedam vero sunt, quae etiam 9. exterius probari possunt, & constare possunt exterius: & tunc, quedam sunt, quae constant ei, ut iudici in iudicio: & tunc, ipse in istis debet procedere secundum probata, & non secundum conscientiam: & si nihil probat, nihil debet iudicare iudex, C. de edendo, L. qui accusare, & de probation. L. actor, & de temporibus appellacionum, L. secunda, circa principium: sic intelligo glossas secundo loco allegatas, & notatur aliquantulum de hoc, C. qui admitti ad bonorum possessionem possint, L. bonorum: quedam sunt nota iudici ut iudici, extra iudiciū: 10. & tunc, iudex quandoque non attendit probata, sed supplet: ut, si dicatur aliquod statutum in ciuitate, vel sit punctus iuris: tunc supplet secundum conscientiam suam, ut C. ubi & apud quos, L. prima, & §. fin. iuxta premissa quaeritur, nunquid 11. benignitas, seu aequitas preferatur rigori? dic ut in tertia theorica de officio praetoris.

Doctor Baert.

Martini) Martino consentit Hugolinus, in L. praetor, D. de iurisdictione omnium iudicum, Guido Papae quaest. 29. Corasius miscel-

Q9

lanco-



laneorum iuris libro quarto, cap. 20. numero sexto, vers. ego verò nullo casu, Oldendorpius in tractatu de formula inuest. act. cap. vlt. & in libro de iure & æquitate, titulo 13. Calderinus, & Panormitanus in cap. pastoralis, §. quia verò, ext. de officio iudicis delegati, Summa Angelica, in verbo, iudicare, quæstione 7. Nicolaus de Lyra, Exodi 23. Hadrianus, in quodlibeticis, quæstione sexta, articulo tertio, Arboreus, libro nono Theosophiæ cap. 20. Rationes adferunt, quia iudex iudicare debet secundum veritatem: legitur enim Deuteronomi cap. 17. venies ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuit illo tempore, quæresq; ab eis, qui iudicabunt iudicij veritatem: reuelabitur & ex hoc iustitia Dei (inquit Apostolus ad Romanos cap. 2.) quod reddet vniciq; secundum opera sua: & de Christo ait vndecimo capite Esaias, non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in equitate pro mansuetis terræ: præterea, quod ex fide non est, peccatum est, vt ait Apostolus ad Romanos cap. 14. & refertur in cap. quarat aliquis, de pœnitent. distinctione tertia, & in cap. vltimo, ext. de præscript. ex fide, inquam, id est, ex conscientia, quemadmodum exponit Ambrosius, in commentarijs super epistolis Pauli ad Romanos, cap. 14. & Gratianus in cap. quarat aliquis, de pœnitent. distinctione tertia, & glossa in cap. vltimo, extrà de præscript. & Florent. prima parte, titulo tertio, cap. decimo, §. secundo, facit etiam, quòd iudici non

liceat

liceat innocentem occidere, Exo. 23. quin & Interconsultus existimat, melius esse, nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem damnare, L. absentem, D. de pœnis, cap. nerui, distinct. 13. Archidiaconus in cap. vltimo, 23. quæst. 3. Decius in L. fauorabiliores, D. de reg. iuris. Postremò, testimonia in hoc sunt necessaria, vt veritas constet, quando autem res est manifesta, nullis opus est testimonijs, secundum illud Pauli ad Timotheum prima, cap. 5. videturq; hæc opinio manifestè probari in cap. 1. ext. de re iudicata, lib. 6. & in Clementina prima, §. verum de hereticis, quibus in locis iudici præscribitur, vt secundum propriam conscientiam iudicet: huc pertinet etiam, quòd Vlpianus non semel totum negotium ad propriam iudicis conscientiam, hoc est, ad eius oculos referat, L. 2. §. fin. D. de ferijs, L. si irruptione, §. fin. D. finium regundorū, & quod Callistratus scripsit, debere iudicem ex animi sententia æstimare, quanta sit fides testibus adhibenda, quidq; credendum probationib. L. 3. §. primo, & §. eiusdem, D. de testibus: proinde Cicero pro M. Fonteio, in sapientia & consilio iudicis, non in testimonijs volens ostendere, constitutam esse iudicandi potestatem, ea potissimum ratione vtitur: quòd si secundum testes, rationes, aliæve instrumenta producta sine dubitatione iudicandum foret, sapiente & probò iudice opus non esset, nihil etiam esset, cur alius alio iudice melior æstimaretur: quid est enim (inquit) vbi elucere possit prudentia? vbi discerni stultus auditor, & credulus à religioso & sapiente iudice? nimirum

Q9 2

rum



rum illud, in quo ea, quæ dicuntur à testibus, coniectura & cogitatione trahuntur, quanta authoritate, quanta animi æquitate, quanto pudore, quanta fide, quanta religione, quanto studio existimationis bonæ, quanta cura, quanto timore, dicantur.

Ioannis) Idem tenet glossa in cap. primo, extrà de officio ordinarij, in cap. pastoralis, §. quia verò, extrà de officio delegati, & in L. secunda, D. de ferijs, Bartolus & Albericus de Rozates in L. illicitas, §. veritas, D. de officio præsidis, idem Bart. & Cynus, in L. prima, C. vt quæ desunt aduocatis partium, Ioannes Andree in suis nouellis, titulo de alleg. & in additionibus ad Speculatorem, titulo de disputat. & alleg. §. satis, nu. 13. Iason in §. si minus, nu. 15. Inst. de act. Barbatius in cap. pastoralis, §. quia verò, nu. 36. Imola col. pen. Felinus ext. de officio delegati, Alciatus in cap. 1. num. 83. Imola numero 14. ext. de officio iudicis ordinarij, Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium cap. 55. titulo de condemnatione & punitione in re criminali, numero quinto, Couaruias, variarum resolutionum libro primo, cap. primo, numero nono, vers. his igitur rationibus, & ex Theologis diuus Thomas, 22. quæst. 67. art. 2. & ibidem Caietanus, Ioannes Maior, in tertium sententiarum, distinct. 33. quæst. 4. Petrus de Palude, & Syluester, in verbo, iudex, 2. quæst. 5. Ioannes de Turre Cremata Sabinensis Episcopus, in cap. iudicet, 3. quæst. 7. Alexander de Hales, in tertia parte, quæst. 40. membro sexto, artic. 2, Richardus, art.

art. 3. quæst. 26. & Frater Dominicus Soto de iustitia & iure, libro quinto, quæst. 4. artic. 2. vers. tertia ergo opinio. 156. secundum impressionem Lugdunensem, quia bonus iudex nihil ex arbitrio suo facere, sed secundum leges & iura pronunciare debet, vt ait Augustinus & Ambrosius super Psalmo Beati immaculati, & refertur in cap. iudicet, 3. quæst. 7. & in cap. summopere, 11. quæst. 3. idq; potissimum exemplo Dei optimi maximi, cuius oculis cum nuda sint omnia: tamen, turpissima Sodomix flagitia non antè iudicare voluit, quàm manifestè cognouisset esse verissima ea, quæ iactabantur, vnde Genesis 18. Descendam (inquit) & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: deinde, nemo ius habet aliquè condemnandi auctoritate priuata, sed tantùm in quantum publica authoritate fungitur: & si diceremus aliud, vtique turbari posset tranquillitas & quies publica, cuius gratia iudicia sunt inuenta: quotus enim quisque iudex inueniri posset, quem non transuersum raperet amor, pecunia, fauor, & id genus alia? vnde, in scelesto illo iudicio, seu liberali causa, quam sub persona M. Claudij sui clientis, excogitauerat Appius Claudius Decemuiratus Princeps, vbi testari se dixisset, & iudicare, L. Verginij filiam esse Claudij seruam, quicumque (inquit Dionysius Halicarnassæus antiquitatum Romanarum libro vndecimo) aderant viri integri, iustaq; dicentes aduocati, intendentes in cælum manus, exclamarunt comploratu, & indignatione mixtum eiulatum.

Q 3

Canonis



Canonista) Calderinus scilicet, & Panormitanus in cap. pastoralis, §. quia verò, ext. de officio delegati, Summa Angelica in verbo, iudicare, quæst. 7. Nicolaus de Lyra Exodi 23. Hadrianus in Quodlibeticis, quæst. 6. art. 3. Arborius libro nono Theosophiæ, cap. 20. Dominicus Soto de iustitia & iure, libro quinto, quæstione quarta, art. 2.

Gehennam) Hanc eandem rationem refert Ioannes Corraius, Miscellaneorum iuris libro quarto, cap. 20. num. 6. vers. alioqui.

Causam committat alij) Huius consilij auctorem vide apud Theologos & Iurisconsultos adferri diuum Thomam, quæst. 64. art. 6. seu, vt aliqui citant, art. 3. sed omnino reprobant illud consilij Dominicus Soto, de iustitia & iure, lib. quinto, quæstione quarta, articulo secundo, vers. sunt autem, fol. 157. pag. 2. secundum impressionem Lugdunensem, Didacus Couarruias variarum resolutionum libro primo, capite primo, numero 9. vers. septimo, sunt qui: primò, quia primus ille iudex habet legitimam auctoritatem terminandi causam secundum allegata & probata, deinde, secundus ille iudex æquè deberet eum condemnare ex eisdem actis, sicut prior ille iudex: & ideo perinde esset, alteri remittere, ac supplicio offerre, per consequens etiam hoc casu peccaret, vt illi dicunt: vnde, alij consultius fore putant, si more maiorum iudex sibi non liquere iurauerit, iuxta L. si de meis, §. vlt. D. de arbitris, A. Gellius noctium Atticarum libro 14. cap. secundo: sed nec hoc consilium mihi probatur, siue

siue enim consideremus publicam scientiã, siue priuatam scientiam iudicis, vtique certus omnino iudex est, vbi, quomodo, quando, vel an crimen cõmissum sit: per consequens ex fide iurare non potest, sibi non liquere: quæ propter ego dicere malo, iudicẽ, ex quo nõ suo priuato iudicio, sed cõmuni debet informari, puta, per testes: ipsum duplici sciẽtia vti scilicet, vniuersali & particulari: quarum illa, in iure. hæc verò consistit in facto: Porrò, sciẽtiam vniuersalẽ ita sanctè iudex sequi tenetur, vt neq; suũ propriũ arbitrium, quamuis omnino contrariũ, sequi, nec vllas in cõtrarium probationes admittere possit, eò quòd ipse non sit legum iudex, at custos, hoc est, officio iudicis, exequi, non verò corrigere, quod lex iubet, incũbit: & ideo, si vel actor, vel reus intendunt probare, legẽ non esse iustã: nullo modo sunt audiendi: quin, ne quidẽ in foro conscientie legẽ quis tuto trãscreditur, si modò edicto principis lex pmulgata sit, quia nemo legis illius iudex sit, nisi fortè manifestã, vel intollerabilem iniquitatem præ se ferat, & hæc in vniuersali scientia sufficiant: at, in particulari scientia, quæ consistit in facto, licet ea quoq; sit à testium vel instrumentorũ testimonijs petẽda, nihilomin⁹ iudex suo se ingenio & prudentia iuuare potest, diligẽter examinando cùm testes, tum instrumenta: maximè, quando sibi cõstat, innocentem falsitate premi: sed hoc rarò fit, & si fiat, ex dictis manifestè colligitur, iudicem nunq; cogi iudicare contra conscientiam: quia poterit eo casu testis instatius interrogare, districtiusq; scrutari tempus, horam, lo-



cum, vel alias circumstantias, ex quibus rei veritas ei vt iudici constare possit, aut testiū falsitas deprehendi, quemadmodum astu Daniel Propheta cōuicit Susannæ accusatores, imo leones: eoq; nisi fallor, & eloquentiæ parēs Cicero spectat in oratione pro M. Font. cum prudentem iudicem distinguit à theorico. Baert.

Ioanne) Confirmat eandem opinionem, quā superiūs à Ioanne secundum veritatem euangelizatam dicebat, & in qua se conuiescere, tū hoc loco, tum superiūs in libro secundo, cap. 4. numero sexagesimo quarto, vers. & sic intelligitur, declarat.

Secundum probata) Eadē opinio mihi quoque probatur, vt videlicet iudex in vltimas detrusus angustias (si modo hoc fieri possit) in omni causa, tam criminali, quàm ciuili, contra veritatem sibi notam (si modo casus inueniri possit, vt dixi) secundum allegata & probata, sententiam ferre debeat, quod si fecerit, vtique illoris manibus officio, vel in foro conscientiæ functus erit: inde verò non sequitur, vt hoc obiter dicam, Pontium Pilatum rectè Christum morti adiudicasse, vel ex adiudicatione mortis, gehennæ fore immunem, quia non solum quid allegari debet, vt quis adiudicetur morti, sed illud, quod allegatur, etiam probari debet: & verò Pilatus non solum absque sufficiente allegatione, sed etiam sine vlla allegatorum probatione, quin in gratiam Cæsaris, vt ei maneret amicus, Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum, Dominum ac Saluatorem nostrū morti condemnauit.

Excusa-

Excusatus) Hoc est, iudex, quia publico muneri dat operam, nullo modo venit culpandus, aut homicidij reus est, quia non ex intentione, nec animo occidendi, sed ex munere, seu maiis officio, quod ei incumbit, reum capite plecti iubet, haud aliter (si magna paruis componere fas est) quàm is, qui cum moderamine inculpatae tutelæ se defendit, & inuasorem occidit, vt in superioribus lib. primo, cap. 11. diximus.

Ipsè iudex) Hunc locum suppleuimus ex libro secundo, cap. quarto, numero 64. vers. eo namque casu.

Vt iudici in iudicio) Hic adiecimus dictionem iudici, tū quia posterius huius diuisionis membrum, eius meminerit: tum quò sensus vndique constaret: vtique iudex etiam si de falsitate testium vel instrumentorum priuatim ei constet, eadem rescindere nequit: id enim esset plus credere iudici, quàm duobus tribusve testibus, qui verè testes sunt, & legitimi censentur: amplius, iudici crederetur, vt testi, cum tamen iudex, & iudex & testis esse nequeat, vt habemus in cap. secundo, nullus, 4. quæst. 4. & verò iudex, vbi iudicat ex actis, hoc est, allegatis & probatis, vtique iudicat secundum veritatem, quia iudici debet ea veritas haberi, quæ ex ipsis publicis documentis constat.

Caput XXII.

Quæstio. numero primo & tertio:
Iudex cōsetur omnia iura habere in scrinio pectoris. 2.

Sed queritur, nunquid ad reclamationem populi si aliquid faciendum? dic, quod, aut loquimur Ad reclamationem
in casu populi.

29 5

in casu, in quo nullum sit alicui praedictum, nec sit iniustitia: & tunc sic: ut D. de bonis damnatorum, L. fin. §. si plures: nec praesumitur, quod tatis decipiatur; imò praesumitur bene & rite semper facere, quia ipsi iudices adeò sapientes eliguntur, quod non aliter facere, seu iudicare praesumantur, quam ipsemet princeps, qui habet omnia iura in scrinio pectoris, iudicaturus esset, ut C. de testibus, L. omnium, & extra de constitutionibus, cap. primo, libro sexto, & D. de officio praesidis, L. prima, primo responso: sapiens autem decipi non potest, quia sapientis est nolle decipere, C. de ponderatoribus, & auri illatoribus, L. sexta, libro undecimo, aut loquimur in casu, in quo clamor populi vult iniustitiam, & tunc, aut clamat pro liberando: & tunc debet audiri, ut D. de poenis, L. ad bestias, secundo responso: aut pro condemnando: & tunc, si tumultus potest aliter sedari, audiri non debet, ut C. de poenis, L. decurio, & de appellationibus, L. si constat: aut non potest aliter sedari: & tunc, aut verè deliquit: & tunc, populus qui vult eum condemnari, debet audiri, sic D. ad legem Corneliam de sicarijs, L. penultima, in fine: aut non deliquit, nec constat legitime: & tunc, populus, ut maxime velit eum condemnari, non debet audiri, sic intelligitur L. decurionum filij, C. de poenis, & hoc facit contra capitularios Tholosanos, qui ratione tumultus populi, clericum nihil nocentem, ad manus dextrae amputationem, caudae equi tractionem, capitis decollationem, & furcae suspensionem, iudicarunt tempore feriato: & in hoc erravit

Pro liberando.

etiam ille maledictus Pilatus, ut notatur in legibus allegatis.

Doctor Baert.

Ad reclamationem populi) Latius hoc prosequuti sumus in libro secundo, cap. 11. num. 19. in verbis, propter tumultum populi.

Pro liberando) Casus ille rarò contingit, at tamen hic Coloniae semel vsui venisse, nescio an verè vel falsò, audiui.

Maledictus Pilatus) Hac de re diximus aliquid in superiore capite, super verbo, secundum probata: & cõsulendus est Iodocus Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium, cap. 70. titulo de homicidio linguæ, num. 17. vers. propterea Pilatus, pag. 167. col. prima, secundum editionem Antvuerpiensem Ioannis Belleri, anno M. D. LXX.

Caput XXIII.

Quæstio.	numero primo.
In dubio semper est standum verbis legis.	num. 2
Sine lege loqui erubescimus.	3
Regula.	4
Fides alicuius testis, ex eius dignitate probatur.	5
Regula.	6
Agit de interpretatione legum.	7
Falsò allegans legē, an & quando de falsò teneatur.	8
Tribus modis committitur dolus circa legem.	9
Casus legis quid sit.	10
Quæstio.	11
Quæstio.	12
Magis est standum menti, quàm verbis legis.	13
Lex & statutum de sui natura referuntur ad futuros casus.	14 & 16.
	Quæstio



Quaestio.

Idem iudicium est de futuro & de praeterito, cuius effectus nondum est consummatus.

numero 15

nu. 17

Quaestio.

18

Quaestio.

19

Quaestio.

20

Quaestio.

21

Quaestio.

22

1. Sed queritur, si oriatur dubitatio super aliquo nouo facto, de quo non reperiatur lex expressa, quis ordo debeat obseruari? dic, quod primo recurrendum est ad interpretationem consuetudinis, ut D. de legibus, L. minimè, et L. si de interpretatione: secundò, recurrendum est ad significationem verborum, si non appareat consuetudo, ut D. de legatis tertio, L. non aliter, D. de exercitoria, L. prima, §. si quid dubia, vers. si is: tertio, si non appareat significatio verborum, tunc est benignior pars eligenda, ut C. de legibus, L. benignus: quarto, si non appareat benignior pars: tunc, est recurrendum ad legem similem, ut D. de legibus, L. non possunt: quinto, si non reperiatur lex similis, tunc, recurrendum est ad principem, ut C. de vetere iure enucleando, L. 2. §. sed quia diuitie, & C. de legibus, L. eaq; nec in aliquo casu exemplis, sed legibus, vel alijs predictis modis indicandum est ut C. de sententijs & interlocutionibus omnium iudicum, L. nemo, cum ibi notatis, & adde hic theoreticam vigesimam de officio praesidis, qua incipit, nota quod non exemplis. item pone hic decimam theoreticam de in ius vocado, qua incipit, nota plus mentem: & semper in dubio standum est verbis legis, ut d. L. non possunt, D. de legibus.
- 2.

gibus, & qui & à quibus, L. prospexit, cum ibi notatis, super verbo, lex; erubescere enim debet quod sine lege loqui, C. de collationibus, L. illam meruò, vers. superstitibus, & in Authen. de triente & semisse, §. consideremus; allegationes interim factae per excellentem & solennem aliquem Doctorem, sunt in dubio per iudicem tenenda, quamuis per alium allegata videantur aequè bona, D. de bonis, qua liberis, L. non sine circa finem, & C. de vetere iure enucleando, L. prima, §. primo, vers. & ideo, & D. de iudicijs, L. pars literarum, nam praesumitur bene factum si à bono fiat, iuxta notata D. de testibus, L. tertia, circa principium glossae, super verbo honesta, & eadem lege, §. eiusdem super verbo, dignitas, ubi dicitur, quod fides testis ex eius dignitate approbatur; & allegationes per plures approbatae & factae in dubio sunt potius tenenda; nam ubi est aliqua multitudo, praesumitur inter eos aliquis bonus, iuxta notata D. de testibus, L. prima, in fine glossae, & suffi. ut unam legem, bene facientem ad propositum, allegare, D. ad legem Aquiliam, L. ita vulneratus, circa finem, & de falsis, L. si quis obrepperit; nam melius est pauca & utilia dicere, quam multis inutilibus aures hominum praeaurare, C. de vetere iure enucleando, L. secunda, §. si quis autem, & in Auth. de tabellionibus, §. primo, collat. 4. deinde est bona argumentatio ex rubrica, quando est negatiua vel affirmatiua, iuxta notata in L. prima, C. ne fideiussores aduocum: quod autem possint leges in iudicijs allegari, probatur in proemio Digestorum, §. & quod iam primus, & extra in proemio sexto



sexii libri, circa finem, & in defectu legum sunt
 glossa alleganda, ut notatur D. de officio praesidis, L.
 sed licet, in fine glossa: & in defectu legum & glossa-
 rum sunt auctoritates sacrarum scripturarum, &
 poetarum alleganda, ut D. de rerum diuisione, L.
 in tantum, §. fin. & de adulterijs; L. si uxor, §. pla-
 ne, & de poenis, L. aut facta, §. fin. & Inst. de em-
 ptione & venditione, §. unde illud, & §. item pre-
 tium, vers. poeta Homero, & D. de officio procon-
 sulis, L. solent, §. non vero, vers. uetus prouerbiu,
 & ext. de iudicijs, cap. & si Iudaeos, & ext. de iu-
 re iurando, cap. quemadmodum, ibi, cum dicitur,
 quia turpius eicitur, quam non admittitur hospes;
 tantum, quod nil exire debet de ore sapientis sine
 aliqua ratione iusta, ut in Auth. de triente & se-
 misse, §. consideremus, collat. 3. & in decretis 23.
 7. quest. 3. cap. si heres; unde, qualibet lex intelligen-
 da secundum titulum, in quo est, D. locati, L. si uno
 anno, §. primo, & L. Imperatores, D. de in die adie-
 ctione, idq; in casu dubio, D. de carboniano edicto,
 L. quod Labeo, & de legatis primo, L. si quando,
 & de usuris, L. stipulatus; sic etiam finis legis, se-
 cundum principium intelligi debet, nam ubi initium
 legis est generale, & tota lex erit generalis, D. de iu-
 ris & facti ignorantia, L. fin. §. cum ibi notatis; &
 uerbum legis indefinite prolatum, est semper gene-
 raliter accipiendum, ut notatur, C. de hereditate
 vel actione vendita, L. fin. in fine, & lex interpre-
 tans debet intelligi secundum interpretatum, ut in
 Auth. de filijs ante ad alia instrumenta natis, §. pe-
 nulli, collat. 3. & qui falsam legem fabricat vel alle-
 gat,

gat, poena falsi tenetur, D. de falsis, L. fin. & hoc
 uerum, si allegat falsam legem dolo, in lesionem al-
 terius, sic d. L. fin. D. de falsis, & C. de falsis, L. nec
 exemplum, & C. de his qui sibi adscribunt in testa-
 mento, L. senatus; alias, si non dolo, quia sic cre-
 debam casum, vel sic inueneram in aliquo libro scri-
 ptum: tunc secus: ut d. L. fin. cum ibi notatis, D. de
 falsis, & D. de his quibus ut indignis, L. penult. &
 L. post legatum: quia tunc excusatur, dum tamen
 ostendat scriptum, in quo inuenit, ut d. L. fin. & ibi
 glossa D. de falsis, & C. de falsis, L. maiorem: &
 idem si legem correctam alleger, ut C. de nouo codi-
 ce confirmando, L. unica, §. falsi, & de uetere iure
 enucleando, L. 2. §. heres, quia non licet arguere ex
 legibus correctis, ut notatur C. de Latina libertate
 tollenda, L. unica, in princ. & in Authent. de non
 alienando, §. summus, & in Auth. de nuptijs, §.
 deportantem, collat. 4. & idem, si legem rariat vel
 corrumpat, D. de falsis L. hodie, & L. prima, §.
 qua in rationibus, eodem titulo: sed male interpre-
 tans legem, poena infamiae punitur, C. de legibus L.
 secunda, §. notanter. & committitur dolus circa le-
 gem, tribus modis: uno modo, negando, principem
 habere potestatem condendi legem: & tunc tenetur
 lege Iulia maiestatis, ut C. ut omnes actiones tam
 ciuiles, quam militares, L. unica, §. quod si quis te-
 meritate; secundo, dicendo, legem non esse iustam vel
 rationabilem: & tunc punitur poena sacrilegij, ut
 C. de crimine sacrilegij, L. prima, & 2. tertio &
 ultimo, qui non seruat legem propter suam simplici-
 tatem: & hoc casu, si sit poena apposta in lege pro eo
 qui non



qui non seruat, punitur illa poena: alias, poena extraordinaria arbitrio indicantis, D. de poenis, L.

10. hodie: & appellatur casus legis; determinatio facta per legem in terminis, de quibus queritur, vel in terminis parum differentibus; ut, si lex statuat, quod

Transferatur domini-
um.

si Titius vendat fundum, & tradat, quod transferatur dominium: quia idem potest intelligi de Titia, quia homo & mulier non differunt, quantum ad hoc, de quo queritur: & ideo si sit casus legis in uno, reputatur casus legis in alio, ut D. de iurisdictione omnium iudicum, L. si id quod, §. primo, & de negotiis gestis, L. 4. in princ. & de tali casu legis non est facienda questio, ut C. de furtis, L. ancilla, circa finem: si autem termini sint differentes, ut si lex statuat, quod si Titius fideiubeat pro aliquo, quod sit obligatus, ut maxime sit casus in Titio, & in quocunque alio: tamen in Titia non est casus, quia termini sunt differentes, quantum ad casum, de quo queritur, cum in hoc differat homo & mulier, qui fideiubens pro alio potest se iuuare per senatuscon-

31. sultum Velleianum: iuxta hoc queritur, nunquid appellatione masculini contineatur foemininum? dic de ista questione, ut habes D. de iurisdictione omnium iudicum, L. si quis id quod, idem habes, C. de furtis, L. quicumque, item adde hic theoricam tertiam de statu hominum. Pone, quoddam negotium habet duos intellectus, ad unum reperitur lex similis; cuius verba sic sonare videntur: ad alium intellectum reperitur alia lex, cuius mens ea esse videtur, modo queritur, cui interpretationi magis standum? dic, quod illi interpretationi, quae fit secundum

dum mentem, per iura quae dicunt, magis esse standum menti legis quam verbis, ut probatur D. de adimendis legatis, L. 3. §. conditio, & de excusat. tutorum, L. scire oportet, §. aliud, & de religiosis, L. ut si quis, §. & quid si testator, cum ibi notatis: sic intelligitur illa lex mirabilis, mater, D. de inofficioso testamento, quae lex est mater & fundamentum omnium aliarum, & D. de legibus, L. scire debes, & D. de in ius vocando, L. quamuis, & de religiosis & sumptibus funerum, L. ut si quis, circa finem glossae, & de contrahenda emptione, L. sed Celsus, super verbo sequendum est, & communia praediorum, L. si in venditione, in fine glossae, & de exercitoria, L. prima, §. quid si mutua, & de usufructu, L. arboribus, in fine, & C. communia de legatis, L. omne verbum, in fine, & de donationibus ante nuptias, L. si cum ante, & de iure dotium, L. etiam, & ad Trebellianum, Auth. nisi rogati, quod est verum, ubi verba habent plura significata: alias secus, D. de rebus dubijs, L. in ambigujs: & sic non obstat D. de contrahenda emptione, L. quoties, cum ibi notatis in principio glossae, & D. de iure dotium, L. promittendo, circa principium glossae: lex enim & statutum de sui natura ad futuros casus referuntur, ut C. de legibus, L. leges & consuetudines: Pone iuxta hoc, quod statutum est in ciuitate ista, quod omnes banniti eximantur a banno, datis quinquaginta libris: deinde, fit nouum statutum, quod omnes qui eximentur a banno, soluant centum libras: ecce, quidam bannitus antequam esset factum nouum statutum, petijt se eximi, datis quinquagin-

Rr

13.

14.

15.



ra libris interim antequam esset exemptus, fuit factum statutum nouum: queritur, nunquid teneatur soluere quinquaginta ratione primi statuti? vel centum, ratione noui? dic, quod debeat soluere centum, quia statutum nouum non tantum dat formam in futurum bannitis, sed etiam in futuris exceptionibus: ergo, debet extendi ad illos qui nondum tempore noui statuti erant exempti: quamuis enim lex & statutum de sui natura referantur ad casus futuros, ut C. de legibus, L. leges & consuetudines: & extra de constitutionibus, cap. finali, cum ibi notatis, tamen possunt referri ad preteritos casus, quorum effectus nondum erat consummatus, quia, idem iudicium est de futuro, & de preterito, cuius effectus nondum est consummatus, ut D. de verborum significat. L. verbum erit, & C. de transaction. L. fin. & de sacrosanctis Ecclesijs, L. antepenult. & penult. & fin. in fine, & de legibus, L. leges, quia verba preteriti temporis extenduntur ad futurum, quando actus iam erat inceptus, & effectus nondum consummatus, ut D. de legatis, primo, L. talis scriptura, in fine, sed ubi casus preteritus, est totaliter consummatus: tunc, lex noua non extenditur ad casum preteritam, ut d. L. leges, C. de legibus: secus autem, ubi non erat totaliter consummatus, sed erat taliter initiatus, quod non poterat reuocari, quia tunc lex noua non extenditur ad preterita, ut in Auth. de nuptijs, §. primo: si autem talis actus inceptus, erat reuocabilis: tunc, lex noua extenditur ad preterita, sic C. de usuris, L. penult. iam potest dici de illo, qui landauit venditionem
antequam

antiquam. emisset feudum, quia debeat habere emolumentum laudimij, & non ille qui erat dominus dicti feudi tempore venditionis rei emphyteuticarie. iuxta hoc queritur, de tali dubio: pone, unum statutum fuit factum per dominum Regem Ludouicum, & c. dic de hoc ut habes in magna papyro de legibus, L. ideoque: sed nunquid quod fit contra legis ordinationem vel prohibitionem, est nullum? dic, quod aut lex stat in finibus & terminis prohibitionis: & tunc non valet, quod fit contra illam prohibitionem, sic C. de legibus, L. non dubium, tertio responso, aut non stat in finibus prohibitionis, sed ultra procedit, actum annullando: & tunc, non valet quod fit contra illam legem siue prohibitionem: sic etiam, C. de legibus, L. non dubium, tertio responso, & D. de tutelis, L. m. o. §. sub conditione: aut procedit ultra, actum non approbando, nec reprobando, sed poenam apponendo: & tunc, si fiat contra talem ordinationem legis, actus bene valet, sed agitur ad illam poenam, per illam legem appositam, ut D. quando appellandum sit, L. prima, §. biduum, & D. de interdicitis & relegatis, L. relegatorum, §. ad tempus: & D. de rebus eorum, L. si pupillo, §. primo, & D. de custodia reorum, L. milites, & C. de exactoribus tributorum, L. quoties, lib. 10. & de custodia reorum, L. ad Commentariensem: aut lex procedit ultra, certo modo annullando, ut patet in his que sunt dolo vel metu: & tunc bene valet quod agitur, licet effectualiter non valeat, quia inuis remedio rescinditur, ut D. quod metus
Rr 2 causa,

18.

19.



causa, L. prima, & per totum titulum, & hoc notaui Dynus, extra de regulis iuris, cap. qui contra legem, lib. 6. & sic intelligitur textus cum glossa, D. de postulando, L. quod prohibet: sed, nunquid lex per non usum & desuetudinem tollitur? videtur, quod sic: in Auth. de mandatis principum, §. sed quoniam ita, cum legibus ibi allegatis: posset tamen dici, quod non: ut C. de tutelis & rationibus distrahendis, L. in filiis, & D. quemadmodum seruitutes amittantur, L. si quis aliam, §. fin. & L. fin. iuxta hoc quero, nunquid per non usum introducatur aut tollatur consuetudo? breuiter, credo quod non: D. quemadmodum seruitutes amittantur, L. si quis aquam, §. unico, sic intelligitur, D. de seruitutibus urbanorum praediorum, L. hoc autem, in fin. iuxta hoc, queritur de tali quaestione, quidem Baro, & i. dic de ista quaestione prout habes in magna papyro de iurisdictione omnium iudicum, L. imperium, circa finem.

Doctor Baert.

Radat) Hoc ipsum (nescio quam verè) narratur de Baldo, quod ipse scilicet eraserit negationem, in L. creditor, D. de pignoratitia actione, cum disputaret cōtra Bartolum praecceptorem suum.

Transferatur dominium) Vide libellum meum, quem inscripsi extraordinarias lectiones, in commentarijs ad L. vnicam, C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur, nu. 56. vers. interim quia sæpius, in explicatione verbo

verborum, venditionibus & locationibus, pagina 70. & seq. secundum impressionem Coloniensem Materni Cholini, anno M. D. LXXIX.

Caput XXIII.

Quæstio.	numero primo.
Distinctio criminum ciuiliū & canonicorum.	2
Resolutio quæstionis.	3
De his quæ tangunt conscientiam	} cognoscit iudex ecclesiasticus. 4
De usuris	
De vltima voluntate.	
Quæstio.	5
Quæstio.	6
Quæstio.	7
Executor sententiæ, præstat nudum ministerium.	8
Resolutio quæstionis postremæ.	9
Solutio obiectionis.	10
Quæstio.	11
Quæstio.	12
Merum imperium est, animaduertere in facinorosos homines.	13
Vna & eadem res non debet habere diuersos effectus.	14
Resolutio quæstionis.	15
Quæstio.	16
Quæstio.	17
Filius impubes non facit testamentum, sed pater.	18
Quæstio.	19
Sed nunquid iudex ecclesiasticus potest cognoscere de quocunque crimine? glossa dicit quod sic, De quocunque crimine.	1.
C. de episcopis & clericis, Auth. clericus, & idem tenent canonistæ ext. de iudicijs, cap. nonit ille: quamuis quidam dicant contrarium, nisi sit crimen canonicum quod committitur contra statutum ecclesie, de quibus notatur in decretis.	2.
Rr	3



cretis, ii. quæst. prima, cap. in summa, & extra de officio iudicis ordinarij, cap. cum episcopus, lib. 6. nam de crimine civili, iudex ecclesiasticus cognoscere non potest: crimen autem civile est homicidium, & similia, ut in Auth. clericus, C. de episcopis & clericis, & in Auth. de mandatis principum, §. si vero canonicum, collat. 3. dic ergo quod de crimine civili non potest se intromittere contra laicos, quia sic usurparet ea quæ pertinent ad forum, seculare, argumento Auth. quomodo oporteat episcopos, in princ. & C. de testamentis, L. consulta, & de episcopis & clericis, L. licet: porro, iudex ecclesiasticus non potest se immiscere iurisdictioni seculari, nisi in sex casibus, qui notantur ext. de foro competente, cap. licet, & cap. verum, in fine: & hoc verum, quod non possit se intromittere contra laicum, nisi dicat aliud consuetudo, ut C. de emendatione librorum, L. prima, & fin. & D. de iudicijs, L. penult. cum ibi notatis, & C. de diuersis officijs, L. vicos, cum ibi notatis, lib. 10. iunctis his quæ notantur, D. de iurisdictione omnium iudicum, L. & quia: unde, licet iudices ecclesiastici non possint aliquem condemnare ad mortem ad literam civiliter: tamen, possunt aliquem condemnare ad hoc, ut perpetuo sit in aliqua turri, nec sunt propter hoc irregulares, licet ex his mors sequatur, ut C. ad legem Aquiliam, L. in ipsius, & extra de pœ. cap. 2. & cap. tue, & extra de verborum significationib. cap. ad reprimentam, & de sententia excommunicationis, cap. Nonimus: quamvis glossa videatur tenere, quod iudex

Confuetudo.

iudex ecclesiasticus non possit aliquem condemnare ad perpetuum carcerem per sententiam definitiuam, ut C. de custodia reorum, L. si quis, in principio glossa, & videatur textus, D. de pœnis, L. incredibile, cum ibi notatis: item, potest episcopus seu eius officialis se intromittere de laicis, in his quæ tangunt conscientiam ut d. §. si vero canonicum, Auth. de mandatis principum, & ext. de iureiurando, cap. licet, & de foro competente, cap. secularis, lib. 6. per consequens, potest compellere laicum, & procedere contra ipsum ad obseruationem iuramenti prestiti per eundem in casu licito & à iure permissio, ut est expressum in: feudis, de pace tenenda & iuramento firmanda, cap. hac edictali, §. episcopos, & in d. §. si vero canonicum, Auth. de mandatis principum, collat. 3. & extra de foro competente, cap. finali, lib. 6. & extra de iudicijs, cap. nouit ille: & ad restituendum usuras, ut d. cap. nouit ille, extra de iudicijs, & de usuris, cap. unico, in Clementinis: item, potest compellere laicum ad obseruandum voluntatem testatoris, ut C. de episcopis & clericis, L. nulli, & L. si quis ad declinandam, iunctis his quæ notantur, C. de religiosis, L. militis, & D. de petitione heredit. L. hereditas, & de annuis legatis, L. Quintus: sed nunquid iudex ecclesiasticus habet merum imperium? dic breuiter, quod sic: quia habet territorium: per consequens iurisdictionem & imperium, quia isti adherent, ut in Authent. de alienatione & emphyteusi, §. quis autem, & in Authentica

Ad restituendum
usuras.

Rr



de sanctissimis episcopis, §. *sin autem*, collat. 9. & verò, loco pœnae mortis, ipsi condemnant quod ponatur in perpetuo carcere, sic ut illa pœna sit loco pœnae mortis: ergo, censetur habere imperium, sic intelliguntur iura statim allegata; & C. familie eriscunde, L. ipsius, & de emendatione propinquorum, L. unica: sed si ecclesia habeat temporalem iurisdictionem, nunquid iudicabit ibi secundum leges, vel secundum canones? dic, quod secundum leges, ut notatur extra de praescript. cap. fin. & cap. quia iudicante, iunctis his quae notantur in Auth. de episcopis & clericis, §. si vero prius, super verbo adeat, collat. 9. illud item quaeritur, an sententia vel ipsa executio sit meri imperij? dic, quod sententiae prolatio sit meri imperij, ut D. de iurisdictione omnium iudicum, L. imperium, & D. de legibus, L. prima, §. perfectis, & de iniusto rupto & irrito testamento, L. quis, §. irritum: quod autem executio non sit meri imperij, patet, quia executor praestat nudum ministerium tantum: ergo non habet aliquod ius, ut D. de acquirenda possessione, L. quod in eo, §. primo, & de executione rei iudicatae, L. fin. iste enim executor hoc facit ex necessitate: & ideo, nihil facere videtur, ut D. de legatis secundo, L. unum ex familia, §. si de falcidia, & ad legem falcidiam, L. pater, & de heredibus instituendis, L. 3. dicerem tamen quod executio facta iure proprio, tanquam superior, est meri imperij, quia parum esset, habere sententiam vel leges, nisi executioni demandarentur, ut D. de origine iuris, L. 2. §. post originem, & D. ne vis fiat ei qui in possessionem

Executio

9.

missus

missus est, L. prima, §. primo, & pro hoc D. de obsequijs patrono praestandis, L. Titius, & de iure patris, L. si servum nec obstat, quod iste hoc facit ex necessitate: quia, eodem modo posset dici in iudice qui habet sententiare ex necessitate legis, & tamen habet imperium, ut D. de muneribus & honoribus, L. fin. §. antepenult. iuxta praemissa quaeritur, quali pœna puniatur ille, qui aufert servientibus rem, qui ducitur ad patibulum? dic ut habes, D. de mortuo inferendo, L. prima: illud etiam quaeritur an sententia absolutoria sint meri imperij? videtur quod non: quia, merum imperium est, animadvertere in facinorosos homines, ut D. de iurisdictione omnium iudicum, L. imperium: sed per sententias absolutorias non animadvertitur in facinorosos homines, ut D. de iurisdictione omnium iudicum, L. imperium, ergo, non est meri imperij: sed potius contrarium: quia, una & eadem res non debet parere diversos effectus, ut D. de conditione indebiti, L. cum tale, & de alimentis legatis, L. legata inutiliter: sic habemus & videmus quod aliqui possunt absolvere, & non condemnare, & è contra: ergo, non est meri imperij, ut C. de cohortalibus principibus cornicularijs ac primipilaribus, L. 1. & L. quicumque, hb. 12. & in Auth. ut clerici apud proprios episcopos, §. penult, & C. de episcopis & clericis, Auth. clericus, cum ibi notatis super verbo & si rem, & C. ubi senatores vel clarissimi, L. quoties, §. cadendi, cum ibi notatis super verbo absolviendo: tu dic contra, quod, imò tales sententiae absolutoriae sunt meri imperij, quandocumque poni-

Rr s

100

100

120

130

140

150



tur absolutio per abnegationem ad condemnatio-
 nem. quin, etiam, si ponatur absolutio quia ita eue-
 nit, ut D. de re iudicata, L. qui damnare potest,
 nam iste euentus nihil facit: quia ad utramque si-
 militer se habet causa: sic habetur in simili, D. de
 conditionibus sublatis, L. qui sub conditione, ideo-
 que dicamus, quod si causa est habilis, quod iudice-
 tur imperij, argumento D. de aqua quotidiana &
 aestiva, L. 1. §. 1. iuxta hoc queritur, nunquid cleri-
 cus iudex absolvens aliquē ab homicidio sibi impo-
 sito fiat irregularis? & videtur quod sic: quia se im-
 miscuit in causa criminali per iura & rationes su-
 perius allegatas: licet videatur contra, cum non in-
 teruenerit sanguinis effusio, vel mors, vel membri
 mutilatio, ut extra, ne clerici vel monachi, cap.
 sententiam sanguinis, & extra de homicidio, cap.
 2. lib. 6. sed, nunquid committens causam crimina-
 lem alicui, si ille condemnauerit accusatum morti,
 fit irregularis? dic, quod non: quia ipse non est locu-
 tus, sed delegatus tantū, argumento D. de inofficioso
 testamento, L. Papinianus, §. sed nec impuberem,
 ubi dicitur, quod filius impubes non facit testamen-
 tum, sed pater: licet videatur contra, quia ille facit,
 auctoritate cuius fit, ut D. de officio eius cui man-
 data est iurisdictio, L. prima, §. qui mandatum, &
 L. & si prator, eodem titulo, & in Auth. de iudi-
 cibus, §. nullo modo, & de collationibus, §. sube-
 mus, & adde hic theoreticam septimam de statu ho-
 minum, que incipit, nota qui per alium facit, nec
 refert per quem fiat, iuxta notata D. quemadmo-
 dum seruitutes amittantur, L. qui fundum, & C.

de donation. L. 2. in fine glossa: tu dic: primum, ve-
 rum: cum iste committens hoc faciat potestate iu-
 ris communis, argumēto D. de adulterijs, L. Grac-
 chus, & de his qui veniam etatis, L. prima, & de
 his qui notantur infamia, L. furti, §. si quis alieno,
 & de negotijs gestis, L. at qui natura, §. cum me,
 & de acquirenda hereditate, L. Iulianus, in princ.
 & de legatis, primo, L. cum pater, §. Titio, sed si
 aliquis iudex petat consilium ab aliquo clerico, pu-
 ta, si querat à clerico, quid sit faciendum de tali ho-
 mine, qui tale quid commisit, vel deliquit? & ipse
 respondeat, quod de iure est suspendendus, & iudex
 iuxta eius consilium malefactorem ad furcam con-
 demnauerit, nunquid clericus ille sit irregularis?
 dic, quod non: cum hoc dixerit generaliter, & non
 contra certam personam, argumento C. de tabula-
 rijs, L. generali lib. 10. & pro hoc D. de furtis, L.
 si quid preferendum, & L. si pignori, §. qui ferra-
 menta, & Inst. de furtis, §. ope, in fine, & C. de epis-
 copis & clericis, L. si qua per calumniam, & D.
 locati, L. si ignorans, iunctis his que notantur D. si
 quis caution. L. sed & si rei capitalis, §. quasiuum,
 super verbo specialiter, & D. de pignoribus, L. obli-
 gatione generali, & de postulando, L. prima, §. de-
 inde, & ex quibus causis maiores, L. sed etsi per
 pratorum, §. deinde, & si quis in ius vocatus non
 ierit, L. prima, in fine glossa, & de liberatione le-
 gata, L. alio, & de muneribus patrimon. L. 3.
 in princ. lib. 10. & extra de ecclesijs edifican-
 dis vel reparandis, cap. 2. secus, si scires
 interrogantem loqui de certo homine iam
 capto



capio vel praeuenio, ut ext. de homicidio, cap. Petrus, lib. 6. & extra, ne clerici vel monachi, cap. sententiam sanguinis, cum ibi notatis, & adde hic theoreticam quam habes, mandati, qua incipit, nota neminem.

Doctor Baert.

De quocunque crimine) Ad hoc, ut sciatur an iudex ecclesiasticus possit de aliquo crimine cognoscere: primò, videre debemus, quale sit illud delictum, de cuius cognitione sit agendum: nam, delictorum quaedam sunt merè ecclesiastica, siue ad cognitionem ecclesiastici iudicis pertinentia: quaedam merè secularia, siue ad cognitionem iudicis laici pertinentia: quaedam vero mixta: quæ videlicet sunt communis fori, & in quibus iudex tam laicus quam ecclesiasticus cognoscere possint.

Consuetudo) De consuetudine multa dixit hoc eodem libro, cap. 23. nu. 20. vers. sed nunquid lex.

Ad restituendum usuras) Nec mirum, quia crimen hoc usurarum est merè ecclesiasticum, secundum Didacum Couarruias, super quarto decretalium, & variarum resolutionum, libro tertio, cap. 3. quod intellige secundum Iulium Clarum receptarum sententiarum, libro quinto, §. usura, numero octauo, vers. hoc crimen, & §. finali, practicæ criminalis, quæstione 37. numero secundo, vers. tu vero breuiter: quoad cognitionem iuris, an videlicet contractus sit usurarius nec ne, non autem quo ad factum, puta, quando repetuntur usurz,

usurz, quia tunc iudex laicus est iudex competentens.

Executio) Hac de re diximus in superioribus libro secundo, cap. 10. nu. 33. super verbo, duo iudices.

Caput XXV.

In puniendis criminibus diligenter attendi debent qualitates personarum. numero 1. 2. & 11
 Delictorum diuisio. 2
 Delicta communia sunt, quæ æquè cadunt in ignobilem atque in nobilem. 3
 Cui plus committimus, ab eo quoque plus exigimus. 4

Dignitatum alia } Clarissima } numero 5
 } Spectabilis }
 } Illustris }
 } Superillustris }

Dignitas & quare eximat à delicto. 6. & 13

In crimine hereseos } dignitas à delicto non excusat. 7
 In crimine læsæ maiestatis }

In crimine simoniæ }
 Par dignitas tollit priuilegium. 8

Qui non habet in ære, luit in corpore. 10 & 15
 Omnis pœna pecuniaria minor est quam corporalis. 12

Quæstio. 14

Circa personæ conditionem, ista sunt attendenda: quia, persona delinquens aliquando est ignobilis, aliquando nobilis: aliquando diues, aliquando pauper: amplius, quandoque plus punitur pauper, quam diues: & ignobilis, quam nobilis: quandoque tamen est è contra: & ideo, est sciendum, quod quaedam sunt delicta propria, quaedam communia propria,



pria, ut in milite vendente arma dum est in bello, siquidem miles vendat arma, aliter punitur quam homo simplex: rursus aliter nobilis, quam ignobilis, sic ut verissima sit hoc casu illa regula, quod plus punitur dives, quam pauper: & nobilis, quam ignobilis & est ratio quia nobilis delinquit in eo, ignobilis non, ut D. de pœnis, L. quedam, & de indicys, L. 3. §. miles, & L. qui comedit, §. primo: delicta autem communia sunt, quae aequè cadunt in ignobili sicut in nobili, ut est interficere hominem, ferre falsum testimonium, virginem rapere, deflorare, & similia: & tunc, quandoque quis delinquit prætextu dignitatis, quandoque alias. si prætextu dignitatis seu officij: tunc punitur plus nobilis, quam ignobilis: dives, quam pauper: sic C. de episcopis & clericis, L. presbyter, licet dignitas per se non sit causa augmentandi delictum, sed officium quia delinquit per officium, puta, faciendo contra suum officium & professionem, & iuramentum præstitum in collatione sui officij, nam cui plus committimus, plus ab eo exigimus, ut C. de protectoribus domus augustae, L. unica, lib. II. & C. ubi cause fiscales, L. universi, & D. de officio praesidis, L. fin. quod autem dignitas per se non sit causa augmenandi delictum, patet: nam dignitas aut est clarissima spectabilis, illustris, vel superillustris, de quibus in iure semper bene praesumitur: & ideo, bene eximunt quem à pœnis vilibus, in procerium dignitatis, ut C. de questionibus, L. decuriones, & L. milites, & D. de pœnis, L. capitalium: exceptis criminibus haeresis & laesae maiestatis, quia in illis, nullus excusatatur.

Prætextu dignitatis.

Haeresis & laesae maiestatis.

satur: & idem in crimine simonia, ut C. ad legem Juliam maiestatis, L. nullus: ergo, regulariter ratione nobilitatis generis, punitur quis minori pœna, ut D. de pœnis, L. si quis aliquis, & de adulterijs, L. si uxor, §. idem rescrip erunt: quod potest dici verum nisi commiserit delictum in personam nobilem, vel aequè positam in dignitate, ut cum dicemus, quod par dignitas tollat privilegium, ut D. de excusationibus tutorum, L. sed & milites, in princ. & in Auth. de sanctissimis episcopis, §. sed hoc de presenti, collat. 9. & C. qui potiores in pignore, L. assiduis, circa finem: quandoque etiam ius minus punit divitem quam pauperem, quia quandoque paupertas inducit vilitatem in personam, ut D. de incendio, ruina, naufragio, L. Pœdus, & D. de termino moto, L. 2. & de pœnis, L. in servorum, in fine & de officio praesidis, L. illicitas, §. ne potentiores, & C. de incestis nuptis, L. humilem, cum ibi notatis: porro, ista sunt vera in pœnis corporalibus, siquidem pœna pecuniaria ratione delicti sit imponenda: tunc, plus punitur dives quam pauper: & haec vera, in pœnis extraordinarijs, quae non sunt statuta à iure, quia tunc plus punitur dives quam pauper, propterea quod dives potest solvere, pauper vero solvere non possit, ut D. de officio praesidis, L. illicitas, §. finali, & C. de modo mulctarum quae à iudicibus infliguntur, L. finali, in ordinarijs autem dic contrarium, quia in illis plus punitur pauper quam dives, & ignobilis quam nobilis: quia dives quandoque



10.
Luat in corpore.

doque excusatur à pœna corporali, præstando pecuniariam, sed pauper, non: quia si non potest soluere in pecunia, luat in corpore: & sic, pecuniaria vertitur in corporalem, quæ est maior omni pecuniaria, ut D. de in ius vocando, L. penult. & in feudis, de pace tenenda, & iuramento firmanda, §. iudices, cum ibi notatis, iuncta L. in seruorum, in fine. D. de pœnis: si autem esset talis paupertas, quæ non excusaret: tunc, pariter punitur diues & pauper, & sic intelliguntur iura superius allegata, & C. de pœnis, L. sancimus: inter autem nobilem & nobilem, ignobilem & ignobilem, est differentia, quis sit ditior, ut ditior plus puniatur, & ceteris paribus, plus ignobilis quàm nobilis, & seruus quàm liber C. de inofficiosis, L. 2. & de custodia reorum, L. fin. & D. si ex noxali causa agatur, L. si seruus, circa princ. & C. de summa trinitate, L. fin. circa finem glossæ, & C. ad legem Iuliam de vi publica vel priuata, L. seruos, super verbo supplicio, & super verbo infames, & de incendio ruina & naufragio, L. Pœdius, §. primo, super verbo conditione, & C. quæ res vendi non possunt, L. fin. & ad legem Corneliam de sicarijs, L. is qui cum telo: ratio autem quare in pœnis pecuniarijs, plus punitur diues quàm pauper, & in corporalibus pœnis plus pauper quàm diues, est ista, quia, omnis pœna pecuniaria minor est quàm corporalis: sed in paupere, pœna corporalis est minor quàm pecuniaria: & ideo iura sic statuerunt, ut D. de pœnis, L. in seruorum, in fine, & de operis libertorum, L. opere: & quod dixi, quod dignitas quandoque minuat pœnam in delictis:

L. fin.

12.

13.

ctis; verum est, si tempore delicti, & tempore, quo accusatur, sit in tali dignitate; alias, non, nec obstat D. de pœnis, L. prima, & C. de falsis, L. si quis decurio; quia illa iura intelliguntur de conditione propria persone, quæ est sibi affixa, & propterea ius reputat sibi naturalem: iuxta §. fin. Instit. de iustitia & iure, iuxta hoc, si quæras, utrum paupertas proficit, vel noceat? & in quo casu? dic, quod, aut quæris, quo ad fidem, vel honores, aut quo ad dationem, vel remissionem: si quo ad fidem; tunc paupertas nocet, ut D. de testibus, L. 3. & in Auth. de testibus, §. primo, collatione 7. si quo ad honores: tunc etiam paupertas nocet, ut C. de curiosis & stationarijs, L. ad subeunda, lib. .2. si quo ad dationem, ut si testator relinqueret pauperibus huius ville; tunc, paupertas prodest, quia magis pauperi datur, ut C. de Episcopis & Clericis, L. si quis ad declinandam, §. licentia; si quo ad remissionem; tunc, aut quæris de remissione pœne, aut satisfactionis, aut civilium munerum; si de remissione pœne: tunc iterum distingue, quia aut quæris, quo ad pœnam corporalem, aut quo ad pecuniariam: si quo ad corporalem; tunc, paupertas nocet, quia in illo casu plus punitur pauper, quàm diues, ut D. de incendio, ruina & naufragio, L. Pœdius, & C. de summa Trinitate & fide Catholica, L. nemo, §. primo: si quo ad pecuniariam: tunc, aut huiusmodi pœna est irrogata ob dolum; & tunc etiam plus punitur pauper, quàm diues, quia si non habet pecuniam, punitur in corpore, ut D. de in ius vocando, L. prima, §. generaliter, & de annuis legatis, L. quid si minor, &

14.

Quo ad fidem.

15.

Ss

nor, &



nor. & de iurisdictione omnium iudicum, L. si quis id quod, §. in seruos; si autem poena sit irrogata ob culpam; tunc paupertas prodest, ut D. de officio praesidis, L. illicitas, §. finali, & D. de muneribus, L. si procuratorem, §. si ignorantes, in fine; quod intellige, dummodo culpa non sit circa actum illicitum, ut D. de ritu nuptiarum, L. palam, §. primo: si quo ad remissionem satisfactionis; tunc, aut, expedit ei satisfacere, aut non; si non, tunc paupertas nocet, ut C. de episcopali audientia, L. de creationib. si vero expedit ei cauere; tunc, aut non possidet immobilia, sed modica mobilia, aut possidet immobilia: primo casu paupertas prodest, quia remittitur sibi satisfaciendi necessitas, ut D. si cui plus, quam per legem Falcid. L. cum non facile; aut possidet immobilia; & tunc nocet, ut D. qui satisfacere cogantur, L. si fideiussor, §. fin. si quo ad remissionem munerum publicorum; tunc, aut allegat propriam pauperiam; et prodest, ut D. de excusationibus tutorum, L. propter pauperiam; aut alienam; & tunc non prodest, ut C. de excusationibus tutorum, L. Spadonem, §. fin. & D. de excusationibus tutorum, L. is qui, §. fin.

Doctor Baert.

Prætextu dignitatis) Non puto clariùs, vel huic loco conuenientius exemplum adferri posse, quàm quod attulit Dionysius Halicarnassæus, antiquitatum Romanarum lib. ii. ubi de libidinoso Appij Claudij Decemuiratus principis affectu loquitur, & ostendit, quomodo ratione dignitatis & officij per M. Claudium, L. Virginiij filiam suæ libidini parare tentarit.

Heresis

Heresis & læsæ maiestatis) Harum exceptionum exempla, seu practica notior est, & notior fuit tempore Ducis Albani, quam quæ hoc loco referri debeant.

Luat in corpore) Nihil hic addo, quia superius idem Iacobus noster de Bello Visu tradidit in libro primo, cap. 17. num. 8.

Additio antiqua.

L. fin.) Sic intelliguntur, quæ notantur D. de iniurijs, L. fin. & ad legem Iuliam de plagiarijs, L. finali.

Doctor Baert.

Quo ad fidem) Quærit, an pauper testis esse possit? qua de re diximus in libro secundo, cap. quarto, numero 60. vers. sed nunquid, in verbo, paupertatis.

Caput XXVI.

Pœna debet tenere suos authores.	numero primo.
Ex delicto patris, corporaliter filij non puniuntur.	2
Sola cogitatio non punitur, & quare.	3
Pœna pecuniaria est introducta ad resarciendum priuati damnum.	4
Pœna corporalis est inducta ad corrigendos malos.	5
Quæstio.	6
Delicta non debent manere impunita.	7
Delinquens ad hoc, ut se excuset, habet probare, se non habuisse animum delinquendi.	8
Negatiua directè non probatur.	9
An vulnus lætale sit, debet probari per medicos.	10
Casus omnino fortuitus excusat.	11

S s a

Dolus



Dolus non committitur sine animo doloso, culpa autem sic.

Notabilis species facti. numero 12

Iura non committuntur ei, qui seipsum in necessitate ponit. num. 14

Circa modum delinquendi, & varietatem committendi, ista sunt attendenda; quoniam, aut non cogitat aliquid delinquere, nec agit, nec perficit; aut cogitat, sed non agit, nec perficit; aut agit, & perficit, sed non cogitat; primo casu, quando non cogitat,

1. **Authores.** nec agit, nec perficit; tunc, non punitur, quia poena debet tenere suos authores, ut D. de poenis, L. sancimus; hoc fallit in duobus casibus propter inhumanitatem criminis, ut C. ad legem Iuliam maiestatis, L. quisquis, §. fin. item fallit, C. de libertis, & eorum liberis, L. secunda, in fine, & L. finali, item fallit, C. de primip. L. fin. lib. 10. sed, dic quod haec non est fallentia, quia non loquitur de delicto, sed de debito; vel dic, et melius, quod non sunt proprie fallentia, quia filij non puniuntur corporaliter ex delicto patris, licet aliquando quo ad bona, non tamen regulariter, ut C. de bonis proscriptorum, Auth. bona damnatorum, & in Auth. de mandatis principum, §. oportet, collatione 4. & sic poenam damni quandoque filij sustinent ex delicto parentum, non poenam sensus; secundo casu, quando quis cogitat, sed non agit, nec perficit, tunc non punitur iure civili, ut de poenis, L. cogitationis: iure tamen diuino punitur, si consensus interueniat, vel si sit cogitatio turpis, quae fit causa delectationis, quia tunc est peccatum mortale; sola autem cogitatio simpliciter delicta, non punitur iure diuino nec humano: quia primo

mi motus non sunt in potestate nostra, & sic nullum est peccatum, licet glossa, D. de iustitia & iure, L. prima, circa finem, & de verborum significatione, L. fugitiuus, teneant, & male, quod cogitatio cum consensu sit peccatum veniale, sed cogitatio, quae habet factum subsequens, mortale; quod est falsum, quia imo cogitatio cum consensu est peccatum mortale, ut dictum est, haud aliter, quam cogitatio, quae habet factum subsequens, nam factum subsequens nihil addit tali cogitationi cum consensu, secundum B. Thomam de Aquino; tertio casu, scilicet, quando cogitat et agit, sed non perficit, distingue, quia aut non perficit, quia noluit, aut quia non potuit; si non perficit quia noluit, tunc dicit glossa indistincte, quod non punitur, ut C. de Episcopis & Clericis, L. si quis non dicam rapere; sed, tu distingue sic, quia, aut est processum ad actum, qui cadit in speciem delicti; & tunc punitur poenis illius delicti, ut D. de iniurijs, L. item apud Labeonem, §. primo; aut processit ad actum qui non cadit in speciem delicti; & tunc non punitur, ut D. de falsis, L. qui falsam, nam intellectus illius legis tendit in eum, qui alias habebat potestatem faciendi monetam, quia erat monetarius, & volebat eam facere falsam, puta, non faciendo eam debita lege vel pondere, & ita intellexit glossa illam legem C. de murileg. L. prima, lib. 12. si autem non perfecit, quia non potuit; tunc subdistingue, quia aut loquimur in criminibus priuatis, & non atrocioribus, & tunc, ille qui non perfecit, quia non potuit, non tenetur, nec civiliter, nec criminaliter, & hoc probat lex, quae loquitur indistincte, D. de furtis, L.



Damnum
priuati.

4. *delictis*, L. *fin. nec mirum*, quia poena civilis, seu pecuniaria est introducta propter damnum priuati, hoc est, ad resarciendum damnum priuatorum, sic ut intersit priuati principaliter, reipubl. vero secundario tantum, ut notatur *Instit. de his, qui sunt sui vel alieni iuris*, §. penultimo, super verbo, male utatur; sed ubi delictum non fuit consummatum, non fuit damnum datum, ergo, & c. sed poena criminalis fuit inuenta principaliter, propter malos mores hominum corrigendos, ut *D. de publicanis*, L. *licitatio*, §. *quod illicitè*, & *de poenis*, L. *si poena*: aut loquimur in atrocioribus & publicis criminibus; & tunc punitur, ut *C. de his, qui ad Ecclesias confugiunt*, L. *presenti*, circa principium, & *de Episcopis & Clericis*, L. *si quis non dicat*, & *D. ad legem Pompeiam de parricidis*, L. *finali*: sed non tanta poena, sicut si esset consummatum, ut *D. de extraordinarijs criminibus*, L. *prima*, in fine, qua ergo poena punitur? distingue, quia aut processit ad actum realem, vel ad actum consilij tantum: si ad actum consilij tantum, tunc punitur poena extraordinaria, ut *D. de extraordinarijs criminibus*, L. *prima*, in fine, & quod in publicis delictis, solum consilium dans puniatur, probatur *D. de falsis*, L. *prima*, §. *primo*, & *ad legem Iuliam de vi publica*, L. *ex senatu*: aut processit ad actum realem; & tunc punitur poena ordinaria illius criminis, ut *D. de extraordinarijs criminibus*, L. *prima*, in fine: quarto casu, scilicet; quando agit, perficit

perficit, & cogitat: tunc indubitanter punitur, ne delictum remaneat impunitum, ut *C. de poenis*, L. *in operis*, & *D. ad legem Aquiliam*, L. *ita vulneratus*, nec potest poenitere post delictum consummatum, ut *D. de furtis*, L. *quia ea mente*, iunctis his, quae notantur *D. de edil. edicto*, L. *si quis fugitiuus*, circa princ. & *de interrogatorijs act.* L. *de etate*, §. *fin.* sed fallit in trib. casib. notatis in L. *qui ea mente*, *D. de furtis*, item fallit. *C. ne tutores vel curatores*, L. *una*: sed dic, quod non sunt proprie fallētia, quia actus non erat illicitus, sed tantum prohibitus propter interesse priuati: itē fallit *D. de seruis fugitiuis*, L. *i. §. senatusconsultum*: sed illa loquitur de poena pecuniaria, quae imponitur propter interesse priuati, in qua facilius admittitur poenitentia, quam si deberetur fisco: item fallit *de pub.* L. *i. §. i.* sed ibi est ratio, quia ibi potest puniri grauiori poena per alias leges, quia tenetur poena de vi publica, et vi bonorū raptorum, ut probatur *D. de pub.* L. *i.* item fallit *D. quod metus causa*, L. *si cum exceptione*, §. *satis clemēter*, sed ibi est ratio, quia illa actio non erat poenalis ab initio, sed ex postfacto, scilicet, propter contumaciam, ut probatur in eadem lege, §. *hac actio*, *D. quod metus causa*: Quinto casu, scilicet, quando agit & perfecit, sed non cogitat: subdistingue, aut dat operam rei illicitae. & tunc tenetur: aut dat operam rei licitae: & tunc, aut fecit hoc casu fortuito, aut culpa: si casu fortuito. subdistingue, quia aut culpa non praecessit casum: & tunc non tenetur, *C. de sicarijs*, L. *prima*, & *L. exemplum*, & *D. de sicarijs*, L. *diuus*, & pro hoc, *D. de administratione*



rerum ad ciuitatem pertinentium, L. 2. §. eodem tempore, & C. de tabularijs, L. generali, lib. 11. & ext. de homici. cap. dilectus, et cap. Ioannes sacerdos, & cap. quidā ut asserit, & cap. tua nos: aut culpa præcessit casum: et tunc punitur, licet non tāta poena ac si esset in dolo, ut D. de actionib. & obligat. L. 1. §. id quoque, & D. commodati, L. in rebus, §. 1. sic intelligitur, D. de poenis, L. respiciendum, §. delictum, nec distinguo sit culpa lata, vel leuis, vel leuissima, quia semper punitur, sed vno casu magis, alio minus, ut D. de sicarijs, L. 4. §. primo, & ad legem Aquil. L. in lege Aquilia, & sic intelliguntur leges dicentes, non nocere conatum, nisi sequatur effectus: **Conatum.** rursus alie leges quæ dicunt nocere conatū, licet effectus non sequatur: & ad declarationem præcedentis distinctionis, dic, quod delinquēs habet probare, se non habuisse animum delinquendi, iuxta notata C. de sicarijs, L. prima, quia, in dubio præsumitur fecisse animo delinquendi, ut C. de iniurijs, L. si non conuicij, & D. depositi, L. prima, §. si qui tabulas, & ad legem Aquiliam, L. si quis testamentum, §. primo, in fine: aliās daretur occasio delinquendi & malignandi, si crederetur simplici verbo eius, vel iuramento eius, cum præsumatur contra eum per facti præsentis qualitatem: scilicet, quia occidit, vel deliquit, præsumitur animum occidendi vel delinquendi habuisse: tum propter armorum qualitatem, quia sunt talia, quæ immediate sunt parata ad occidendum, ut D. de sicarijs, L. prima, §. diuus, cum ibi notatis, super verbo, percussit: tum propter modum percutiendi, & partem, quam perc-

percutit, per iura statim allegata, & extrā de homicidio, cap. significasti, lo secundo, in fine: & licet **9.** negatiua directè non probetur, ut C. de probationibus, L. actor, & D. de probat, L. secunda, probatur tamen indirectè, prout notatur in dicta L. prima, C. de sicarijs, ut quia amicus erat, vel filius, vel quia nolebat alium inuasorem suum percutere, ut C. de sicarijs, L. secunda & quarta, cum ibi notatis, nam si leuiter percussit, tunc, magis factò, quàm sibi est imputandum, ut C. de sicarijs, L. prima & 4. & D. de adulterijs, L. nihil interest, secundo responsò, cum ibi notatis, & de minoribus, L. quinta, §. si locupletes, & extrā, de homicidio, cap. lator, & cap. exhibita: licet videatur cōtra D. ad legem Aquiliam, L. qua actione, §. sed si quis seruum agrotum, ubi dicitur, quod aliud alij mortiferum esse solet: unde, dic tu, quod an vulnus mortiferum fuerit, **10.** nec ne? probari debeat per medicos, ut C. de re militari, L. semel, lib. 12. & in d. cap. significasti, lo secundo, & d. cap. lator, & cap. exhibita, extra, de homicidio, & adde hīc sextam theoreticam de officio præsidis, quæ incipit, nota quod medicus: interim, si cum posset percutere cum ferro, percussit cum hasta, idq; probat, utique excusatur, ut D. ad legem Aquiliam, L. scientiam, §. qui cum aliter. Porrò, his probatis, non eximitur ab omni poena, sed à poena legis Corneliæ de sicarijs, L. prima, & 4. cum ibi notatis, C. de sicarijs, & D. ad legem Corneliam de sicarijs, L. quarto, §. primo: & hac quidem sufficere poterant ad declarationem præcedentis distinctionis: sed quia superius in eadem mentionem fecerimus



- rimus de casu fortuito, ulterius sic distingue, quia quidam est casus fortuitus, qui praevideri non potest: & tunc iste, qui talem casum fortuitum admisit, est extra omne delictum in totum, ut C. de pignoratitia actione, L. quae fortuitus: alius est casus fortuitus, qui praevideri potest: & tunc, quia culpa praecedit casum istum, ideo, talis non est in totum extra delictum, sed quantum ad poenam legis Corneliae de sicariis, prout antea dixi, quia ibi exigitur dolus, qui non committitur sine animo, sed culpa potest committi sine animo, & ideo, ratione culpa, extraordinarie punitur, ut D. de sicariis, L. in lege. ex istis potest decidi quaestio, quod si commodari alicui equum, & ille, qui equum commodato accepit, inuadens inimicos, fuit interfectus cum equo, quod heredes eius teneantur mihi emere equum, quia fuit in culpa, quia primo inuasit, & ubi culpa praecessit casum, non excusatur quis, ut D. commodati, L. si ut certo, §. commodatum, & D. depositi, L. quod Nerua, & C. mandati, L. penultima, in principio, & D. locati, L. si merces, §. culpa, & D. pro socio, L. cum duobus, §. fin. & de actionibus empti, L. Iulianus, §. praeterea, vers. modo, & est expressum, D. ad legem Aquiliam, L. si ex plagis, §. primo, cum ibi notatis. sic intelliguntur iura, quae dicunt, non succurri ei, qui seipsum in necessitate ponit, de quo dic, ut in sexta theorica, qui satisfacere cogantur, quae incipit, nota succurri: alias, secus, si ipse fuit primo inuasus fortuito, sic C. depositi, L. prima, in principio, & D. commodati, L. in rebus, vel, si timens terrorem armorum primo inuasit, ut

Commodari.

sit, ut D. ad legem Aquiliam, L. quinta, cum ibi notatis, in principio glossae, & adde hanc theoricam, usufructuarius quemadmodum caueat, quae incipit, nota quod non minus tenetur, cum ibi additis. item adde hanc, quae habes in magna papyro ad legem Aquiliam, L. filium, ibi, circa medium, cum dicitur, item circa hoc queritur.

Doctor Baert.

Authores) Idem tradit inferius hoc eodem libro, cap. 28. num. 12.

Cogitat) Idem tradit ex professo Iulius Clarus receptorum sententiarum libro quinto, §. fin. pract. criminalis, quaestione 91. per L. cogitationis, D. de poenis: amplius ait, hanc conclusionem de iure civili nullam habere difficultatem, ne quidem in crimine laesae maiestatis, nisi ad aliquem actum exteriorem processum fuerit, ut voluit glossa in L. quisquis, in verbo, eadem enim, C. ad legem Iuliam maiestatis: de iure tamen canonico, secus est: nam, in aliquibus casibus, etiam ex sola cogitatione quis punitur: & potest poni exemplum in haeresi, nam cum illud delictum sola mentis cogitatione perficiatur, solent inquisitores punire haereticum, etiam ex sola cogitatione: Baldus in L. si quis non dicam rapere, post numerum primum, vers. & clericus, C. de Episcopis & Clericis.

Damnum priuati) Hac de re consulendus est alter in iure Scæuola, Franciscus Duarenus anniuersariarum disputationum lib. primo, cap. 35.

Res li-



Rei licite) Idem tradit ex professo D. Iodocus Damhouderius, in sua praxi rerum criminalium, cap. 85. titulo de homicidijs casualib. num. 6. vers. postremò.

Conatum) Idem superius ex professo tradidit in libro primo, cap. 13. numero secundo, tradit & inferius hoc eodem libro, cap. 27. numero primo. Porro, de iure Romano punitur affectus & conatus, etiamsi non sequatur effectus, vt ait Ioannes de Lignano inter consilia criminalia diuersorum, cons. 20. numero 15. libro primo: sed generali consuetudine contrarium seruatur, vt videlicet non puniatur affectus, attentatum, siue conatus, nisi sequatur effectus, prout de hac generali consuetudine testatur Speculator, in titulo de accusatore, §. primo, numero septimo, in fine, quem refert Alex. cons. 15. numero secundo, volumine primo, & consil. 140. numero secundo, volumine secundo, Iason in L. prima, §. fin. in fine, D. quod quisque iuris, Boërius decis. 316. numero tertio, Bertrandus cons. 169. numero primo, libro tertio, in prima parte, & consil. 31. numero tertio, rursus, cons. 10. numero octauo, & nono, libro sexto, præterea, cons. 228. numero sexto, libro septimo: Iulius Clarus receptarum sententiarum libro quinto, §. fin. practicæ criminalis, quæst. 92.

Negatiua) Hac de re diximus in libro secundo, cap. vlt. per totum.

Commodauit) Idem tradit inferius hoc eodem libro, cap. 28. numero sexto.

Caput

Caput XXVII.

Agentes & consentientes, pari pœna puniuntur. nu. 1	
Mandans, tenetur ex delicto. num. 2	
Mandatarius tenetur reuelare mandatore. 3	
In generali mandato non continetur illicitum. 4	
Elegans facti species. 5	
Quæstio. 6	
Quæstio. 7	
Quæstio. 8	
Quæstio. 9	

Nota, quod agentes & consentientes, pari pœna sunt puniendi, iuxta notata ext. de officio & potestate iudicis delegati, cap. primo, & in feudis, de pace tenenda & iuramento firmanda, §. receptatoribus, super verbo, eadem pœna, item nota, quod mandans ex delicto tenetur, vt D. de iurisdictione omnium iudicum, L. si quis id quod, §. fin. & de his qui notantur infamia, L. liberos, §. finali, & C. de accusatione, L. non ideo minus, & C. si reus vel accusator mortuus fuerit, L. defunctus, & D. de vi & vi armata, L. prima, §. deiecisse, & §. seq. cum ibi notatis, super verbo, mandato comparari, & D. de vi priuata, L. nec interest, & de damno infecto, L. si quis missum, cum ibi notatis, & L. in ipsum, sed vt hæc materia melius intelligatur, est sciendum, quod aut mandatur super delicto speciali: & tunc mandans, mandatarius, & mandator, tenentur: sic intelliguntur iura statim allegata, & D. ad Sylleianum, L. 1. §. incidit, vers. nec interest, & tenetur mandatarius reuelare mandatore, vt notatur in L. non ideo minus, C. de accus. & hac vera, in delicto



lito publico: secus in privato & pecuniario, nam in his mandator non tenetur, sed solum mandans, ut D. quod vi aut clam, L. qui aliter, §. penult. aut mandatur generaliter: & tunc mandans non

4. tenetur: quia in generali mandato non videtur contineri illicitum, ut D. de conditione indebiti, L. si procurator, & D. qua in fraudem creditorum, L. si pater, & de peculio, L. si peculij. sic intelliguntur iura, quae dicunt, quod in generali sermone quadam excipiuntur, ut D. de sena: L. prima, cum ibi nota-

5. tis, & haec faciunt pro Episcopo. qui dicit familiae sua, quod quendam militem de tali loco suo expellerent: quia, si familia eum expellendo interfecit, Episcopus non tenetur: quod credo verum, ut non tenetur de homicidio, de culpa tamen tenetur, ut D. ad legem Corneliam de sicarijs, L. in lege Cornelia, & extra de homicidio, cap. Petrus, & cap. fin. lib.

6. Ininriam passo. sexto: item faciunt pro iniuriam passo, qui dicit familiae sua, quod facerent iniuriam iniurianti eum, quia iniuriatus mandans non tenetur ex verbis illis: Iacobus tamen dicit contrarium, per L. Paulus respondit, D. de bonis libert. nam, aliquando persuasio est proxima causa damni, aliquando remota, iuxta notata D. de legatis primo, L. cum quis persuaserit, in fine glossae. iuxta hoc quero,

7. Episcopus audivit familiam suam aliquem iniuriantem & minantem, & dicentem, quod vellet de eo accipere vindictam, quae propter familiae sua Episcopus dicit, inhibeo vobis expresse, ne ei aliquid faciatis, ne ordinis mei discrimen incur-
rere me faciatis, & anima mea detrimentum pa-

ti, si familia nihilominus eum occidat, non tenetur, ut dicto capit. Petrus, extra de homicidio, libro sexto, licet multum faciat contra, eodem titulo, capit. sicut dignum, §. illi etiam, & extra, de hereticis, capit. primo, & extra, de sententia excommunicationis, cap. dilecto, §. & quidem, libro sexto, & dic, quod non teneatur, nisi suo nomine factum fuerit, & ipse postea ratum habuerit, sic intelliguntur iura superius allegata, ad quod D. de negotijs gestis, L. si pupilli, §. primo & secundo, alias secus: si non fuerit factum suo nomine, ut dicta L. si pupilli, §. finali, D. de negotijs gestis, & extra, de sententia excommunicationis, cap. cum quis, libro sexto: iuxta praemissa 8. quero, qualiter sciri poterit, an Episcopus ratificaverit? dic ut notatur in simili, D. de doli exceptione, L. apud, circa principium, super verbo, decipiendi eius causa, & D. ex quibus causis in possessionem eatur, L. Fulcinius, §. quid sit latitare: vel distingue sic, quia aut iste consensit in ipso facto, id est, quando fit delictum, aut ante, aut post: primo casu, dic quod consentiens puni-
tur sicuti principalis faciens, ut D. de furtis, L. si quis uxori, in principio: secundo casu, sub-
distingue, quia aut hortando solum consensit in delicto: & tunc non tenetur: nisi in casu, scilicet, ubi non erat alias facturum, ut D. de furtis, Non erat L. non solum, in principio, aut instruendo & de- alias. linquendo, & tunc tenetur ut principalis, ut D. de furtis, L. in furti, §. ope, & dicto cap. sicut dignum, §. primo & 2. extra de homicidio, lib. sexto: tertio



Eius no-
mine.

tertio casu, subdistingue, quia, aut consentiens so-
lum ratificauit delictum, dicendo delinquenti, quod
benè fecerat, aut ratificauit, & cum hoc opem de-
dit primo casu, subdistingue, quia, aut eius nomine
factum fuit; & tunc, ratificans tenetur, per iura
superius allegata; aut non fuit factum eius nomine:
& tunc, si solum verbo ratificauit non tenetur, vt
legibus superius allegatis, & dicto cap. cum quis,
ext. de sententia excommunicationis, libro sexto, &
D. de furtis, L. furem: secundo casu, tenetur, vt d.
§. ope, L. in furti, D. de furtis, & d. cap. sicut di-
gnum, §. secundo, ext. de homicidio, libro sexto iux-
ta premissa queritur, quid si tacuit, & c. dic vt ha-
bes in quarta theorica de adoptionibus, & adde hic
leges, quas habes in margine, D. de noxalibus, L. se-
cundo, in principio.

Doctor Baert.

Consentientes) Idem tradidit ex professo su-
perius, in libro secundo, cap. sexto, numero
38. vers. vnde.

Iniuriam passus) Hoc est pro eo, qui cum in-
iuriam passus esset, dixit, & c.

Expellendo) Huius occasione queri potest:
pone, aliquis mandauit famulo suo, vt Se-
ium percuteret & vulneraret, famulus autem
non solum vulnerauit, sed & occidit: queritur
an mandans, vt homicida puniri possit? aliqui
dicunt quod non: & hanc opinionem dicit esse
communem Decius, conf. 482. numero 16. &
conf. 622. circa finem: sed hæc opinio mihi nun-
quam

quam placuit, quia vulnera (vt vulgò dici so-
let) non dantur ad mensuram: quare, magis est,
vt diligenter inspiciamus, quale mandatum
fuerit emissum: siquidem fuerit mandatum ad
percutiendum alapa vel baculo: tunc, si man-
datarius occidat, non tenetur mandans de ho-
micidio: quia facilè poterat ille percutere co-
laphis, & non occidere, secundum Placam, li-
bro primo delictorum, cap. 15. numero primo,
Grammat. conf. 20. quinimò iussit fieri actum
ex quo de sui natura non solet sequi mors:
ideoque, mandans extraordinaria tantum
pœna puniendus est: sed si mandatum præter-
ea fuerit vt vulneraret, eo casu puto quod
mandans indistinctè teneatur de homicidio, si
famulus Seium occidat, quia nulla fere fit pars
corporis in qua vulnera non sint mortalia: &
hanc opinionem dicit esse communem Bossi-
us in tractatu criminum, titulo, de mandato ad
homicidium, numero decimo, & Cœpolla
conf. 34.

Non erat alas) Et hæc est communis opinio,
vt dicunt scribentes in cap. primo, ext. de offi-
cio delegati, & in specie Imola, numero 9. Felis-
nus, numero 8. & Decius, numero 9. prout illū
refert Hyppolitus Riminaldus inter consilia
criminalia diuersorum, conf. 105. numero 43.
libro primo, Boërius decisione 262. post num.
2. rursus Felinus in cap. sicut dignum, numero
7. ext. de homicidio, Decius in L. consilij, nu.
4. D. de reg. iuris, quem refert practica Conra-
di, folio 332. post nu. primum, Cagnolus in L.
consilij, numero 6. D. de reg. iuris, Berous in
Tt cap.



cap primo, nu. 85. ext. de officio iudicis delegati, Bolenc. in repetitione, L. capitalium, §. famosos, nu. 94. D. de pœnis, Duennas, reg. 149. Placa libro primo delictorum, cap. 17. numero primo & 7. in fine, Bossius in tractatu criminum, titulo de mandato ad homicidium, nu. 59. Taëg. in sua practica criminali, cap. 11. nu. 7.

Eius nomine) Ad hoc enim ut ratificatio obliget eum qui ratum habet, duo requiruntur: primo, quod delictum fuerit ipsius nomine factum, prout hic ait noster Iacobus de Bello Visu: tradit & glossa, in Clementina prima, in princ. in verbo rata, de pœnitent: secundo requiritur, quod ille sciuerit delictum suo nomine factum, secundum gl. in L. prima, §. deiecit se, in verbo, ratū habuero, D. de vi & vi armata.

Caput XXVIII.

Quæstio.	numero primo.
Quæstio.	2. & 4
Qui patitur quod potuit prohibere, ipse facere videtur.	3
Casus notabilis.	5
Alius casus.	6
Quæstio.	7
Quæstio.	8
Quæstio.	9. & 11
In magnis criminibus inspicimus voluntatem, non exitum.	10
Pœna debet tenere suos authores.	12
Quæstio.	13. & 15
Maleficia non debent manere impunita.	14. & 16
Malum exemplum vitari debet.	17
1. <i>Iuxta premissa queritur, utrum congregans & congregati ad malum faciendum, eadem pœna punian-</i>	

puniantur? distingue sic, aut congregati debent puniri maiori pœna, si ipsi fecissent per se, quam congregans: & tunc debent puniri sua pœna, non congregantis, ut L. si quis uxori, in princ. D. de furtis: aut congregati debent puniri maiori pœna quam congregans: & tunc, puniuntur pœna congregantis, non sua, ut D. de pœnis, L. 2. & L. utrum, in fine, & L. si sciente: aliquando ergo maiore, aliquando minore, in quantitate, sed pari in qualitate, ut C. de Nili aggeribus non rumpendis, L. unica, & de raptoribus virginum, L. unica, §. preterea autem, & cap. sicut dignum, §. primo, & 2. ext. de homicidio, lib. 6. nec obstat, si dicatur, quod inspicitur conditio personarum, ut D. de incendio, ruina & naufragio, L. Pœdus, & de termino moto, L. prima, in princ. quia dicitur ut ibi, & adde hic theoreticam notam de statu hominum, que incipit, nota quod ratione adiuncti. iuxta premissa queritur, si dum associarem aliquem, & eius inimici me vulnerauerunt, an talis mihi teneatur ad damna data? & videtur quod sic: ut D. si seruitus venditor, L. si de crimine, & D. locati, L. si merces, §. culpa, & de furtis, L. si seruus cõmunis, in princ. & cõmuni diuidendo, L. si is cū quo, & de pcuratorib. L. qui proprio, §. itē cõtra, cū ibi notatur, & D. ad legē Rhodiā de iactu, L. 1. §. equissimū, cū ibi notatur: contrariū videtur, D. ad legē Rhod. de iactu, L. 2. §. si conseruatis, cū ibi notatis super verbo incidē: & notatur, C. de testib. L. quādo, in fine glossa, & D. mandati, L. inter eas, §. non omnia, & D. locati, L. si merces, §. culpa. tu dic, aut associatus fuit



in culpa inuasionis, & ego associans non; aut è con-
 trà: primo casu, tenetur ad damna data mihi asso-
 cianti, per iura pro prima parte allegata: aliàs,
 non: sic intelliguntur & concordantur duæ leges, quæ
 videntur sibi contrariæ, D. de statu hominum, L.
 seruus, & de noxalibus, L. noxali iudicio, ad quod
 D. si ex noxali causa agatur, L. si cum usufructua-
 rio, & de actionibus empti, L. nullius, §. præterea,
 vers. si modo, & D. pro socio, L. cum duobus, §. fin.
 & hæc vera, si gratis associabam ipsum: secus, si cer-
 to salario constituto, quia tunc non tenetur mihi re-
 stituere damna, ut D. mandati, L. idemque, §. La-
 beo, & de administratione tutorum, L. à tutoribus,
 §. fin. & adde hic theoreticam de postulando, quæ in-
 cipit, nota aliquid permitti: & idem, si causa de-
 fendendi socium consocius fuerit vulneratus, ut D.
 ad legem Rhodiam de iactu, L. 2. in princ. & §. si
 3. conseruatis, in fine, cum ibi notatis, super verbo me-
 rum: nam qui patitur quod potuit prohibere, ipse
 facere videtur, ut D. de his qui notantur infamia,
 L. quid ergo, §. primo, & de noxalibus, L. 4. & de
 iure patronatus, L. adigere, in princ. & C. de com-
 mercijs & mercator. L. non solum, in fine glossæ, &
 4. de custodia reorum, L. fin. secundo casu, non tene-
 tur associatus associanti damna sibi illata emenda-
 re: sic intelliguntur iura pro secunda parte allega-
 ta, & est expressum de procuratoribus, L. qui pro-
 prio, §. pœnam, cum ibi notatis, & adde hic quæ
 habes in magna papyro, D. de iustitia & iure, L.
 ut vim: item, adde hic secundam theoreticam de offi-
 cio prætoris, quæ incipit, nota quod bene vel legiti-
 mè,

mè, & per iam dicta deciditur questio, si vasallus 5.
 amisit equum suum in guerra, quod dominus qui
 fecit eum ire, non teneatur emendare, si ipse vajal-
 lus fuit in culpa: aliàs, sic: item, deciditur alia qua-
 6. Questio, quod si commodari equum alicui, & eius ini-
 Commo-
 daui.
 mici eum capiant, vel interficiant, quod si ipse fue-
 rit in culpa, quod teneatur: aliàs, non: per iura su-
 perius allegata, iuncta L. in rebus, §. fin. & seq. D.
 commodati, & est casus, in L. si ut certo, §. sed in-
 terdum, cum ibi notatis, D. commodati: sed, nun- 7.
 quid vniuersitas seu plures possunt se congregare ad
 habendum consiliū pro sui iuris conseruatione? Consiliū.
 vel, pro iusta querela facienda? dic quod sic, & qui-
 dem absque omni metu Monopolij & illicitæ con-
 8. gregationis, per iura C. de eregatione militaris an-
 Monopo-
 lij.
 nona, L. penult. §. penult. lib. 12. & allegantur ca-
 sus etiam in priuatis, ut D. de curatore bonis dan-
 do, L. fin. & C. de re milit. L. tam conatores, lib. 12.
 illud queritur, qualiter puniantur illi, qui congre-
 3. gantur causa odij spoliandi, vulnerandi, occidendi,
 vel aliud maleficium committendi? dic, quod lege
 Cornelia de sicarijs, ut D. ad legem Corneliam de
 sicarijs, L. prima, §. primo, & ad legem Corneliam
 de falsis, L. prima, §. primo, iunctis his quæ notan-
 tur, D. quod cuiusque vniuersitatis nomine, L. pri-
 ma, in princ. super verbo coërcetur, & D. de lege
 Iulia de vi priuata, L. lex, & L. ex senatus consul-
 to, & hoc habet locum, etiam si fiat contra hominem
 qui mori debuit, ut homicida quia, eius punitio nõ
 pertinebat ad eos, ut D. de re iudicata, L. non est
 singulis, & C. de maleficis & Mathematicis, L. fin.



9. & C. de adulterijs, L. quamuis, in fine, & D. de adulterijs, L. Pomponius, cum L. seq. iuxta premissa queritur, si erant plures congregati, & unus alium interfecit, & non apparet nisi unus ictus, nec apparet quis illorum congregatorum illum interfecerit, quis illorum punietur? dicit glossa quod nullus, ut D. ad legem Aquiliam, §. item Mela, §. si plures, & D. de rei vendicat. L. idem Pomponius, in fine glossa: contrarium notatur, D. ad legem Corneliam de sicarijs, L. si in rixa, & D. ad legem Aquiliam, L. ita vulneratus, §. fin. in fine glossa, & de furtis, L. vulgaris, §. si duo, & C. de vi publica vel priuata, L. quoniam, & de iniurijs, L. senatus, in principio glossa, & extra de homicidio, cap. significasti, lo secundo, §. primo, super verbo distinguendum quas glossas ultimo allegatas intellige veras esse in casu, in quo omnes perpensis insidijs venerant ab initio, animo occidendi, & illa de causa se congregauerant, quo casu, omnes tenentur, etiam si unus ictus duntaxat fuerit, & non apparet quis illorum fecerit. nam voluntatem, non exitum inspicimus, in istis magnis criminibus, ut C. de sicarijs, L. prima, cum legibus ibi allegatis super verbo voluntas, & L. is qui cum telo, & D. ad legem Corneliam de sicarijs, L. diuus, alias autem dictas glossas
10. in contrarium allegatas, intelligo, ubi animo non deliberato, in rixa, non ex proposito, nec ex animo ab initio occidendi, sed casu fortuito se obuiantes inter se rixam habent, & reperitur unus illorum ex uno ictu percussus, & occisus, & non apparet quis hoc fecerit, quo casu, in dubio nullus tenetur, sic intelligi-

telligitur, D. de pœnis, L. absentem, cum pœna debeat tenere suos auctores, & ulterius non extendi, ut C. de pœnis, L. sancimus, & hoc idem in lege Cornelia de sicarijs inspicitur, ut D. ad legem Corneliam de sicarijs: L. fin. sed nunquid in lege Cornelia de sicarijs poterunt singuli accusari cum non apparet, cuius ictu perierit, ut innuit glossa, in d. L. fin. ad legem Corneliam de sicarijs? videtur quod sic, ne maleficia remaneant impunita, ut D. ad legem Aquiliam, L. ita vulneratus, in fine, hoc idem videtur in lege Iulia de vi priuata, in qua plures simul delinquentes puniuntur equal lance & equaliter, ut D. ad legem Iulianam de vi priuata, L. 3. sic ergo dicamus, quod quando multi simul inceperunt rixam, vel occiderunt aliquem, puniantur omnes simili pœna, argumento predictarum legum, & extra de homicidio, cap. significasti, lo secundo, §. primo, & 3. & hoc tenet dominus meus de ferrarijs: dicit tamen (salua eius gratia) ut superius proxime distinxit circa hoc: & hac vera, in singularibus: scilicet, in vniuersitate, que vniam personam representat, & que per procuratorem vel syndicum habet litigare, quia non punitur corporaliter sed pecuniari-
 ter, licet persona singularis alias corporaliter puniretur, ut notatur C. de decurionibus, L. quinque summarum, lib. 10. & de nauicularijs, L. fin. lib. 11. & D. quod cuiusque vniuersitatis, L. municipali, & de damno infecto, L. damni, in fine, secundo responso, iunctis his que notantur, D. ad legem Aquiliam, L. ita vulneratus. Doctores tamen Bononienses dixerunt, quod



- ubi sunt plures, & non apparet quis ipsorum fecerit ictum, & venerunt incidenter; & ex abrupto, non animo perpensato nec deliberato, quod tunc omnes tenentur pecuniariter, ne delictum remaneat impunitum, sic intelligunt iura & glossas superius allegatas propter malum exemplum & scandalum vitandum: dicunt enim iura quod debeat vitari malum exemplum, iuxta notata, D. de iudicijs, L. observandum.*
16. *at impunitum, sic intelligunt iura & glossas superius allegatas propter malum exemplum & scandalum vitandum: dicunt enim iura quod debeat vitari malum exemplum, iuxta notata, D. de iudicijs, L. observandum.*
17. *at impunitum, sic intelligunt iura & glossas superius allegatas propter malum exemplum & scandalum vitandum: dicunt enim iura quod debeat vitari malum exemplum, iuxta notata, D. de iudicijs, L. observandum.*

Doctor Baert.

Commodauit) Distinctius idem tradidit hoc eodem libro, cap. 26. nu. 13.

Consilium) Scilicet ad hoc ut ciuitas, vniuersitas, vel collegium dicatur delinquere & possit pro tali delicto puniri, non sufficit quod totus populus vel omnes de collegio aliquid faciant, sed necesse est quod præcesserit ad id, consilij publici conuocatio & eius deliberatio, ita dicit Bart. in L. aut facta, §. fin. nu. 9. D. de pœnis, & est communis opinio, ut dicit Abbas in cap. dilectus, el secondo, nu. 13. ext. de simonia, prout eum refert summa Syluestrina, in verbo excommunicatio, nu. 7. in 15. excommunicatione, in quarto dubio, Tortus inter consilia Antonij de Butrio, conf. vlt. num. 3. Ananias in cap. dilectus, el secondo, nu. 12. ext. de simonia, collegium Florentinum inter consilia Curtij senioris, conf. 21. nu. 5. in fine, Curtius Iunior, conf. 174. nu. 36. & conf. 185. num. 9. Felinus in cap. dilectus el secondo, nu. 12. ext. de simonia, prout eum refert Blancus, in sua practica criminali,

minali, nu. 85. Bofsius in tractatu criminum, titulo, qui banniri possint, numero primo, & ita in facti contingentia consuluit etiam Corneus, conf. 224. lib. 4.

Monopolij) Monopolium tunc esse dicitur, quando penes vnum aliquem, aut paucos solos, tota alicuius rei vendendæ potestas est, ut eleganter explicat Damhouderius in sua praxi rerum criminalium, cap. 132. titulo, de Monopolio, sed hoc loco generalius accipitur.

Pecuniariter) Quamuis vniuersitates siue collegia delinquentia contra principem, corporaliter puniri non possint, in omnem tamen casum non euadent pœnam corporalem rectoribus & gubernatoribus, ut aliquando Gandavi tempore gloriosissimi Caroli Quinti piæ memoriæ factum narrant annales, & Gomesius, capite primo delictorum, numero 54. in fine.

Caput vltimum.

Epilogus. numero 1. 3. & 5
Corpus iuris est templum Romanæ iustitiæ. 2
Talis. 4

Et ex prædictis potes colligere & in mente tua perpendere, quod rerum iura, definitiones, declarationes, decisiones, qualitates, & legum combinationes, concordantiarum subtilitates, distinctiones, notorum solutiones, diuisiones, membrorum qualitates imò contrarietates, delictorum varietates, modi delinquendi, delinquentium diuersitates, punitiões, & pœnarum difformitates, reperiuntur in corpore iuris, quod templum Romanæ iustitiæ nominatur.

Te s

natur.



natur, ut C. de vetere iure enucleando, L. prima, §. primo, vers. cumque, & L. 2. §. hoc igitur, vers. ne autem incognitum. amplius vides ex his quod ea que dixi, vix mente viri subtilissimi capi possint: interim dicit textus, quod, qui ad varietatem causarum concurrunt, non facile ad culpam veniunt, sit tramites veritatis diligenter examinent, ut in Auth. ut defuncti seu funera, in princ. collat. 5. erubescant igitur & confundantur iudices criminum, idiota, iuxta notata in Auth. de tabellionibus, §. nos autem, super verbo, facile est, collat. 4. & in Auth. quomodo oporteat episcopos, §. primo, & §. hoc de Deo, vers. sin autem, collat. 6. erubescant, inquam, sine lege, causa, seu legitima ratione tam magnam ordinem expedire, corpus humanum, quod ad Dei similitudinem fabricatum, tot & tantis laboribus & sumptibus enutritum est, ad mortem tam vilem & horribilem condemnare, & canina tradere sepultura, ignorantes subtilitates mirabiles, que in templo Romane iustitie continentur, ut in Auth. de triente & semisse, §. consideremus, cum ibi notatis, collat. 3. sed tanquam cæci in deserto ambulantes, falcem mittunt in messem alienam, non attendentes ad id quod scriptum est, nolite iniuste iudicare, & non iudicabimini: nam qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. & quo iure usi fueritis, eodem iure contra vos utetur, iuxta notata, C. de iudicijs, L. rem non novam, circa princ. & ext. de accusationibus, cap. qualiter & quando, el primo. & D. quod quisque iuris, L. prima, dicente Iesu Salvatore nostro, ore tuo te iudico serue nequam:

Ratione.

Similitudinem.

quam: O iudices criminum, qui iudicatis terram, intelligite hac que dico vobis, ut in omni iustitia & equitate terram iudicetis, rectè in iudicijs ambulantes, iuxta textum & glossam in Auth. de iudicijs, §. primo, collat. 6. variè ex personis causisque statuentes, & ad absolutiones quàm ad condemnationes promptiores, ut habetur in feudis, hic finitur lex Frederici, cap. ad hoc.

Additio antiqua.

Ratione) Quia homo, qui caret ratione, non dicitur homo, secundum glossam in cap. si homo, 27. quæst. prima.

Similitudinem) Vnde nota, quòd homo non debet signari in facie, quæ cum sit ad similitudinem pulchritudinis cœlestis figurata, maculari non debet, ut L. si quis in metallum, D. de pœnis, & de illis qui signari debent ut cognoscantur, vide Ioannem de Platea, in L. stigmata, C. de fabricensibus, lib. 12.

Recensuit Arnoldus Baert
Bruxellensis, I. V.
Doctor.

FINIS.

INDEX



**INDEX RERVM,
VERBORVM, SENTENTIA-
rum, quæ tribus hisce libris conti-
nentur, ordine Alphabeti-
co collectus.**

A.

A blatio bonorum est mixti imperij.	pag 341
A bigæus punitur pœna gladij.	388
A bigæus est qui furatur totum gregem aut partem, arte abigætica.	145.146
A bigæus suspenditur.	145
A b interlocutoria sententia iudiciorū appellatur.	467
A bsentiæ causa vel est $\left. \begin{array}{l} \text{Facti.} \\ \text{Iuris.} \end{array} \right\}$	326
A ccusare mulier non potest.	282
A ccusare clericum laicus non potest.	282
A ccusare qui non potest, nec testimonium ferre po- test.	241
A ccusatio in criminibus priuatis soli illi cuius inter- est committitur.	596
I n accusando illi quorum interest regulariter præfe- runtur.	280
A ccusator si non persistat, citatur tribus edictis.	280
A ccusator non veniens, & non persistens, extraordi- nariè punitur, & condēnatur in expensas.	280.301
A ccusator ad pœnam talionis se subscribit, si sit per- sona singularis.	281
A ccusatio fit ad instantiam partis.	280
A ccusans aliquem de falso, si non probet, eidem te- netur.	58
A ctor debet habere tot dilationes quot reus.	266
A ctor in sua habet potestate quando vtatur suo iure, <u>is autem cum quo agitur, non habet potestatem</u> quando	

INDEX.

quando conueniatur.	26
A ctore nō probante reus absoluitur.	285.419.471.609
A ctio quod metus causa non habet locum, nisi quā- do metum patiens fuerit compulsus ad aliquid dicendum, vel faciendum.	193
A ctio doli, quod metus causa, & Aquiliæ aliquando concurrunt.	194
A ctio legis Aquiliæ agitur, & pertinet ad damnum culpa datum.	89.197
I n A ctione iniuriarum annus utilis incipit currere à tempore scientiæ.	17
A ctio iniuriarum tendit ad contumeliam.	197
A ctio personalis durat annis triginta.	125
A ctio quæ competit ad vindictam non datur hæredi.	396
A ctionem qui remittit, amplius ad eam non habet re- gressum.	272
A ctione iniuriarum agitur ad contumeliam.	89
A ctionum, quæ pro tigno furiuo iniuncto dantur, vna non tollitur per aliam.	158
A d hoc vt iniuriarum actio competat, iniuria debet fieri per personam priuatam.	41
A d hoc vt competat actio iniuriarū requiritur, quod iniuria facta sit effectualiter.	36
A d hoc vt detur actio iniuriarum, requiritur vt in- iuria non sit in iniuriato.	31.52
A d hoc vt dominus possit agere pro iniuria facta suo seruo, debet iniuria fieri contemplatione domi- ni.	29
A d petitiones eorum qui porrigunt libellum in oc- cultis non est ilico procedendum.	282.303
A dulter morte punitur.	108
A dulter amittit dotem & donationem propter nu- ptias.	110
A dulter hodie punitur arbitrio iudicis.	110
A dulter & adultera simul accusari non possunt.	107
A dulteri lepida responsio,	121
A dulter gladio punitur,	387
A dulterij	

I N D E X.

Adulterium fornicatione alterius compenſetur. 106
Adulterium ſolum habet locum inter eos, inter quos
 eſt matrimonium. 109
Adulterium præſcribitur annis quinque. 108. 119
Adulterium non extinguitur per ſubſequens matri-
 monium. 109

Adulterij indicia ſunt { Deoſculatio.
 Tactus mamillarū.
 Apparatus. } 477. &
 Conuiuia. } 479.
 Solus cum ſola. }

Adulterij iudicium eſt, ſi ſolus cum ſola, & nudus cū
 nuda reperiatur. 113
Aduocatus non tenetur, niſi in quantum facere po-
 teſt. 447
Aegidij Boſſij laus. 252. 566
Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur. 653.
 655
Agentes & conſentientes eadem pœna puniuntur.
 295. 308
Agens per procuratorem, in ſententia nominari de-
 bet. 200. 203
Agenti ante tempus duplicantur induciæ. 337
Alchimista verum aurum non parit. 70
Allegare cauſas abſentiæ multum prodeſt. 326
Allegationes iuris traduntur ad informandum ani-
 mum iudicantis. 271
Alimenta denegans criminoſo, eundē torquet. 497.
 499. & ſeqq.
Aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt. 76

Ambitus eſt { ſi quis clam dederit pecuniam, vt
 aliquem fortiatur honorem.
 Quando quis ſtat in magiſtratu
 ultra annum. } 144
 Si quis ingreditur domum iudi-
 cis cognoſcentis de cauſa cri-
 minali.
 Si iudex nouū veſtigal cōſtituit. }

Ambitio

I N D E X.

Ambitio quæ ſine pecunia fit, olim vetita nō fuit. 162
Amicitia antiqua firmior eſt & verior, quàm noua.
 424
Amicitia & conſanguinitas, faciunt præſumi, homi-
 cidium eſſe caſuale. 171
Amicus in teſtem admittitur. 237
Amor parentum eſt verſus filios, non è contra 235
Andræ Alciati laus. 307
Anonam vendere cogitur ille, qui eandem ſeruat vt
 annona carior fiat. 79
Annonæ reus efficitur, qui facit vt annona carior
 fiat. 144
Annus vtilis dicitur, in quo non currunt dies feri-
 ati. 17
Annus habet trecentos & ſexagiata quinque dies.
 17
Anſeres gallinæ & id genus animalia, domeſtica non
 ſunt. 163
Antequā alicui pœna mortis imponatur, debet præ-
 cedere aliqua admonitio. 126. 134
Antequam vir vxorem de adulterio poſſit accuſare, re-
 quiritur quod eidem repudium miſerit. 183
Antonij Contij laus. 155. 159. 197
Apparitor pro ſuo ſalario propria authoritate pigno-
 ra capere poteſt. 291
Appellatio, non poſita in cauſa principali ponit: &
 non probata probat. 227
Appellationis tempus eſt decem dierum. 521
Appellatione pendente nil eſt innouandum. 299
Appellatio tantum fit à ſententia interlocutoria.
 538
Appellari poteſt ab interlocutoria quæſtionum.
 537
Appellari poteſt ab omni interlocutoria, quæ in ſen-
 tentia definitiua reperari non poteſt. 537
Appellari non poteſt ab ordinatione legis. 565
Appellare, & eſſe intra tempus, intra quod poteſt ap-
 pellari,



I N D E X.

pellari, sunt paria.	566
Arbitrium iudici concedere, nihil aliud est dicere, quæ quod procedat bona fide.	471
Arbitrio iudicis relinquitur, an & quando confessio facta in tormentis præiudicet.	513
Arbitrio iudicis relinquitur, quamdiu reus torqueri debeat.	507.512 & seqq.
Arbitrio iudicis relinquuntur ea, quæ in facto consistunt.	606
Arbitrio iudicis locus est, ubi lex nihil disponit.	91
Arbitrio iudicis relinquitur, quicquid per legem non determinatur.	464
Arbitratur iudex inspecta conditione personarum & criminis.	464
Argumentum à contrario sensu, est in iure fortissimum.	32
Arma tuitionis licitum est tenere.	169
Arma venationis cuius habere licet.	170
Arrestandus est reus criminofus simulatque lis est contestata.	210
Arrestari nemo debet absque inquisitione præcedente.	297.299.
Aruspex concremari debet.	390
A sententia interlocutoria quæstionis licitum est appellare.	431
A tormentis non est incipiendum.	463
Aspectus iudicij sæpe vel incio reo veritatem excutiunt, ne dicam impræmeditato, nec etiam cogitanti.	478
Authoritate propria vel erga rem vel erga personam alterius quis vti non debet.	85
Auxilium legis frustra implorat, qui in legem committit.	354
Aymonis Crauettæ nota.	259
B.	
B annitus debet impetrare literas à principe si velit audiri.	326
Bannitus	

I N D E X.

Bannitus intra annum rediens, recuperat bona cum idonea cautione.	3.4				
Bannitus potest se defendere per procuratorem.	24				
Banniti procurator allegare potest causas absentia, sed non causas causæ.	324.376				
Bannitus aut conuenitur	<table border="0" style="display: inline-table; vertical-align: middle;"> <tr> <td style="font-size: 3em; vertical-align: middle;">}</td> <td style="padding: 0 5px;">capitaliter de fama de pecunia de honorib.</td> <td style="font-size: 3em; vertical-align: middle;">}</td> <td style="padding: 0 5px;">pag. 325</td> </tr> </table>	}	capitaliter de fama de pecunia de honorib.	}	pag. 325
}	capitaliter de fama de pecunia de honorib.	}	pag. 325		
Bannitus eo ipso quod est captus habetur pro confesso.	375.382				
Baptizantem molestans, comburitur.	389				
Barones hodie pœnas capitales imminuere possunt, 406. & seq.					
Baro non punitur ex negligentia sui iudicis, nisi sit ipse in culpa.	352				
Bello licito & iusto quilibet astringitur.	170				
Bonæ mulieres à prauis, & clerici à laicis per habitum distinguere debent.	22.50				
Bona rei quando cadunt in commissum ipso iure, veniunt omnes fructus à tempore commisi criminis, alienatio facta ante sententiam non valet, accusatio transmittitur ad hæredes: & appellari non potest.	564. & seq.				
Bonus iudex variè ex personis causisque statuit.	192.606				
Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facere, sed secundum leges & iura pronunciare debet.	612				
Bonus vnusquisque præsumitur, donec probetur contrarium.	577				
Bonis ex nostris esse censentur ea, quæ sunt ex peculio.	151				
Bonis in nostris esse censentur res corporales.	151				
Bonum est & vtile habere bonum nomen.	6				
Bona viri vel mulieris adulteræ, intra sexaginta dies à repudio misso alienari non possunt.	104				
Bona alienata à fisco restitutus non recuperat.	328				
IAC. DE BEL. VIS.	YV	Bona			



I N D E X.

Bona rei cadunt in commissum ipso iure, quando lex per verba presentis temporis eundem ipsis privat. 563
 Bona semper in criminibus accessoriè veniunt. 587

C.

Calumniator est, qui falsa crimina intendit. 47
 Carcer qui est ad custodiam, non impedit confessionem nec consensum. 378
 Carcer est iurisdictionis. 378
 Carcerem frangens timore aquæ & ignis, non tenetur. 87
 Carcerem exiens non confessus, non habetur pro confessio. 557
 Carcerem exiens, & postea rediens, non habetur pro confessio. 558
 Carcerem exiens, si postea redeat, est conatus in duriore carcere. 559. 562
 Carcerem effringere tentans, æquè punitur, atque is, qui carceres effregit. 557. 561
 Carcerem exiens timore ignis, non tenetur. 557
 Caroli Quinti Imperatoris pia memoria. 665
 Castitas sola potis est hominum animas Deo presentare. 97
 Casus legis appellatur, determinatio facta per legem in terminis. 924
 Casus omnino fortuitus excusat. 950
 in Casu necessitatis cogitur aliquis videri rem suam. 78. 88
 Casus quem præcessit culpa non excusat. 650
 Causa commissa si propter frustrationem partium ulterius fuerit extensa, quam debuerit, utiq; potest & ultra de ea cognosci. 349
 Causa capitalis est, in qua vita alicui adimitur. 204
 Causarum merita partium assertionibus panduntur. 229
 in Causis civilibus regulariter tortura non admittitur. 436
 in Causis criminalibus omnibus ad torturam deveniri potest, si modo præcedant legitima indicia, & veritas

I N D E X.

veritas aliter haberi non possit. 435
 Caupo non tenetur, quando claves hospiti dedit. 158
 Cautela pro testibus expensas desiderantibus. 218
 Cautela pro commentariense. 579
 Cautio idonea est cum fideiussore & dato pignore. 208
 Charitas bene ordinata incipit à seipso. 173. 189
 Cicero parens eloquentiæ. 616
 Citatio quæ fit ad domum, sufficit. 261. 264. 267. 275. 321
 Citatio quibus in casibus non valeat. 205
 Citatio triplex esse debet, ut lis inchoetur. 264. 274. 321. 323
 Citationi peremptoriæ causa inferi debet. 264
 Citatio est

}	Verbalis	}	263
	aut		
	Realis.		

 Citationes arrestandorum requirunt iussum iudicis, 290
 Citationes fiunt per

}	Edicta.	}	263. 275. 321
	Præconem,		
	Nuncium,		
	Epistolam.		
Dici assignationem.			

 Citare per præconem potest delegatus à principe. 263
 Citare

}	Per nuncium	}	quilibet iudex potest. 263
	Per epistolam		
	Per dici assignationem		

 Citatus reus criminis, si non comparet, eius bona annotantur. 322
 Civilis causa dicitur, quando poena pecuniaria parti applicatur. 204
 Civilis poena dicitur, quando non imponitur poena sanguinis, sed alias relegatur, & perdit bona, vel amittit libertatem & civitatem. 386
 Civiles controversiæ sunt, quotquot pecuniariam poenam, seu mulctam ijs, qui eas patiuntur, irrogant. 204
 Clericus in genere consulens, in causa criminali non sit irregularis. 635



I N D E X.

Clericus conuictus & confessus coram iudice laico,
potest ex eisdem actis condemnari à iudice suo, si
velit stare productis & confessatis coram iudice
laico. pag. 207

Clericus expressè priuilegio sui fori renunciare non
potest, sed bene per consequentiam. 382

Clerico condemnato, curia secularis accipit bona im-
mobilia, spiritualis verò mobilia. 339

Clericum iudex secularis affectualiter condemnare
non potest, sed bene capere. 358

Cogitationis penam nemo patitur, ne quidem in cri-
mine læsæ maiestatis. 651

Cogitatio mala cum consensu est peccatum in foro
conscientiæ. 645

Cogitatio sola non facit delictum. 180

Conatus non nocet, nisi sequatur effectus. 643. 652

Conatus non nocet, nisi sequatur effectus. 178

Cōdictio furtiua tollitur p

}	Sententiam	}	210
	Solutionem		
	Renunciationem		

Concubinas duas qui habet, est infamis. 109

Commentariensis præsumitur imprægnasse mulierē
in carcere. 581

Commentariensis incarceratam imprægnās punitur,
& quidem capitaliter. 581

Commentariensis punitur, si captiuus recedat ipsius
culpa. 560. 562

Commentariensis dicitur, quod in commentarijs cu-
stodias referat. 562

Committens crimē læsæ maiestatis gladio feritur. 387

Commodato sumens equum, si proficiscatur ad ho-
stes, & ibidem moriatur, hæredes tenentur ad æ-

stimationem equi. 650. 661

Commune votum contrahentium est, quod alter al-
terum non decipiat. 33

Communis opinio singulari præualet. 628

Communi diuidendo agitur, quando neuter rem
possidet. 33

Condem-

I N D E X.

Condemnatio viri adulteri non nocet mulieri, sed ab-
solutio prodest. 107

Condemnatus extraordiuarie non fit infamis. pa. 397

Condemnatus de iniuria vel pactus, est infamis. pag.
199. 202

Condemnari nemo potest ex indicijs indubitatis, nisi
ad poenam pecuniariam. 535. & seq.

Confessio torti præiudicat confesso. 500

Confessio erronea probatur probando factum con-
trarium. 549

In confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condē-
nando. 550

Confessio facta in tormentis nihil operatur, nisi con-
fessus perseueret. 311

Confessio dicitur facta in tormentis, nedum illa, quæ
fit in ipsis tormentis, sed etiam illa, quæ fit for-

midine tormentorum. 518. 522

Confessionis ratificatio non tendit ad impugnandā
sententiam, sed ad eam confirmandam. 553

Confessio sponte facta, incōtinenti reiterari potest. 553

Confessus non perseuerans, potest iterum quæstiona-
ri. 555

Confessio ne quidem ratificata, ex sententia nostra
sufficit ad condemnationem, nisi adsint & alia in-

dicia. 555

Confessio facta in tormentis siue formidine tormen-
torum non valet, nisi in ea perseueretur. 519. 553

Confessio facta in iudicio sine tormentis valet. 519

Confessio rei in causa criminali non statim præiudi-
dicat, nec facit plenam probationem. 547. 552

Confessio civilis non requirit perseuerationem, sed
ilicò præiudicat. 547

Confessio criminalis requirit perseuerationem. 547

Confessus vltro statim damnandus est, etiam in causa
criminali, ex sententia Iacobi. 547

Confessiones fiunt ad exonerandum partes. 418

Confessus in tormentis non est ilicò damnandus. 546
& seq.

Vv 3

Con-



I N D E X.

Confessus formidine tormentorum auditur appellans.	508
Congregans & congregati ad malum faciendum eadem poena puniuntur.	659
Congregati ad homicidium, etiãsi occisus reus mortis fuerit, tenentur lege Cornelia de sicarijs.	661
Coniectura sumitur ex qualitate facti.	552
Consanguinitas excusat violentam præsumptionem adulterij.	114
Consilium mutare licet, quotienscunq; mutatio non vergit in alterius detrimentum.	236
Consiliarij nostri temporis æquiparantur decurionibus.	445. 449
Consuetudo patrisfamilias est attendenda.	460
Consuetudo facit licitum, quod aliàs erat illicitum.	340
Consuetudo est optima legum interpretatio.	448
Consuetudo per non usum, nec tollitur, nec inducitur.	628
Consuetudo inducitur per tacitum consensum populi.	408
Consuetudo derogat legi.	408
Consuetudo habet tres virtutes, immutandi, interpretandi, & corrigendi.	409
Consuetudo inducens, quod personæ priuilegiatæ torqueantur, non valet.	457
Consuetudo patrisfamilias attenditur in expensis.	219
Consuetudo dictans, quòd is, qui se defendendo aliũ occidit, puniatur, non valet.	166
Conuictus & confessus in causa ciuili, potest ex eisdẽ actis condemnari criminaliter.	205. 211
Crimen probari potest per instrumenta.	578
Crimen arborum furtim cæsarum punitur poena quadrupli.	139
Crimen de termino moto fit, quando quis agri lapides amouet.	141

Crimen

I N D E X.

Crimen de sepulchro violato contrahitur, quando quis cadauera mortuorum spoliat.	140
Crimina regulariter non præscribuntur, nisi viginti annis.	119
Crimen expilatæ hæreditatis est, quando surripitur aliqua res de hæreditate iacente.	137
Crimen expilatæ hæreditatis punitur extraordinariè.	137. 157
Criminum diuisio.	594. 636
Criminalis actio, tendit ad vtilitatem Reipublicæ.	56
Criminalis causa est, cum poena pro perpetrato delicto imposita fisco defertur.	204
Criminalis actio ciuilem tollit.	371
Criminalium iudiciorum diuisio.	277
de Crimine lenocinij vel adulterij pacisci non licet.	107
in Crimine læsæ maiestatis quis interrogari potest super confocijs.	503
in Crimine læsæ maiestatis dignitas non excusat.	638
in Crimine læsæ maiestatis bona ipso iure applicantur fisco.	564
in Criminibus priuatis mortuo reo post litem contestatam, transmittitur accusatio ad successorem.	596
in Crimine læsæ maiestatis seruus contra dominum, torquetur	441
in Crimine læsæ maiestatis, dignitas à tortura non eximit.	446. 449. 455
Cui plus conceditur, non debet denegari, quod est minus.	468
Cui plus committimus, ab eo plus exigimus.	638
Cum quid alicui conceditur, & illa concessa videntur, sine quibus illud expediri non potest.	169
Curator in causa minoris initio litis adesse debet.	269

pag.

Vv 4

Dam-



I N D E X.

D.

D amnum non præsumitur iure datum, nisi probetur quod iure datum sit.	13.53
Damnum læsis ante omnia restitui debet.	283
Damnum datum ilico reparari debet.	150
Damnificatus iure retentionis bona damnificantis retinere potest, donec damnum resarciatur.	150
Datio tutorum est mixti imperij.	341
Debitor fugiens per priuatum capi potest, si de facili non possit habere copia iudicis.	347
Debitor iure non vi compelli debet.	87
Debitor publicus ad Ecclesiam fugiens, non est tutus.	pag 314
Defensio nemini deneganda est ante impositionem pœnæ.	516
Defensio fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ.	169
Delictum quod est in non faciendo, non æquè puni- tur, atque illud quod est in faciendo.	589
Delicta non debent manere impunita.	135
Delinquens in Ecclesia non est immunis.	314.317
Delinquens habet probare quod non habuerit ani- mum delinquendi.	648
Delinquens in Ecclesia debet extrahi per Episcopum loci.	315
Denunciatio requirit charitatiuam admonitionem.	282
Denunciatus suspectus aut maleuolus denunciato, nõ auditur.	282
Deportatio hodie non est vsu.	90
Depositio testis est scribenda.	230
Depositioni contrariæ non statuitur.	216
Depositio testis in scriptum redacta, perpetuè fidem facit.	230
De positis in dignitate semper bene præsumitur.	538
Deus solus hominum corda intuetur.	285
Dies interpellat pro homine.	271.276
Differe-	

I N D E X.

Differentia	{ Protestationis Prædictionis Denunciationis Interpellationis Oblationis Inhibitionis Attestationis. }	} pag. 270					
			Dignitas per se non est causa augmentandi delictum.	pag. 638			
			Dignitas par tollit priuilegium.	639			
			Dignitas aut est	{ Clarissima Spectabilis Illustris Superillustris. }	} 638		
						Dilationes duæ vel ad summum tres dantur ad pro- ducendos testes.	269
						Dilationes quando nimis arctantur est locus appel- landi.	267
Disimulans in maiori delicto, magis peccant, quàm ille qui delictum committit.	309						
Diues in pœnis pecuniarijs plus punitur, quàm pau- per.	639						
Diues aliquando excusatur à pœna corporali, dando pecuniam.	640						
Doctor est in clarissima dignitate.	445.456						
Doctores legum capi vel personaliter ad iudicium tra- hi non possunt.	456						
Dolus alius est	{ Bonus Malus }	} 584					
			Dolus cum dolo compensatur, quando vertuntur cir- ca idem.	20			
Dolus aliquando etiam cum culpa compensatur.	20						
Dolus sine animo doloso non committitur.	650						
Dolum allegans eundem probare debet.	427						
Domesticus à testimonio repellitur.	242.253						
Domiciarius iudicis requirentis est, qui domicilium habet sub territorio iudicis requirentis.	373						
Vv 5	Domici						



I N D E X.

Dominici Soto laus.	214
Dominus prædij intelligitur, siue sit feudatarius, siue emphyteota.	154
Dominus seruum leuiter castigare potest.	104
Donatio facta concubinæ valet.	110
Donatio præsumitur fieri in fraudem legis.	150
Dux vices in lenocinio faciunt consuetudinem.	102
Ductus ad locum torturæ, si confitetur, dicitur confessus in tormentis.	437
Durus carcer est loco poenæ.	377. 436

E.

E briosus non censetur esse compos mentis.	19
Ebriosus ex iniuria reali mitius punitur.	19
Ebriosus vt maximè sit ebriosus, est in culpa.	19
Exceptio debet esse de regula.	564
Excommunicatus est, qui rumpit vestes cleri.	31
Egregij dicuntur, quasi qui extra vulgi gregem sunt.	224
pag.	224
Egregiæ personæ non tenentur venire ad testificandum.	220
Emens rem furtiuam tenetur ad eius restitutionem.	157
pag.	157
Empedocles existimauit, se post mortem, virtute sua naturali, resurrecturum.	570
Emphyteota relinquendo fundum domino, non liberatur.	82
Emphyteota si vendat aliquam partem prædij sine consensu domini, totum prædium non cadit in commissum, sed tantum pars.	338
Emphyteota tenetur iurare.	423
Emphyteota probans, quod de tribus annis proximè præteritis pensio soluta sit, præsumitur soluisse in omnibus alijs annis.	426
Error facti tortus vsque ad sententiam reuocare potest.	507

Erubesci-

I N D E X.

Erubescimus sine lege loqui.	627
Excedens modum in puniēdo, quisquis ille fuerit, tenetur.	526
Exhæredandi causæ sunt quatuordecim.	484
Expensæ debent æstimari arbitrio boni viri.	220
Actore non probante reus absoluitur.	
Expensæ taxantur arbitrio iudicis.	223
Expensas in remissiones factas, debet soluere ille, qui sibi remissionem fieri petit.	368
Expensas in causa criminali factas, soluit ille, qui petit criminaliter agi.	218. 222
Expensas solus ille soluere tenetur, qui testes produxit.	222
Expensas ex denunciatione, quæ fit proprio motu iudicis, soluit ipse criminofus, aut instigator.	283
pag.	283
Expensarum nomine continentur operæ, sumptus, & vectura equi, si sit talis qualitatis, qui equo vehi debeat aut soleat.	224
Exhortatio ad iudices criminum.	666. & seq.
Ex veris nil, nisi verum.	16
Extra bona sunt res sacræ.	140

F.

F abricare monetam est regale.	73
Fabricans monetam falsam in aliquo castro, quod sit feudum, potest vasallus eum capere, sed domini est punitio.	73
Fabricans falsam auream monetam, comburitur.	
pag.	70. 72
Fabricans monetam plumbeam vel æream, punitur poena capitali.	ibid.
Facta probant hominem.	426
Falsam monetam fabricans, comburitur.	398
Falsam monetam fabricans, deportatur, si moneta sit parua.	79

Falsa



I N D E X.

Falsa moneta vtens punitur extraordinarie.	72
Falsæ mercaturæ vendi, vel vt vèdantur permitti non debent.	66
Falsis ponderibus vtens punitur pœna falsi.	66
Falsum committi dicitur cum rei veritas immutatur.	250
Falso allegans legem idq; dolosè, tenetur pœna falsi.	623
Falsus testis punitur pœna falsi, ex sententia Iacobi de Bello Visu, sed ex sententia nostra punitur arbitrio iudicis.	232, 250
Falsarius dicitur aliquis multis modis.	63
Falsum non committitur absque dolo.	65, 89
Falsarius est, qui mercaturam suam corruptam seu mixtam vendit.	66
Falsarius à testimonio repellitur.	231
Falsarij bona publicantur, & ipse deportatur.	7
Fama non sufficit contra constitutū in dignitate.	302
Fama ortum habere debet à personis honestis.	202
Fama sola non sufficit ad hoc, vt possit formari inquisitio.	305
Fama de iure canonico facit semiplenam probationem, & æquiparatur dicto vnus testis.	492
Fama per se nō probat, sed inducit aliquod indicium ad confirmandas alias probationes.	469
Fama est res fragilis & perniciofa.	469
Fama publica probata cum aliquo indicio facit legitimum, & sufficiens iudicium ad torturam.	471. & seq.
Familia si quando furtum fecerit, dominus soluendo pœnam pro vno, liberatur pro omnibus.	158
Famosus fur in prima captione suspenditur.	130
Famosi libelli variè coërcentur.	41
Fauorabiliores rei sunt, quàm actores.	538
Felyni laus.	172
Feriat dies sunt, in quibus res diuina fit, & in quibus abstinere homines à litibus oportet.	278
Ferula in pueris est species torturæ	437
Fictio	

I N D E X.

Fictio plus operari non debet, quàm veritas.	323. 376	382.									
Fidem fallere graue est.		585									
Fideiussio lenoni data à muliere non tenet.		96									
Fideiussio finitur eo tempore, quo finitur actio.		379									
Fideiussor iudicio sibi tenetur vsq; ad sententiam.		379									
Fideiussor ciuilis alia actione conuenitur, quàm principalis.		380									
Fideiussores, vbi reus fugit, tenentur arbitrio iudicis.		381									
Filius ante patrem torqueri debet.		493									
Filij non puniuntur corporaliter ex delicto patris ne quidem in crimine læsæ maiestatis, sed bene, quoad bona.		644									
Finis iuris ciuilis.		7									
Fines sententiæ non sunt excedendi.		401									
Fiscus vt bona mortui rei consequatur habet probare:	<table border="0" style="display: inline-table; vertical-align: middle;"> <tr> <td style="font-size: 3em; vertical-align: middle;">}</td> <td>Quod is seipsum occiderit.</td> <td rowspan="4" style="font-size: 3em; vertical-align: middle;">}</td> <td rowspan="4" style="vertical-align: middle;">376</td> </tr> <tr> <td></td> <td>Quod metu criminis seipsum occiderit</td> </tr> <tr> <td></td> <td>Quod crimen mereatur confiscationē</td> </tr> <tr> <td></td> <td>Quod re vera crimen commiserit.</td> </tr> </table>	}	Quod is seipsum occiderit.	}	376		Quod metu criminis seipsum occiderit		Quod crimen mereatur confiscationē		Quod re vera crimen commiserit.
}	Quod is seipsum occiderit.	}	376								
	Quod metu criminis seipsum occiderit										
	Quod crimen mereatur confiscationē										
	Quod re vera crimen commiserit.										
Fiscus ne quidem pretium bonorum alienatorum restituere bannito restituto debet.		328									
Fiscus tenetur restituere pretium bonorum alienatorum bannito restituto, quatenus extat, & factus sit, aut foret locupletior.		328									
Fiscus vbi habet bona damnati per modum quotæ, tenetur satisfacere creditoribus hæreditarijs.		396									
Fiscus est in executione præferendus.		332									
Fiscus in hypotheca habet priuilegium.		332									
Fœmina prius torqueri debet, quàm masculus.		493. 498									
Fœmina prægnans etiam post partum per quadraginta dies torqueri non debet.		441									
Fœmina prægnans, si torqueatur eius confessio non valet.		442									
Fœmina											



I N D E X.

Œminæ prægnantes quæſtionari non poſſunt.	438
441. 446. 452	
Œminæ maximè ſunt inſtantes.	112
Fortunij Garziæ laus. 159. 593. & in epiſtola ad lecto- rem.	
Fortiora iura allegans eſt audiendus.	335
Fortiora iure allegans in dubio, eſt audiendus.	191
Forum quis ſortitur in cri- minalibus ratione	} 372. & 373
{ Domicilij	
{ Delicti	
{ Capturæ.	
Franciſci Bruni laus.	492
Franciſci Duareni laus.	159 602. 651
Franciſci Balduini laus.	159
Frater in cauſa criminali contra fratrem teſtis eſſe nõ potest, ſed bene in cauſa civili.	241. 255
Frater in cauſa fratris aliquando teſtis eſſe non po- teſt.	255
Fratriſ teſtimonium recipitur in cauſa criminali pro fratriſ deſenſione	255
Fuga de per ſe nec plenam, nec ſemiplenam proba- tionem facit.	461
Fuga in ſe eſt maleficium.	433
Fuga de per ſe ante incarcerationem non facit indi- cium, nec ſemiplenam probationem.	433
Fuga reddit aliquem ſuſpectum.	430. 432
Fuga eſt indicium ſufficiens ad quæſtionandum.	431
Fuga criminofi inducit violentam præſumptionem.	375.
Fuga eſt indicium ſufficiens ad quæſtionandum.	375
Fuga inducit ſemiplenam probationem.	375
Fugiens ad alteriſ iuriſdictionem, poteſt citari per ſuum iudicem ſine requiſitione iudicis illiſ ter- ritoriſ, ad quod fugit.	331
Fugiens ad Eccleſiam propter modicum delictum tu- tus eſt.	315
Fugiens à perſequentibus apparitoribus in alteriſ iuriſdictione captus, non eſt inde ſine licentiã iudicis extrahendus.	349
Fugiens	

I N D E X.

Fugiens ante capturam, bannitur, & eiſ bona anno- tantur.	376
Fugientem reum poſſunt apparitores vbiſ capere, ſi modò continuò inſequantur.	346
Furcarum erectio eſt meri imperij, & qui eas habet, etiã ſi nullus adhuc in iſ ſuſpẽſus ſit, habet me- rum imperium.	387
Furiſ ſunt in vinculis habendi, prout apud M Geor- gium vom Stein Buſcoducenſem, D. Vrfulæ apud Colonienſes hospitalium rector digniſſimus me- ritò, qui cenſetur & eſt.	589
Furiſo quoque ſit iniuria.	185
Furiſus ex delicto non tenetur.	185
Fur conſeſſus in tormentis poteſt torqueri ad hoc, vt etiã conſiteatur de conſocijs.	502
Fur domeſticus etiã pro vno ouo ſuſpeditur.	128.
155	
Fur dicitur ille, qui noctu furatur.	127
Fur ganiucti, vini, vel alteriſ rei leuis, ſi ſit domeſti- cus, coërcetur à domino.	127
Furtum magnum dicitur, inſpecta qualitate perſona- rum, & rerum ſubtractarum.	130
Furtum præſupponit animum furandi.	124
Furtiuam rem qui poſſidet, conuenitur rei vendica- tionem.	129
Furti manifeſti poena eſt quadruplum.	125
Furti non manifeſti poena eſt duplum.	125
Furti actio durat ad annos triginta.	125
Furtum committit, qui ſurripit rem ſuam alteri obli- gatam.	131
Furtum eſt contrectatio rei alieni, quæ ſit inuito do- mino.	135
Furtum non committit ſeruus, qui domino nolenti ſibi ſoluere ſalarium furatur, quantum fert ſala- rium.	133
Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabulariſ agit ratione rerum poſitarum in caupona, ſi ſcienter ſuerint.	138. & ſeq & 158
Furtu	



I N D E X.

Furtā domestica sunt, quæ serui dominis, liberti patronis, & mercenarij ijs, apud quos agunt, faciunt. 255

Furti indicia sunt	}	Consuetudo.	} 474. & seq. 479. & seq.
		Fama.	
		Vicinitas.	
		Inuētio rei furtiuæ.	
		Exitus de nocte.	
		Fardellum noctuū.	
		Expensa magna.	
		Expensa certæ pecuniæ.	
		Forma pedis.	
		Res suspecti inuēta.	
Fuga.			
Schala.			
Custodia simulata.			
Desiderium.			

G.

GAsarius est is, qui accipit animalia ad capitale. 132
 Grassator est latro, qui tam de die, quàm de nocte spoliando vagatur. 126
 Grassatores aliquando vocantur homines intendentes de bono ad malum. 284
 Gratificationi locus est in tortura, quādo omnes sunt æquales. 494
 Grex constat decem ouibus & quatuor porcis. 146

H.

HAbere malum nomen, vel famam est turpe. 8
 Hæredes tenentur accusare occisorem defuncti. 574
 Hæredibus competit actio ad exhibendum, siue petitio hæreditatis contra vxorem defuncti. 137
 Hæreticus is est, qui non est Catholicus. 317
 Hæreticus igne comburitur. 391
 Homicida

I N D E X.

Homicida fugiens ad sacerdotem portantem venerabile Sacramentum Christi tutus est. 316
 Homicida latro, fugiens ad ecclesiam potest à iudice laico extrahi. 316 319
 Homicida quandoque fugere non potest. 176
 Homicida quamuis à rege gratiam obtinuerit, non tamen propterea est liberatus à parte. 586
 Homicida gladio punitur. 388
 Homicida potest (eo non obstante, quod pacem cum amicis defuncti fecerit) per Curiam puniri. 56. 54
 Homicida tortus & confitens homicidium, sed affirmans se fecisse ad sui defensionem, etiamsi hoc non probet, non est ilico condemnandus. 550. & seq.
 Homicida tenetur in foro conscientie fugere. 176. 177
 Homicida non tenetur fugere, si modò probabiliter ex fuga sibi timeret. 175. 176
 Homicidium faciens in ecclesia, non tamen sub spe immunitatis, si ibidem maneat, tutus non est. 318
 Homicidium non solum fieri debet incōtinenti, quo ad defensionem, sed etiam probari debet, quod in continenti factum sit, ad hoc vt excuset. 174
 Homicidium multitudo delinquentium non excusat. 662
 Homicidium fieri potest ad sui defensionem. 169. 172
 Homicidium præsumitur ex agitatione, nec non vsu armorum. 168. 172

Homicidij indicia sūt.	}	Si quis insolitus emat arma.	} 475. & seq. 479. 481. Fama.
		Si quis insolitus arma gestet.	
		Si quis gladio se exerceat.	
		Frequentatio viæ.	
		Asperatio bonorum.	
		Genus armorum.	
		Inimicitia.	
		Iactatio.	
		Literarum scriptio.	
		Secreta conuentio.	
Rixa.			

IAC. DE BEL. VISV.

Xx



I N D E X.

	Fama.	
	Qualitas personæ.	
	Trepidatio.	
	Mendacium.	
	Taciturnitas.	
Homicidij	Stupida sollicitudo.	475. &
indicia sūt.	Fuga.	seq.
	Contumacia.	479.
	Negligentia.	481.
	Mortui depositio.	
	Si cum cultro quis reperitur penes mortuum.	
Homicidij indicia.		648
Homicidij indicium indubitatum.		531 & seq.
Homicidij leuis excusatio.		292
Homicidij reus est & is, qui aliquem sic vulnerauit, vt ex vulnere moriatur.		601
Homicidij commissi in carcere indicia.		581. & seq.
Homicidij solus ille reus est, qui vim intulit, etiamsi plures adfuerint.		49
Homicidij reus non est, qui gladium tantum extraxit ad occidendum, sed non occidit.		178
Homicidij reus haud est, qui se defendendo alium oc- cidit.		50 54
Homo carens ratione non est homo.		667
Homo non debet signari in facie.		667
Homo creatus est ad similitudinem Dei.		667
Hora incongrua nemo vendere tenetur.		84
Hospites caupo recipere tenetur.		81. 93
Hospites suscipere hora incongrua nemo tenetur.		84
Hospites recipere caupo compellitur officio iudicis.		84
Hospites caupo recipere non tenetur si iustam alleget recusandi causam.		87
Hostes subili ingenio decipere licet.		585
Hostibus fides est seruanda.		585
Hugonis Donelli laus.		159
Humanū est peccare, sed diabolicū est pseuerare.		600
	Jacobi	

I N D E X.

L.

Jacobi Metochij laus.	89. 117. 120. 157. 160. 213. 224.
	250. 383. 489. 560
Jacobi Reuardi laus.	253
Ignorantia probatur per iuramentum.	22
Immunitas ecclesiarum multis in locis oboleuit.	320
Impetrans adiunctum, tenetur ad eius expensas.	218
Incendiarij viui exuruntur.	391
Incontinenti fieri dicitur, quod fit, antequā diuertat ad actus extraneos.	174
Indiciorum varietates & qualitates quære sexta ab hinc pagina post iudicia.	
Indirecta verba vel ironica sufficiunt ad hoc vt dica- tur facta iniuria.	24
Infamis est, qui habet vnam vxorem & concubinam.	110
Infamis est, qui duas habet concubinas.	169
Infamis fit quis ipso iure, per sententiam, vel ex gene- re poenæ.	393
Infamis peracta poenitentia admittitur in testem.	231
Infamis repellitur à testimonio.	240
Infans ex delicto non tenetur.	185
Infans, furiosus, & dormiens, iniuriam non faciunt,	18. 46
Infidelis id est, non catholicus fugiens ad ecclesiam non est immunis.	314
Informatio fieri debet ante captionem.	312
In incertis, non vero certis, est locus coniecturis.	22.
	168. 193. 419
Inimicitia excludunt aliquem à testimonio.	235. 27
Inimicus inimico mala cogitare solet.	465. 472. 481
Iniuria fit etiam solo nuru.	25. 51
Iniuria æstimatur aut persona, vel re, aut tempore.	58
Iniuria quæ fit facto, parit accusationem.	41
Iniuria facta consuli, punitur lege Iulia de vi publica.	59
Iniuriam nemini facit, qui iure suo utitur.	59
Iniuria dicta parti in causa, parit actionē iniuriarū.	59
	Xx 2
	Iniuria

I N D E X.

Iniuria non cadit in vilem personam.	37
Iniuriæ æstimatio facta per partem, debet refrenari per iudicem,	198
Iniuriam factam filio, pater remittere potest.	27.51
Iniuriam remittens, non censetur, propter hoc remissile interesse	53
Iniuriam dictam vel factam animo iniurandi, non est necesse ponere in libello.	14
Iniuria est æstimanda per iniuriatum in libello.	184
Iniuriæ æstimatio fieri debet iuxta qualitatem personæ, loci, criminis, & aliorum.	184
Iniuriæ æstimatio fit per iuramentum.	185.194
Iniuriatus ad hoc vt iniuriam æstimet, habet affirmare quod tantum mallet amisisse de proprio patrimonio, quam dicta iniuria affici.	185
Iniuriatus pauper habet æstimare iniuriam ad certam summam.	185
Iniuria facta furioso æstimatur à iudice,	186
Iniuria facta infanti æstimatur à iudice.	186
Iniuria facta vni de collegio, videtur toti collegio facta.	30
pro Iniuria facta parèti vel marito, nec filius nec vxor agere potest.	29
pro Iniuria facta filiæ nuptæ, tribus actio competit, ipsi filiæ, marito, & patri.	29
Iniuria grauis esse debet, ad hoc vt detur actio iniuriarum.	23
Iniuria facta in vestibus, censetur facta personæ.	31.52
Iniuriarum ciuilitè agi dicitur, quando petitur æstimatio iniuriæ.	155
Iniuriarum agitur criminalitè & ciuilitè.	210
Iniuriarum actio tollitur per dissimulationem.	41
Iniuriarum actio fluit ex bono & æquo.	48.49
Iniuriarum tenetur etiam, qui cum protestatione iniuriam dicit.	46
Iniuriarum actio est prætorialis, pœnalis, & famosa, per consequens & annalis.	17.45
Iniuriarum actio competit vsufructuario.	30

Iniuria

I N D E X.

Iniuriarum nomine Curia potest agere, si is cui fit, dissimulet.	27.34
Iniuriæ remissio facta per filium, non præiudicat patri.	27.34
Iniuriarum actio facilè tollitur.	27
Iniuriarum tenetur & is, qui inconsulto calore iracundiæ prolapsus iniuriam dixerit,	16.44
Iniuriarum actio extinguitur per pactum sine transactionem,	33
Iniuriarum actio competit aduersus quosuis, dicentes vel facientes aliquid alicui causa minuendæ opinionis.	25
Iniuriarum actio (si modo verbalis sit iniuria) non competit contra ebriosum.	18
Iniuriarum actio lite contestata transit ad hæredes.	38
Iniuriarum actio cedi potest & vendi.	39
Iniuriarum actio sapit vindictam.	39
Iniuriarum actio tollitur per reconciliationem.	42
Iniuriarum actio competit filio familias.	31
Iniuriarum tenetur aduocatus, qui in scriptis alteri dixerit iniuriam, si protestatus sit.	60
Iniuriatus habet probare, quod iniuria sit dicta vel facta animo iniurandi.	13
Inquisitio triplex est	{ Generalis. } { Specialis. } 313. { Mixta. }
Inquisitio fieri debet in loco, vbi crimen factum est.	291
Inquisitio debet fieri super certa persona.	306
Inquisitio fieri debet in genere.	292
Inquisitio infamat.	290
in Inquisitionis via admittuntur ad testimonium, tam fœminæ quàm masculi, laicus contra clericum, & infamis.	284
in Inquisitione clamosa, diffamatio vel insinuatio præcedere debet.	284.302
Inquirere nihil est aliud, quàm ex officio, testes, seu informationes recipere contra aliquem pro aliquo	

Xx 3

I N D E X.

quo delicto.	305
Instantia causæ quodammodo indiuidua est.	209
Instrumentum quia perdidit aliud qui petit, habet iurare quod malitiose eadem non petant.	288
Inter arma silent leges.	173
Interest Reipub. ne maleficia maneant impunita.	34. 52
Interrogationes in quæstionibus debent fieri in genere.	496
In interpretatione alicuius vbi dubiū emergit recurrendum est ad	} 620
{ Consuetudinem.	
{ Significationē verborū.	
{ Benigniore partem.	
{ Legem similem.	
{ Principem.	}
{ Doctorem solemniorē	
Inuadens impune occiditur.	167
Inuasus ab alio non debet expectare. donec ab alio percutiatur.	167
Inuasus tenetur fugere si potest.	169. 175
Inuicta & illata in prædia urbana, tacite sunt obligata domino.	138
Inuentor nomine rei inuentę absque labore nihil petere potest.	164
Inuentor ratione laboris aliquid petere potest, si cum labore inuenit.	153
Inuentor re inuentā in loco publico p̄dere debet.	147
Inuito fieri debet iniuria ad hoc vt actio cōpetat.	26
locosa scommata nō pariunt actionē iniuriarū.	13. 43.
Ioachimi Hopperi paratitlōn libri sunt vtilis & necessarii iunioribus.	164
Iodoci Damhouderij laus.	43. 163. 166. 175. 257. 302. 305. 306. 344. 560. 602. 606. 665
In pari crimine, iudex qui detinet est præferendus.	332
Ira impedit animum, ne possit cernere verum.	521
Iudæam cognosens punitur poena adulterij.	115
Iudæi cogi non possunt, vt filios baptizent.	390
Iudex est interpres iustitiæ.	212
Iudex iudicare debet secundū veritatem.	610. 614. & seq. 615. & seq.

Iudex

I N D E X.

Iudex non est nisi minister legis.	245
Iudex corruptus punitur poena legis Corneliæ de sicarijs.	352. 372
Iudex est pater subiectorum.	283
Iudex ilico punire potest eum, qui in loco iudicij iniuriam alteri dicit.	58.
Iudex ad instantiā parētū poenam mitigare potest.	595
Iudex ecclesiasticus alteri committens causam criminalē, si delegatus eū condemnet, non fit irregularis.	634
Iudex ecclesiasticus ratione peccati de quolibet crimine cognoscit.	629
Iudex ecclesiasticus habet merum imperium si habet territorium tale.	6:1
Index ecclesiasticus ad perpetuos carceres aliquem condemnare potest.	630. & seqq.
Iudex ecclesiasticus absoluens aliquem ab homicidio non fit irregularis.	634
Iudex ex officio punit delinquentes.	206. 213
Iudex qui detinet criminofum, punire potest, etiam si ibi non deliquerit, si modo per iudicem loci non fuerit requisitus.	334
Iudex loci semper est præferendus.	334
Index requisitus potest cognoscere, antequam remittat.	360. 366
Iudex appellationis datus super causa criminali, non cognoscit super causa criminali ciuilitè intentanda.	204
Iudex aliud in corde, aliud in ore gerere debet.	585
Iudex ad minus quod potest reū cōdēnare debet.	393
Iudex potest in omnib⁹ criminibus, in quibus à lege nō est statuta poena, eā statuere, quā vult.	596
Index dissimulās in v̄ditione falsarum mercū punitur.	66
Iudex est tantum minister legis.	508
Iudex de facto nihil supplere debet.	608
Iudex aliquando litem facit suam.	355
Iudex exequens, nō verò iudex de crimine cognoscēs	habet

Xx 4

I N D E X.

habet merum & mixtum imperium. 341
 Iudex æstimat iniuriam secundum conditionem personarum. 40
 Iudex multa sub dissimulatione pertransire debet. 288
 Iudex habet iudicare secundum allegata & probata. 244.607 & seq.
 Iudex negligens in puniendo criminosos, priuatur iurisdictione. 351
 Iudex etiam sine requisitione criminosum remittere potest. 356
 Iudex non debet declinare ad dextram nec ad sinistram. 289.307
 Iudex in sententia ferenda debet habere animum definiendi. 402
 Iudex eo ipso quod ex culpa sua excedit modum in torquendo, censetur priuatus, ideoque tenetur. 528. & seq.
 Iudex plus nimio torquens aliquem, censetur in dubio, hoc ratione officij fecisse. 530
 Iudex torquens consiliarios capite punitur. 440
 Iudex plus nimio reum torquens, non tenetur, modo sine dolo fiat. 525.529.543
 Iudex ordinariam pœnam sine causa mutare non potest. 595
 Iudici est facienda fides. 198
 Iudices dicuntur à iustitia. 604
 Iudices delegati non debent recedere à verbis rescripti. 401
 Iudicis officio incumbit purgare prouinciam malis hominibus. 294.304
 si iudex fecit reum spoliari, vt eum torqueret, & antequam torquetur confessus sit, dicitur confessio facta metu tormentorum. 437
 Iudicia non debent esse elusoria. 112
 in iudicijs nil nisi iustitia querendum est. 208

Iudicium consistit ex { Iudice. }
 { Actore. } 212
 { Reo. }

Iudicia

I N D E X.

Indicium quo tortura repeti possit. 541
 Indicia contra Commentariensem. 580
 Indicia verisimilia torturam præcedere debent. 459
 Indicia talia esse debent, vt quasi supersit sola rei confessio. 459
 Indicia noua dicuntur, quæ differunt à præcedentibus specie vel substantia. 345
 Indicia sunt probationibus proxima. 464
 Indicia dicuntur quasi veritatem demonstrantia. 464
 Indicia ratificantia quæstionē & perseuerationē. 555
 Indicia quamuis adsint, si reus dicat ilico se posse eadem diluere est audiendus. 467.489. & seq.
 Indicia quæ sufficiant ad torturam relinquuntur arbitrio iudicis. 453.473.479

Tremor.

Loquela timidior.

Pallor in facie.

Declinatio oculorū versus terrā.

Fama.

Consuetudo peccandi.

Sententia.

Pactum.

Iactatio.

Latitatio.

Fuga.

Contumacia.

Confessio subita.

Negligentia puniendi.

Vnus testis.

Affirmatio defuncti.

Conuersatio.

Inimicitia.

Vacillatio testis.

Locutio clādestina

Indiciorum species sunt

460. & seqq.

464. & seqq.

469. & seqq.

478.482.487

492. & seqq.

Xx

Iulij

INDEX:

Iulij Clari laus.	155.326.343.372
Iuramentum pro veritate accipitur, ac ideo non re-tractatur.	427
Iuramentum triplex est.	428
Iuramentum purgationis datur in casum suspicionis.	421
Iuramentum testis ex post facto, non valet.	230
Iuramentum testibus de partium consensu remitti potest.	215.229
Iuramentum calumniae { Sententiam. Solutionem. Renunciationem }	210
Iuramentum purgationis referri non potest.	427
Iusiurandum est species probationis.	272
Iure retentionis aliqua licent, quæ non licent iure petitionis.	189
Iuri pro se introducto quilibet renunciare potest.	272 230.
Iurisdicção inferioris propter negligentiam deuoluitur ad superiorem.	351.354
Iurisdictionis quæstio definiri debet ante criminalẽ cognitionem.	333
Ius ciuile diuersissimas habet interpretationes, ideoque difficillimum.	187
Ius ciuile non debet legi nisi in ciuitatibus habentibus priuilegium.	7
Iuste possidet, qui prætoris auctore possidet.	85
Iustitia hominis est non ad eundem ipsum, sed ad alterum.	212
Iustitia est omnium rerum perfectissimarum perfectissima virtus.	604
Iustus ire in arrestum (prout Coloniae fit) si non iuerit, tenetur atque si arrestum fregisset.	312

L.

Lata culpa in delictis non æquiparatur dolo. 527
Latitans in alterius iurisdictione, debet per iudicem loci capi. 331

Latro

INDEX:

Latro est qui furatur de die.	127
Latro homicida suspenditur in loco delicti.	127
Latrones & assassini possunt in tormentis interrogari de conscientia aliena.	499.503
Leges ligant in foro conscientia, nisi manifestissima & intollerabilem præ se ferant iniquitatem.	615
Leges constituunt templum Romanæ iustitiæ.	666
Leges referuntur etiam ad casus futuros.	625
Lenocinium varijs modis committitur.	100
Lenocinij ratione alter alterum repudiare potest.	95
Lenocinium punitur vt adulterium.	95.96.102
Lenonum vitia, fraudes, & doli.	95.97
Lenonibus à nullo ædes locari possunt.	99
Leuis castigatio mariti concessa est in vxorem.	106
Lex rebus, non verbis imponitur.	42.404
Lex intelligenda est secundum titulum sub quo ponitur.	623
Legis finis debet intelligi secundum initium.	622
Libellus iniuriarum iudici debet ostendi antequam porrigatur.	198
Libellus in actione, quod metus causa.	193
Libellus in scriptis porrigi debet.	199
Liberi homines tam in seipso quam in alios torqueri possunt.	438. & seq.
Liberi contra parentes, nec è contra parentes contra liberos, testes esse non possunt.	240
Libri hæreticorum comburendi sunt.	390
Litis contestatio fini- { Sententiam. Solutionem. Renunciationem }	210
Litis contestatio fit per negationem & affirmationem.	210
Literæ remissoriae debent continere nomen rei, delictum, sigillum requirentis, & id genus alia.	394

Literæ



I N D E X.

Literæ commissionum sunt in processu inferendæ.	369
Locator volens ædes ælocare honestæ personæ præfertur ei qui vult locare meretrici.	116
Locutio pluralis non acquiescit singulari.	468
Ludouici Carerij laus.	309
Lucretiæ factum.	118

M.

M agister discipulum leuiter punire potest.	104
Maiores causa propter minorem suspendi non debet.	339
Maius delictum maiorem pœnam exigit.	134
Maleficium praeue præsumitur actum.	520
Maleficium præsupponit animum delinquendi.	526
Maleficia non debent manere impunita. 185. 407. 663. & seq. 647. 335. 336	
Malitias & virtutes in nostra potestate habemus. 32. 53	
Mādans, mandatarius, & mandator in delicto speciali tenetur.	653
Mandatarius tenetur reuelare mandatore.	653
Mandans in generali mandato non tenetur.	654
Mandato generali non continetur illicitum.	654
Mandans ex delicto tenetur.	653
Mandatum priuatum sufficit probari per testes.	370
Mandatum allegans illud probare tenetur.	369
Maritus vxorem sine causa percutiens, punitur.	104
Maritus elapsis nouem diebus in accusatione vxoris adulteræ præfertur iure extranei.	107
Maritus vxorem verberare potest.	108
Maritus tenetur alere vxorem.	113
Maritus in domo sua adulterantem vilem occidit.	106
Maritus etiam loquentem vxori potest occidere, modo ter, & in præsentia bonarum personarum denunciat.	

I N D E X.

nunciauerit eidem, ne loqueretur.	106
Maritus adulterum nobilem inuentum in domo sua per viginti quatuor horas detinere potest.	107
Maritus in accusatione vxoris adulteræ præfertur alijs, ante litem contestatam.	107
Maritus sciens vxorem adulteram, & dissimulans, leno est.	100
Maritus intra biennium adulterantem verè correctā recipere potest.	101
Si ea, cum qua quis stuprum commisit, statim se publicè cuius exhibuit, excusatur à pœna adulterij.	101.
Marito dantur nouem dies ad deliberandum, an vxorem adulterij accusare velit.	107
Marito non permittitur occidere vxorem.	105
Marito permittitur occidere vilem adulterum.	105
Maritum de adulterio criminaliter accusare mulier non potest.	111
Medicus qui sua negligentia aliquē occidit, tenetur.	588
Melius est ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere.	139. 160. 167
Melius est ante tempus occurrere, quam post exitum vindicare.	312
Melius est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem damnare.	611
Melius est pauca & vtilia dicere, quàm multis inutilibus hominum aures grauare.	621
Melius est nocentem in dubio absoluerè, quàm innocentem damnare.	377
Membri mutilatio est meri imperij.	594
Memoria alicuius fit aliena per librorum compositionem.	6
Mens testatoris magis quàm verba in testamento inspiciuntur.	277
Mens legum præualet verbis.	620. 625
Mercator vt sit immunis, tenetur iurare, quod res sint suæ.	423

Mercenarij

INDEX.

Mercenarium iudicis officium dicitur, quia deseruit
actioni per partes intentatæ. 208

Meretricibus à vero domino ædes locari possunt.
98

Meretricibus extra ciuitatem locus assignari debet,
vbi habitare possunt. 99

Meretrices à iudice cogi possunt ad portandum si-
gnum. 115

Meretrix eum, qui condemnatus est ad mortem, non
liberat. 109

Meretrices & lenones sunt de honestis carrierijs ex-
pellendi. 98

Meretrices eæ sunt, quæ cuius ad quæstum prostant.
99. 102

Merum imperium est, animaduertere in facinorosos
homines. 633

Merum imperium est, habere gladij potestatem ad a-
nimaduertendum in facinorosos homines. 546

Milites non tenentur, nisi in quantum facere possunt.
447

Milites nostri temporis ex sententia Iacobi torqueri
possunt. 447

Milites nostri temporis torqueri possunt ex senten-
tia Cyni & Bolognini. 452. & seq.

Minor quatuordecim annis ferula cædi & virgis cor-
rigi potest ad eruendam veritatem. 446

Missus in possessionem castri, censetur missus in pos-
sessionem omnium accessoriorum. 573

Si cum armis inferatur vio-
lencia, idem cum ar-
mis repellatur.

Si incontinenti, flagrante
adhuc maleficio inuasor
repellatur. 169

Si ad defensionem non vero
ultionem fiat. 174

Moderamen in-
culpatae tute-
læ dicitur

Modicum tempus quod sit, relinquitur arbitrio iudi-
cis. 521. 524

Modus

INDEX.

Modus est pulcherrima virtus. 307

Monetæ extrinseca sunt, quod sit facta per principē,
quod non sit reprobata, & quod fiat in loco publi-
co. 75

Monetæ intrinseca sunt, materia, forma, pondus. 73

Monialem ducens in vxorem gladio punitur. 388

Monopolium dicitur, quando penes vnum aliquem
vel paucos tota alicuius rei vendendæ potestas
est. 665

Mortuus in carceribus ante sententiam amittit bo-
na. 562

Mos Coloniensis in arrectando. 313

Mos & consuetudo regionis obseruari debet. 79

Mulier adultera habens liberos, præsumitur eos ex
matrimonio habuisse. 108. 112

Mulier quæ scit matrimonium nullum, perdit dotem.
110

Mulier ab alio cognita, quem credebat proprium vi-
rum, non committit adulterium. 106

Mulier maritum adulterantem accusare potest ad
hoc, vt ab eodem diuertat, & dotem suam repe-
tat. 118

Mulier quæ per vim se alteri exhibuit, non potest de
adulterio accusari. 108

Mulier fideiubens pro alio, potest se iuuare per sena-
tusconsultum Velleianum. 624

Mulier credens virum defunctum, & alteri nubens,
non committit adulterium. 106 117

Mulierem de nocte euntem ad domum meretricis,
quis impune attentat. 21

Mulieres habent momentaneas voluntates. 112

Mulieres non possunt aliquem de adulterio accusa-
re. 103. 111

Multa licent per retentionem, quæ alias non licent
per petitionem. 151

Mutuum reddi debet in eo valore, quo erat tempore
contractus. 71. 74. 91

Naturales



I N D E X.

N.

N aturales liberi sequuntur conditionē matris.	445
Necessitas non habet legem.	86
Negatione res fit dubia.	114
Negatiua probatur per visum vel auditum.	414
Negatiua directè non probatur.	649
Negatiua directè probari non potest.	179
Negatiua probatur indirectè.	179
Negatiua vel est	415
{ Facti.	
{ Iuris.	
{ Qualitatis. }	
Negans qualitatem naturalem, intrinsecam habet probare.	415
Negatiua facti nullo modo secundum naturam probari potest.	417
Negatiua facti quæ habet implicitam affirmatiuam probari potest.	417
Negatiua aliquando probatur per iuramenti delationem.	417
Negatiua non entis est improbabilis.	429
Negatiua quæ coarctatur loco & tempore probari potest.	429
Nemo compellitur, inuitus rem suam vendere.	75. 88
Nemo sine accusatore damnandus est.	206. 212. & seq.
Nemo autoritate priuata ius habet aliquem condemnandi, sed tantum in quantum publica fungitur autoritate.	613
Nemo præsumitur sanguinem suum odio habere.	241
Nemo liberalis in necessitatibus existit.	86
Nemo regulariter compellitur emere vel vendere.	78
Nemo est dominus suorum membrorum.	381
Nemo tenetur recipere pecuniam, quæ non sit à suo principe.	76
Nemo sanguinem suum odio habere præsumitur.	179
Nihil aut parum facit ad rem, ybi de re constat, anxie disputare de nomine.	2. & 25
Nihil	Nihil

I N D E X.

Nihil tam contrarium sensui, quam error.	42
Nobilis ratione generis minori pœna regulariter punitur.	639
Noctu per prædia urbana ire non licet.	84
Nomen mutare potest homo liber.	7
Nomen notarij semper debet poni in instrumento.	6
Nomen actoris & rei, qualitates & omnes rei petitæ debent inferi libello.	5. 8. 25. 40. 57. 61. 63. 166. 177
Non vendere, & immoderato pretio vendere, æquiparantur.	83
Non intelligitur posse, qui non potest commodè	84
Non valet depositio testis quantumcunque magnæ authoritatis, nisi præsens iuret.	215
Non probat hoc esse, qui ponit aliquid, quod aliquando contingit abesse.	16
Non intelligitur quis posse, nisi legitimè possit.	347
Non sufficit abstinere à crimine, sed & ab omni criminis suspitione abstinendum est.	298
Non videtur fateri qui errat.	507
Non videtur spontè facere, qui coactus facit.	102
Non est melior demonstratio, quam ad oculum.	26
Non comparere, & comparere, sed illicentiè recedere æquiparantur.	229
Notarius conficiens falsum instrumentum contra libertatem Ecclesiæ, perpetuò relegatur, & amittit bona.	67
Notarius in causa fisci conficiens falsum instrumentum, comburitur.	67
Notarius in causa tributi recusans facere instrumentum, amittit manum.	68
Notarius ex ignorantia, siue negligentia peccans in confectioe instrumenti, tenetur ad interesse parti.	ibid.
Notarius recusans facere instrumentum, priuatur officio.	ibid.
Notarius conficiens falsum instrumentum in causa priuati, variè punitur.	69
IAC. DE BEL. VISV.	Yy
	Notarius

I N D E X.

Notarius conficiens falsum instrumentum immunitatis, exuritur. 391
 Notario creditur asserenti testem sic deposuisse, sicut est scriptum 239
 Nullum est, quod sit contra legem. 627
 Nulli permittitur re sua malè vii. 389

O.

Occidens aliquem incarceratum, siue gladio, siue veneno, ad euitandam generis infamiam, relegatur. 583
 Occidens incontinenti diffidatum, non tenetur. 84
 Occidens seipsum, non est tradendus ecclesiasticæ sepulturæ. 570. 591
 Occidens seipsum furca suspendendus an sit, relinquatur arbitrio iudicis. 590
 Occidens seipsum metu criminis & impatientia doloris, censetur magis seipsum occidisse impatientia doloris, quàm metu criminis. c 572. 574
 Occidere seipsum videtur is, qui ieiunat. 588
 Occidere seipsum volens, si non fecerit, sed impeditus fuerit, non punitur capitaliter. 593
 Occisus repertus in confinio duarum iurisdictionum, cedit cognitioni eius, in cuius iurisdictione reperitur caput. 573
 Occisus in dubio præsumitur occisus ab alio. 576
 Occiso eo per seipsum, qui bona alicui Ecclesiæ reliquerat, Ecclesia nihilominus ea bona habet. 587
 Occultè denunciantem, iudex reo reuelare debet. 283
 Occupans partem alterius prædij, tantundem amittit. 338
 Oculus tam videt quod negatur, quàm quod affirmatur. 417

Officium iudicis duplex est } nobile } 294
 } mercenarium. }

Officio iudicis compellere, est captis pignoribus, aut per arrestum corporum cogere. 85
 Officiū boni præsidis est, tenere subditos in pace. 361
 Offi-

I N D E X.

Officiali non est credendum nisi de sua commissione fidem faciat 369
 Omnis nostra actio à Deo incipere, simul in eum desinere debet. 5
 Omnes ciuitates præter Romam loco priuatorum habentur. 142
 Omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis est. 353
 Omnium bonorum causa comparatur aliquando causæ capitali. 256
 Oratio dominica dicitur, quia dominus ita nos orare docuit. 183
 Ordo studendi iuri. 6.9

P.

Pactum super futuro delicto non valet. 33
 Pactum factum creditori per debitorem, quod non valeat probare solutionem, nisi per scripturam, non valet. 230
 Pacta incontinenti facta, stipulationibus inesse creduntur. 174
 Pacta siue conuentiones sunt de iure gentium. 585
 Par in parem non habet imperium. 350
 Paria delicta mutua compensatione tolluntur 20.48
 Parricidium non est sine homicidio. 600
 Partiaris vendens foetus animalium sine consensu domini, non committit furtum. 132
 Pastor cuius animal comedit alterius bladum ipso inuito, non tenetur. 558
 Pastor non tenetur, si ipsius animalia comederunt alterius bladum ipso inuito. 87
 Pater magis diligit filium quàm seipsum. 493
 Pater filium leuiter castigare potest. 104
 Pater agit etiam pro iniuria facta filio emancipato. pag. 29
 Pater dicitur quasi tortus, si filius ante ipsum torquetur. 437

Py 2

Pater

I N D E X.

Pater non tenetur præstare alimenta filio ingrato. 2:4	
Pater tenetur alere filium, nisi filius ipse sit sufficiens.	
pag.	235. 113
Pater & vilem & nobilem filia adulterum occidit. 105	
Pater occidens adulterum, & filiam occidere tenetur.	105
Patris autoritas in causa filij non requiritur.	209
Patri non permittitur occidere adulterum extra suam domum, nisi incontinenti faciat.	346
Patri permittitur occidere adulterantes in domo sua.	
pag.	106
Pauper, ex sententia Iacobi, testis esse non potest. 641	
Pauper testis esse potest.	257
Pauperi remittitur aliquando satisfaciendi necessitas.	
pag.	642
Paupertas aliquando inducit vilitatem in personam.	
pag.	639
Peccatum est, quicquid ex fide non est.	510
Pecunia recipit in genere suo functionem per solutionem, quam specie.	76
Pecuniae bonitas est duplex.	92
Pecuniae usus.	73
Peremptoria citatio debet venire ad notitiam rei. 267	
Petri Loriotti laus.	157
Pilatus in foro conscientiae tutus non fuit, nec esse potuit.	616. 618. & seq.
Plagiarius gladio punitur.	388
de Plagiarijs agitur, quando quis distrahit alienum seruum.	143
Pœna ordinaria dicitur ea, quæ est à legib. statuta. 594	
Pœna solet imponi ad emendationem vitæ.	371
Pœna semper tota fisco solui debet.	398
Pœnæ debent infligi iuxta conditionem delictorum.	
pag.	392. 590
Pœna corporalis est maior omni pecuniaria.	640
Pœna corporalis vertitur in pecuniariam, si delinquens persona nobilis sit.	134
Pœna corporalis tenere debet suos authores.	281
Pœna	

I N D E X.

Pœna criminalis est inuenta principaliter ad corrigendos malos mores.	646
Pœna inobedienti multiplicanda est.	336
Pœna pecuniaria est introducta ad resarciendū damnum priuati.	646
Pœna pecuniaria, quæ ratione sepulchri violati extorquetur, est applicanda fisco.	140
Pœnæ pecuniariæ regulariter applicantur fisco.	596
Pœna augetur ex frequenti delicto.	559. 597
Pœnam præstando si plures deliquerunt, vnus liberatur.	601
Pœna debet tenere suos authores.	644. 663
Pœnæ semper in dubio molliendæ sunt & mitigandæ.	401
Pœna minuitur aliquando propter tumultum populi.	356
Pœna aliquando minuitur propter preces parentum.	
pag.	ibid.
Pœnitentia debet iniungi secundum qualitatem peccatorum.	392. 590
Populi clamor in criminalibus audiri non debet, nisi sit rationabilis.	618
Possidentis potior est conditio.	151. 189
Practica super interrogatione testium.	228
Practica procedendi contra criminofum, qui ciuilitate fuit condemnatus.	208
Præceptum iudicis præcedere debet inquisitionē	290
Præceptum iudicis ad informationes tenendas, debet fieri cum magna deliberatione & maturo consilio.	299
Prælatus iniuriam monasterio acquisitam, remittere non potest.	33
Præmia dantur pro meritis.	187. 195
Præparatoria indiciorum non sufficiunt ad torturam.	472
Presbyteri torqueri possunt ex sententia Panormitani, sed non ita seuerè sicut alij.	455
Præsentia personarum locus, & id genus alia, reddit	
Yy 3	iniu-

I N D E X.

iniuriam maiorem vel minorem.	57.61
Præsumitur contra delinquentem per facti qualita- tem.	643
Præsumitur quis ignorans, nisi contrariū probetur.	22
Præsumitur de præfenti ad præteritum.	463.465. in fine 480
Præsumpta indicia sufficiunt in criminibus, quæ oc- culto fiunt.	477
Præsumptio est contra commentariensem, si reus re- periatur mortuus in carcere.	578
Præsumptio vna tollitur per aliam.	424
Præsumptio præsumptionem tollit, vt maior mino- rem.	15. 285
Præsumptio iuris & de iure non admittit probatio- nem in contrarium.	403
Præsumptio de iuniore.	190
Præsumptio in foemina, quod prius moriatur, quàm masculus.	191
Præsumptio in masculo, quòd ante foeminam nasca- tur.	ibid.
Præsumptio triplex est.	288
Præsumptio violenta, quando est contra aliquem, potest inquiri de nomine.	201
Præsumptioni non illicò standum.	286
Præsumptiones ex cognitione morum cuiusque ho- minis, experiētia rerū & exemplis iudicantur.	207
Prætor sine causa legitima neminem audire debet.	287
Prætor ignoranti, non verò scienti subuenit.	128
Prætozem contemnere non licet.	337
Præuaricator est, qui vera crimina abscondit.	47
Pretium non est res.	203
Pretia rebus imponuntur secundum tempus contra- ctus.	74
Primi motus non sunt in nostra potestate.	645
Princeps vbi vasa subditorum capit, debent ea æsti- mari.	77.92
Princeps tenetur stare pactis.	593

Princeps

I N D E X.

Princeps damnato subuenire potest.	468
Princeps non est exemptus à iure naturali	585
Princeps alterius obligationem tollere non potest. pag.	74
Princeps non potest ius alteri quæsitum sine causa tollere.	585
Princeps præsumitur omnia iura habere in scrinio pe- ctoris.	612
Princeps rem meam sine iusta causa mihi non potest auferre.	76
Princeps alicui rem suam cum causa auferre potest.	77
Princeps semper de officialibus suis bene præsumere debet.	527
Princeps solus pœnam remittit.	406
Princeps potest subditos suos cogere ad collationem valorum aureorum & argenteorum, vt inde mo- neta fiat.	77.92
Princeps potest subditum suum cogere, vt monetam fractam referat ad fabrum monetarum.	75
Princeps bannitum restituens, remittit etiam bonorū confiscationem.	323. 327
Principis alterius monetam auream nemo recusare potest.	76
Præuilegium in corpore iuris clausum, iudex ignorare non debet.	221
Probatio incumbit ei, qui dicit.	419
Probatio propter solutionem transfertur.	23
Probationes in criminalibus, luce meridiana clario- res esse debent.	603
Probationes luce meridiana clariores requiruntur in criminibus.	472
Probationes in causa criminali, luce meridiana cla- riores esse debent.	207
Probationum inopia emergente recurritur ad sacra- mentum purgationis.	420
Procurator fiscali in quolibet articulo causæ criminalis præfens esse debet.	209

Yy 4

Procura



I N D E X.

Procurator in causis criminalibus regulariter nō ad-
mittitur. 329

Procurator à Domino pro iniuria constitui potest.
pag. 199.202

Processus est ipso iure nullus, etiamsi delictum foret
exinde pleadè probatum, in quo iudex procedit ex
officio, non præcedente clamosa insinuatione vel
acculatione. 303

Pro deterioratione seruorum cautionem præstare
debet ille, qui seruos torqueri vult. 105

Promotores alij sunt { Necessarij }
 { Ex præcepto } 304
 { Sponte. }

Propter quod vnumquodque ipsum magis est tale.
pag. 301.316

Propter frequentiam aliquando conceditur, quod alias
non concederetur. 135

Propter leuem præsumptionem non est procedendum
contra aliquem ad inquesta. 288

Prærogatio iurisdictionis admittitur in criminibus.
pag. 335

Pro quocunque termino moto punitur quis in quin-
que libras auri. 141

Pro tertio furto quis suspenditur. 126

Protestatio conseruat ius futurum. 269

Protestatio fieri potest parte absente. 60

Protestatio fieri potest in interlocutoria contra defi-
nitiuam. 538

Protestatio partium circa depositiones testium. pag.
228. 249

Publicum iudicium aliquando dicitur omne iudiciū
criminale. 278

Q.

Quando plures sunt domini in eodem castro, vbi
reus condemnatur, pro dominicis partibus fit
distributio. 341

Quæ sunt

I N D E X.

Quæ sunt ab initio voluntatis, postea fiunt necessita-
tis. 82

Quæ non profunt singula, multa iuuant. 533.502

Quæ causæ cognitionem requirunt, præsentibus par-
tibus sunt facienda. 510

Quæ incontinenti fiunt, inesse videntur. 239

Quæ de nouo emergunt, nouo egent auxilio. 509

Quæ liquidò probari non possunt, coniecturis pro-
bantur. 419

Quæstio res fragilis & periculosa est. 548

Quæstio siue tortura non potest repeti, nisi superue-
nerint noua indicia, & tortus in tortura dura-
uerit ob fortitudinem corporis. 540. & seq. 547

Quæstio tam ex causa ciuili, quàm criminali decerni-
tur. 434

Quæstionare est meri imperij. 546

Quæstionari possunt { Liberi }
 { Serui }
 { Liberti } 438. & seq.
 { Statuliberi }
 { Masculi. }
 { Fœminæ. }

Quæstionatur quis etiam pro crimine priuato. 434.
& seq.

Qui desperatam vitam ducunt, debent ab alijs sepa-
rari. 98

Qui non habet in ære, luit in corpore. 185. 640

Qui caret re, caret & nomine. 604

Quilibet tenetur indica- { Læsæ maiestatis. }
 { Falsæ monetæ. } } 296
 { Hæresis. }
 { Maleficij. }

Qui honorat meum subditum, honorat & me. 30

Qui malè agit, odit lucem. 114. 143

Qui patitur, quod potuit prohibere, ipse facere cen-
setur. 660

Qui nimis emungit, elicit sanguinem. 290

Qui

Yy 5

I N D E X.

- Qui scit se decipi, & patitur, ille non ab alio, sed à se-
ipso decipitur. 128
 Quod quis pro se admittit, & contra se admittere de-
bet. 235
 Quod fit vltra modum, reducitur ad modum. 83
 Quod communiter dicitur, non caret omni veritate.
pag. 460
 Quod in nullius bonis est, occupanti conceditur. 152
 Quotiens error iuris inseritur sententiæ, est ipso iure
nulla. 342
 Quotiens iniuriatus causam dat iniuriæ, iniurians nõ
tenetur. 19. 46. & 47

R.

- R** Adens alicuius nomen, tenetur. 7. 9. & 10
 Rapientes aliquid ex naufragio, omnium bono-
rum suorum publicatione mulentur. 140
 Raptor improbius est fure. 139
 Raptus præsupponit vim absolutam. 108
 Ratificatio requirit, quod delictum fuerit nomine ra-
tum habentis factum, & quod ratum habens sci-
uerit suo nomine factum. 658

Ratione {	Publicæ utilitatis	} cogitur quis ven- dere rem suam. 88
	Cruditatis	
	Accessionis	
	Indiuisibilitatis	
	Necessitatis	
	Consuetudinis	
	Religionis	
	Pacti	
	Aestimationis	
	Libertatis	
	Agnitionis	
	Communitatis	
Termini		
Specificationis		

Receptio

I N D E X.

- Receptio testium de consuetudine committi potest:
pag. 340
 Receptatores abigeorum relegantur. 147
 Recipiens pecuniam publicam, durante administra-
tione, vt sibi applicet, punitur pœna capitali.
pag. 142
 Reconciliatio tollit accusationem adulterij. 106. 118.
 Rediens intra annum, auditur super bonis, sed perpe-
tuò super crimine. 375
 Relatio fit in præsentia consiliariorum, & coram iudi-
ce. 272
 Relatione facta non est amplius locus instrumentis,
aut testibus producendis. ibid.
 Relegari quis non potest, vt moretur in sua ciuitate.
336. 343. & 344
 Relegandi modus. 342
 Relegatus ante tempus rediens, patitur duplicationẽ
temporis, quod superest. 338
 Religiosus qui iniuriam sibi factam remisit, potest a-
gere nomine monasterij. 33
 Repetundarum crimen est, quando iudex ob pecu-
niam facit aliquid aut omittit. 144
 Repudium missum vxori per maritum calore iracun-
diæ potest reuocari. 16
 Reproches in causa criminali fiunt. 269
 Res in nullius bonis est { Natura }
 { Censura } 52
 { Tempore. }
 Res inuenta & non restituta, est quasi furtum. 147
 Res ex pecunia dotali empta, statim efficitur dotalis.
pag. 132
 Res tanti valet, quanti vendi potest. 83
 Res pro derelicta habita, efficitur occupantis. 148
 Res ex mea pecunia empta, nondum est mea, quam-
diu pretium nondum soluero. 132
 Rebus non verbis lex imponitur. 269
 Reici custodia penes inuentorem manet. 151

Rei vendi

I N D E X.

Rei vindicatio datur domino.	133
Rerum amotarum crimen facit vxor, quando constāte matrimonio surripit res mariti penes ipsum existentes, causa diuortij.	137
Rescripti verba diligenter animaduertenda sunt.	327
Rescripta impetrata contra stilum curiarum non valent.	340
Restitutio in integrum duplex est.	328
Reus sub pacto liberationis ostendens alios, est liberandus.	514
Reus vt dicatur in confessione sua perseuerare, ducendus est extra locum torturæ in locum aliquem publicum, ibique fateri debet.	520
Reus antequam ducatur ad perseuerandum, debet iudex expectare modico tempore.	521. 547. 553
Reus, qui pluribus in locis deliquit, si capiatur, vbi maius crimen deliquit, ibidem puniri potest, & exinde remitti ad iudicem loci, vbi maius crimen commisit.	332
Reus qui satisfat, est relaxandus, & si exinde fugerit, eius fideiussores admittuntur ad eius defensionem.	380
Reus innocentia vel supplicio, saluus reseruari debet.	525
Reus carcerem frangens, corporaliter punitur.	pag. 537. 561
Reo condemnato quilibet iudex occupat bona sui territorij.	338

S.

Sacerdos habens intentionem consecrandi tantum decem hostias, si plures sint, nulla earum est consecrata.	187
Sacrilegus viuus exurit.	391
Sacrilegium committitur, quando surripitur sacrum de sacro.	143. 161
Sacrilegij pœna est ignis concrematio.	143
Sæpius	

I N D E X.

Sæpius de commisso eiusdem hominis quæri non debet.	28
Salarium officij perdit, qui eo pendente ad aliud aspirat.	236
Sanguinis ratio tollit præsumptionem inferendæ iniuriæ.	15. 44
Scientia sola in priuata persona non punitur.	296. 310
Scientia, non verò ignorantia obligat.	182
Scientia nobilitat.	444
Sciens qui prohibere potuit in crimine læsæ maiestatis, ille tenetur.	297. 310
Scienti non infertur fraus, neque dolus.	128
Scire & scire debere, æquiparantur.	72. 128
Semel absolutus præsumitur iustè absolutus.	28
Semper in pœnis distinctio facienda est inter vilem & nobilem.	130. 134
Senectus veneranda.	190
Senex torqueri potest ex sententia Pauli Girlandi.	452
Sententia interlocutoria est præparatoria ad definitiuam.	538
Sententia criminalis expressam causam habere debet.	411
Sententia iudicis efficit aliquem infamem infamia iuris.	247
Sententia lata cōtra mortuum, est ipso iure nulla.	566
Sententia lata contra minorem valet, si non habet curatorem.	209
Sententia sine termino peremptorio prius assignato non valet.	267
Sententia lata contra reum principalem, potest executioni mandari contra fideiussorem iudicatum solui.	381
Sententia realiter & effectualiter executioni mandari debet, sic vt si reus laqueo ceciderit, iterum suspendendus sit.	400. & seq.
Sententia non tollitur per appellationem.	467
in Sententia forenda iudex debet habere animum definiendi.	402

Sententia



I N D E X.

Sententiæ prolatio est meri imperij.	652. & seq.
Sententiare num possit iudex in ipso die peremptorio.	267
Sententiare debet iudex antequam torqueat.	510
Sepultum licet ex iusta causa aliò transferrè.	571
Sepulchrorum violatores tenentur ciuilitè & criminaliter.	140
Sequestratio locum habet, vbi duo super iurisdictione certant, quo ad criminofum.	333
Seruus contra dominum torqueri non debet, nisi in defectu aliorum.	441
Seruus fugiens ad ecclesiam propter atrocitatem domini, tutus est.	314
Seruitutes per se propriè non sunt, & per se propriè non possidentur.	152
Si quis dicat animo iocandi se scommata in aliquem iecisse, hoc probare tenetur.	14. 44
Si quis indebitè trahatur ad iudicium, dicitur affectus iniuria.	24
Sine iudicijs & violentis præsumptionibus nemo subijciendus est torturæ.	431
Sine lege loqui erubescimus.	572
Sine accusatore nemo damnandus est.	35
Socius ratione socij vulneratus, ab eodem damnari potest.	659 & seq.
Sola cogitatio simpliciter dicta non punitur.	644
Soluens pecuniam reprobam, non liberatur.	71
Soluendo falsò procuratori quis liberatur.	136
Solum committens in administratione officij, perpetuò ab eodem remoueri debet.	353
Speculator quis sit, & eius laus.	252
Statuta referuntur ad casus futuros.	625
Statuliber dicitur ille, cui relicta est libertas in certum tempus, vel sub certa conditione.	440
Stylus curiarum semper est attendendus.	339
Stuprum aliquando sumitur pro adulterio, & è contra.	111
<u>Suspectus est, qui se ingerit.</u>	262
Suspe-	

I N D E X.

Suspectus de fuga, capi potest & arrestari.	312
Suspectior est primò torquendus.	492
T.	
T alia sunt subiecta, qualia prædicata determinant.	pag. 67
Talionis ius è medio sublatum est.	300
Tantum valet ac operatur absolutio, quantum condemnatio cum solutione.	28
Tantò validior est probatio, quãtò maiore nititur auctoritate.	241
Tempore necessitatis omnia sunt communia.	86
Terror instans & præsens esse debet ad hoc, vt excuset à confessione metu tormentorum facta.	520
Testis debet esse notus iudici & parti.	231
Testis vacillans arbitrio iudicis punitur.	232
Testis suam depositionem in secreto tenere debet.	pag. 233
Testis falsum deponens, ex quo quis morti condemnatur, tenetur pœna capitali.	233
Testis etiam ea, quæ solet lucrari, expensarum nomine perit.	219. 224
Testis in causa ciuili, qui deposuit, iterum audiri debet in causa criminali.	216
Testis in causa ciuili, qui iurauit, iterum iurare debet in criminali.	216
Testis corruptus, & eundem corrumpens punitur arbitrio iudicis.	235
Testis habet deponere de certa scientia.	244
Testis esse potest confocius de bona fama confocij.	pag. 424
Testis incontinenti depositionem suam emédare potest.	238
Testis sibi contrarius repellitur.	238
Testis pecuniam accipiens, vt testimonium dicat, punitur arbitrio iudicis.	223
Testis loco mercedis suorum laborum & expensarum nomine pecuniam accipere potest.	222
Testis	



I N D E X.

Testis deponens non vocatus, nec citatus, est suspectus. 262
 Testis tenetur allegare causam sui dicti. 246
 Testis interrogatus super certis articulis, si deponat super alijs, non valet eius depositio. 247
 Testis ubi secundo auditur, quid facere debeat. 216
 Testis pro iure principis citatus, tenetur venire etiam antequam solvantur expensæ. 218
 Testis semel examinatus, potest iterum examinari. 238
 Testis fides ex eius dignitate probatur. 621
 Testem corrumpens tenetur, etiam si nondum eum produxerit. 226. 250
 Testes non tenentur venire, antequam eis solvantur expensæ. 218
 Testes habent in præsentia partium iurare. 227. 229
 Testes habent iurare, quod deponent, & dicent meram veritatem pro iure vtriusque partis, super his super quibus erunt interrogati. 227. 248
 Testibus sua depositio prælegi debet. 251
 Testium depositiones publicari debent. 267
 Testificari est munus publicum. 242
 Testificari quis compellitur. 294
 Testimonium venale esse non debet. 223. 253
 Testimonium de auditu, recipitur, quando factum est antiquum. 245

Testimonium potest iterari, si	}	Obscurum sit.	} 239.
		Varium.	
		Altera partium petat.	
		Deficiat.	
		Ex negligentia iudicis.	
		Novus articulus emergat. &	
		In causa matrimonij.	

Testimonium de auditu, non est per se sufficiens. 113
 Thesaurus est dimidius inventoris. 152. 154
 Thesauri inventor tenetur domino inventionem denuntiare. 153
 Thesaurus est, cuius non extat memoria. 152. 164

Tignum

I N D E X.

Tignum qui furatur, non liberatur reddendo lignum. 138
 Tignum furtivum iniunctum quis propria autoritate auferre non potest. 157
 Timidior est primo torquendus. 494
 Tormenta dicuntur quasi torquentia mentem. 436
 Tormentis non est locus, si veritas aliunde possit haberi. 450
 Torquens ultra modum non tenetur. 514
 Torquendus non debet interrogari super conscientia aliena. 499. 501
 Torquentur serui mulieris ad eruendam veritatem de adulterio. 104
 Torqueri non possunt personæ in dignitate positæ. 439
 Torqueri nemo debet, nisi præcedant legitima indicia. 508
 Torturæ non statuitur in quatuordecim casibus. 508
 Torturæ genera relinquuntur arbitrio iudicis. 497
 Tortura debet incipi ab eo, à quo facilius veritas haberi possit. 493
 Torturæ locus non est, si veritas aliunde possit haberi. 508. 517
 Tortus, supplicio saluus reservari debet. 507. 511
 Tortus non est relaxandus à tormentis, etiam si protestetur. 542

Torqueri non possunt	}	Milites.	} 444. 449. 453. 456. & seq.
		Veterani.	
		Decuriones.	
		Eorum filij.	
		Viri præfectissimi.	
		Magni generis.	
		Dignitatis.	
		Viri eminentissimi	
		Iudices.	
		Minor.	
Decrepitus.			
Mulier pregnant.			

IAC. DE BEL. VISV.

Zz

Docto



I N D E X.

Torqueri non possunt.	Doctores. Consiliarij. Presbyteri Aduocatus.	ibidem
Tumultus populi est vna ex causis pœnæ minuendæ.		505.618
Turpe est patricio & nobili & causas oranti, ius in quo versatur ignorare.		72
Tutor ex officio accusans aliquem de falso instrumento, non tenetur etiamsi non probet.		527
Tutor rem pupilli nisi palam emere non potest.		149

V.

Vagabundi sunt, qui non habent certum domicilium.		343
Varia sunt genera torture.		496
Vasallus à domino feudi iussus ire ad bellum, si perdat equum, potest eundem à domino recuperare.		661
Vbi duo de iurisdictione contendunt, tertius superior in Flandria cognoscit.		343
Vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.		541
Vbi est eadem ratio ibi idem ius statui debet.		337
Vbicunque habet locum actio quod metus causa, & de dolo, ibidem habet locum actio legis Aquiliæ, sed non è contrà.		194
Vbicunque reperitur pœna certa legibus statuta, sufficit in sententia dicere, quod reus in pœnam istius legis inciderit.		399
Veneficium facile admittit torturam.		477.481
Veneno hominem extinguere plus est, quam gladio occidere.		389
Verba accipienda sunt cum effectum.		404
Veritatem cælare, est peccatum mortale		294
Veterani ignominie causa missi torquentur.		448
Vi		

I N D E X

Vi bonorum raptorum non punitur, qui probabili errore licere sibi rem suam auferre putauerit.		146
Vibonorum raptorum pœna est quadruplum intra annum, & simplum post annum.		146
Vim vi repellere licet.		48.172
Vim vi repellere licet illi soli, qui iuuaditur.		49
Victus denegatio est species torture.		437
Vilitas vitæ non patitur meretrices legum laqueis innodari.		100
Vir habens rem cum vxore adultera non facta prius pœnitentia, peccat mortaliter		118
Virginem immaturam si quis violauerit, tenetur lege Aquilia de vulnerato.		109.120
Vitium animæ periculosius est quam corporis.		97
Vniuersitas citari debet, non eius syndicus.		265
Vniuersitas ex delicto pecuniariè punitur.		281
Vniuersitas habet per syndicum litigare.		663
Vniuersitas punitur pecuniariter, non corporaliter.		663
Vniuersitas ad hoc vt teneatur ex delicto, antea cõsiliu pro delicto committendo inijsse debuit.		664
Vniuersitatum principes & rectores pœna corporali puniuntur,		665
Vniuersitati congregatio subiectorum est permilla.		661
Volenti non inferitur iniuria, neque dolus.		26.51
Voluntas non exitus inspicitur.		37
Voluntas in criminibus atrocioribus, non exitus inspicitur		178
Voluntas & propositum distinguunt maleficia		13.526
Voluntas in magnis criminibus non exitus inspicitur.		662
Vsurarum cognitio est ecclesiastica.		636
Vtilitas publica præfertur priuatæ.		77.83
Zz 2		
Vulnus		



I N D E X.

Vulnus an mortiferum fuerit probari debet per me- dicos.	649
Vulnera non dantur ad mensuram.	657
Vxor ante maritum torqueri debet.	494
Vxor magis est pars viri, quàm vir vxoris.	112
Vxor est in seruitio viri.	112
Vxores duas qui habet est infamis.	109
Vxor furripiens marito quid, conuenitur certi condi- tione generali.	137
Vxor contra maritum testis esse non potest.	242. 256

I N D I C I S P R A C T I C A E C R I -
minalis, De Bello Visu, Finis.

E R R A T A S I C
corrigit.

Pagina 1. linea 1. in margine practica, 2. 14. practi-
eis & ab omnibus allegari, practicis à dico scriptori-
bus. 15. 14. si futor. 15. 24. & sic. 26. 19 iniuriarum, ar-
gumentor. 28. 16. Herennius 28. 29. est ratione. 30. 12.
ordinantur, C. de cohortalibus. 30. 24. concordantijs
alias 31. 15. quæ fuit prima. 32. 23. accidentibus siue vi-
tijs. 34. 10. de pace tenenda. 41. 15. la grande. 62. 10. mer-
caturis. 62. 30. intrinseca. 67. 31. de petitione. 68. 28.
Azonem. 68. 30. scriba, aut 73. 10. regalibus? & dic,
quod non; sed 78. 14. L. inuitos, C. de actionibus &
obligat. 83. 27. inæstimalis. 87. 23. L. penult. 90. 10.
Ang. 94. 27. viro. 104. 2. in margine, leuis castigatio.
118. 12. maritus sciens vxorem esse adulteram, ne car-
naliter. 118. 18. habens. 118. 22. Bertachinum. 119. 11. ve-
rò. 123. 4. grassator. 123. 24. falso. 123. 26. expilata. 125.
10. contra furem 126. 25. in margine. 6. 127. 14. si est.
132. 26. secus in. 134. 20. conditionis. 138. 15. ratione. 138.
23. contrahitur. 138. 30. libro decimo. 139. 143. 9. insti-
tutionibus. 143. 15. institutionibus. 145. 2. pace tenen-
da. 145. 5. tenenda. 145. 5. cap. vnico. 145. 28. gallinas,
aut alia. 146. 18. ductus. 146. 16. vt L. prima. 149. 13. vt d.
L. falsus. 151. 9. regalia. 151. 17. indebiti. 156. 4. recenset.
161. 15. Girlandus. 165. 29. quibusnam. 167. 6. in mar-
gine, quod non. 167. 24. exitum. 173. 6. cum. 173. 27. a-
nimantium. 174. 29. noua. 175. 13. Damhouderius. 179.
182. 4. non potenti agere. 182. 7. in margine 1. 182. 17. in
margine. 2. 182. 19. in margine 3. 184. 1. senectutis. 184.
23. in simili. 184. 31. ratio, amittere debita, & 197. 32.
iudici. 204. 26. indicijs. 204. 31. Aurelius. 206. 29. in
margine. 4. 208. 16. probatis. actitatis &. 210. 9. finitur.
210. 24. receptus. 212. 20. inquit Festus. 223. 28. eo loci.
223. 32. ipsam. 228. 15. tempore. 231. 12. iudici. 245. 30. &
notatur. 250. 13. qui pecuniam. 251. 14. & multis. 257. 1.
sui. 265. 31. ferijs. 269. 24. Nefennius. 273. 11. Iodocus.
274. 7. interpretes. 274. 21. Gandinum. 275. 32. vt si re-

us. 277. §. capitulum. 277. ii. conditionibus. 278. 15.
preuaricatio. 287. 28. L. thesaurus. 290. 10. inter ope-
ra. 293. 31. indicare. 297. 20. indicare. 303. 26. indicia.
304. 22. & indicia. 304. 31. malefactores. 307. 9. quarto,
C. & titulo. 307. 27. succenset. 318. 28. rationum vna.
319. 20. Iodocus. 320. 6. Thierry. 322. 2. sententia. 327.
15. indicia, 330. 29. in commassum. 333. 21. de dolo. 333.
27. erciscundæ. 343. 15. an ratione. 357. 5. de re militari.
258. 29. cognoscere. 365. 13. indicium. 370. 17. militia.
375. 384. 5. obijci. 385. 34. extraordinariè. 395. 5. cohor-
talibus. 398. 9. Angelo in tractatu de maleficijs. 408.
14. primo. 408. 16. tacitum. 418. 9. eo casu. 424. 15. con-
focij. 427. 12. allegat. 430. 13. indicijs. 440. 1. nunquid
ipsa principalis persona, quæ. 440. 10. indicia. 445. 14.
intelligitur, L. diuo. 445. 27. patrem nobilem, & matrē
plebeiam. 451. 454. 13. successerunt. 456. 463. 15. torquē-
dus. 466. 22. cap. vnico. 472. 25. secundum L. Theo-
pompus. 477. 5. in margine, adulterij. 479. 27. Butrio.
482. 22. propter. 490. 20. Gandinum. 491. 6. Gandinus
491. 23. indicium. 491. 24. Gandinus. 493. 16. in margi-
ne, quis ordo. 494. 19. glossæ. 497. 1. trahendo. 499. 24.
custodia. 502. 31. quæstionum & torturæ. 511. 5. nono.
511. 30. præcesserint. 525. 532. 23. in margine, aliud. 551.
570. 17. partibus. 575. 26. vt. 583. 591. 9. denegent. 614. 13. vi-
deo. 608. 16. in margine, secundum. 615. 32. testes. 637.
18. dignitas quæ, &.

FINIS.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA



VNIVERSIDAD
D SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA



VNIVERSIDAD
D SALAMANCA

BIBLIOTICA GENERAL HISTORICO



BIBLIOTECA GEMINA HISTORICA